RICARDUS de Clare, Comes Glouceštr' & Herford, omnibus Sce Matris Ecclie filiis, ad quos pśens scriptū pveñit, salem in Dño. Sciatis nos, p salute anime nre, et animar' anteceśsor' & heredum nror', ad honorem omnipotentis Dei, et augmentum cultus divini, concessisse p nobis & heredibus nris, dilco & fideli & speciali nro Dño Waltero de M'ton, qd ipse ad ppetuam sustentacionem clericor' in scolis degencium, & se studio in eisdem salubriter applicantium, quos in domo Dñi, veluti columpnas et fulcimenta speramus, Dño largiente, pfituros, maneria sua de Farleg et Maudon cum membro de Chessendon, cum omnibus aliis ptinenciis eordem manerior', que sunt de feodo nro, dare possit, assignare & legare, quandocumq; & in quocumq; statu corporis sui fuerit, domui de Merton, aut alteri domui religiose, que ad sustentacionem clicor' pdcor' in studio degentium, ppetuo teneatur, scdm ordinacionem & pvisionem ejusd' Walteri, nec non et condicionem quam ipse sup hoc duxerit statuendam. Hanc etiam eleemosinam, salubrem, ac Deo sperantes placabilem, sub nra voluntate, defensione, ptectione, & conservacione pmanere, ipsamque nris heredibus, ad eor' salutem sub merito conservacionis illius honoris quem nris & pdecessor' nror' sudoribus adquisitum, jure successionis, conferimus ad eosd' servandam, comendamus, ac

sue

A. D 1278. 6 Edw. I.

ſue ꝓtectionis ac defenſionis clipeo ꝑpetuo contuendam. Qui eciam ſupra ipſos ad quos dĉa maneria ex ordinacione ſupradĉa devenerint, liƀam & plenam ħeant poteſtatem ipſos compellendi ꝑ poteſtatem ſecularem, ad obſervacionem ordinacionis ꝑdĉe & exhibitionem ſuſtentacionis memorate. Et ad ꝑpetuam hujus rei ſecuritatem, ꝑſenti ſcripto ſigillum nr̃um duximus apponend'. Hiis teſtibus veñabilibus ꝑribus E. Sarr'. W. Exoñ & S. Norwic'. Epis. Dñis Phio Baſſet, Juſtic' Angl'. Roƀo Walerand, Seneſc' Dñi Regis, Willo de Wilton, Gilƀto de Preſton, & Joħe de Wivill, Juſtic'. Joħ de Breuſe, Galfrido de Fanecort, Nicħ de Mauleg, Willo de Kinardel. Mag̃ris Joħe de Seiton, & Galfr̃o de Haſpal. Dat' London in craſtino Sĉi Joħis ante portam Latinam, Anno Dñi MCCLXII.

Conſimilis carta Gilƀti de Clare Comitis Glouc' ſequitur, ſed laceratur.

In dorſo. Gilƀtus de Clare Comes Glouc' & Hertford, Rogero de Horn' Seneſcallo Tonebregg, ſaltem. Cum conceſſimus & carta noſtra confirmavimus dilĉo nobis Dño Waltero de Merton, & ſcolaribus et fr̃ibus domus, quam idem Dñus Rogerus fundavit, apud Moldon, ad perpetuam ſuſtentacionem ſcolariũ, in ſcolis degentium, donacionem quam Phius Baſſet & Ela, uxor ejus, Comitiſſa Warrewic, fecerunt eidem Dño Waltero, & ꝑfatis ſcolaribus et fr̃ibus, de tota terra ipor' Phi & Comitiſſe uxoris ſue, in Leddred, cum omnibus ad dĉam terram ſpectantibus; vobis mandamus qd̃ cum prefatus Dñs Walter ſeiſinam ꝑdĉe terre ꝑfatis ſcolaribus & fr̃ibus comiſerit, ipſis eam cum oĩb' ꝑtinenc' ſuis, ſine difficultate & impedimento, tenere & poſſidere ꝑmittatis. In cujus rei teſtimoniũ, has ℔as nr̃as fieri fecimus patentes. T. apud Toxſted VII die Novembris, Anno R. R. H. LIV.

Adhuc Peticiones in Parliamento Anno VI Edwardi Primi.

Nº 54. Abbas et Conventus de Bona Requie in Minori Britannia.

SIGNIFICAT Regie Majeſtati Abbas & Conventus de Bona Requie in Minori Britannia, qd̃ cum frater Wills, quondam Abbas ejuſdem domus, eccliam ſuam de Fendraiton in Anglia Abbati de Sĉo Sergio in Andegavia, & Priori ſuo de Swaueſei, tempore Regis Ricardi, ad firmam XL ſolidorum dimiſiſſet, per ſcriptum convencionis, ac Epus Elienſis ullo modo ꝑdĉam convencionem concedere voluiſſet; ꝑdĉus Prior de Suaueſey, attornatus Abƀis Sĉi Sergii, omne jus quod habuerunt in Parſonatu et Patronatu, Abƀi & Conventui de Bona Requie reſignavit, anno primo poſt obitum ꝑdĉi Regis Ricardi. Et ꝑdĉi Abbas & Conventus de Bona Requie, a tempore illo, uſq; in hunc diem, ꝑdĉam Eccleſiam ſemper dederunt; et adhuc plena eſt de eorum ꝑſentacione. Et modo venit Abbas Sĉi Sergii per Prior' ſuũ de Swaueſey, qui modo eſt, & implitavit ꝑdĉos Abbatem & Conventum de Bona Requie, in Curia Dñi per br̃e de recto, et primus dies ejus fuit in quindena poſt feſtum Sĉi Michaelis, anno regni Regis E. quinto, & ipſe fecit defaltam, & ſĉda dies fuit quindena poſt feſtum Sĉi Martini, & ipſe alias fecit defaltam, quia infra tam breve tempus diem placiti non potuit occurrere, & in quindena poſt feſtum Sĉi Hillarii, perdidit advocacionem ꝑdĉe eccleſie, ꝑ defaltam, ꝓpter brevitatem dier'. Et modo venit Abbas de Bona Requie, et implacitat ꝑfatum Abbatem Sĉi Sergii in Curia Dñi Regis, & petit ꝑ amore Dñe Beatricis, ſororis ipſius Regis, quondam Dñe Britannie, que ipſos habuit ſpeciales dum vixit, qd̃ Dñus Rex accipiat aliquem Abƀem de Anglia, Attornatum ſuum, qui & loĉo ſuo alium poterit ſubſtituere Attornat', & ut loquela ſua, coram Juſticiariis Dñi Regis, poterit deduci, quia Juſtic' de Banco favorabilis eſt parti adverſe.

Reſponſio. Faciet Abbas Attornatum in ꝑdĉa loquela quemcũque voluerit, coram aliquo qui ad hoc ħeat poteſtatem ꝑ br̃e Regis.

Alia Peticio in Parliamento Anno Sexto Edwardi Primi.

A. D. 1278. 6 Edw. I.

Nº 55. Heredes Helewiſie de Levinton.

QUINQUE heredes participes Helewiſie de Levinton petunt, qd̃ cum ſextus heres, qui eſt de eynecia ejuſdem hereditatis, ſit infra etatem, & in cuſtodia Dñi Regis; et Vicecomes Cumbr' exigat de quolibet heredũ ꝑdĉor unam ſectam ad comitatum ſuum, cum tantum unica ſecta ꝑ tota hereditate illa fieri debeat, quam heres ꝑdĉus facere debet, cum ad etatem ſuam ꝑvenerit: placeat Dño Regi qd̃ Vicecomes inquirat, ſi quilibet heredum ꝑdĉor' facere debeat et conſueverit, per ſe, vel non. Et ſi non conſueverit, tunc Vicecomes ꝑdĉus ipſos in pace dimittat uſque ad etatem heredis ꝑdĉi.

Eat ad Cancellariam. Reſponſio.

Peticiones in Parliamento Anno VI Edwardi Primi.

Nº 56. Iſabel de Hautencote.

ISABEL de Hautencote, ke jades fuſt femme ſire Willm de Hautencote, prie a nr̃e Seign' le Roi, e ſon Conſeil, ke el deveit aver ſa pae a les Eſchequere, ceo eſt aſaver XX livres annuelles de la ferme de Ceſtreton, el conte de Cantebr, les queus XX livres noſtre Seignour le Roy ke ore eſt ad graunte a la Dame avauntdite, de receivre de leſchequer .... la ferme a deus termes ꝑ ann, ceo eſt aſaver, a la ſeint Michel XV livres, e a la menſe de Pac' quinqe lievres, en recompenſacion de maner de Lideham, le quel maner fuſt a lavauntdit ſire Henri de Hautencote, e le quel maner le Roi Henri pere nr̃e Seigneur le Roy qe ore eſt, a la prier noſtre Seigneur le Roy que ore eſt, ceo dona Sire Roger de Muntgum̃y. A la Seint Michel prochemement paſſe, ſiwy la Dame noſtre Seigneur le Roy, jeſkes a Salopeſbir' ou ele quidant aver torne, e trova ſon Conſeyl la en partie. E pria al Chaunceler e as Treſuror, ke ils uſſent pite de luy, e ke il luy feiſſent la pae de cel terme de la Seint Michel. E reſpondu fuſt, ke nul deners luy paerent, ſaunz noſtre Seigneur le Roys. Par quoy, la Dame prie nr̃e Seigneur le Roy, e ſon Conſeil, par peticiun, ke il eyent pite et m̃cy de luy, e ke noſtre Seigneur le Roy com̃aunde, ſi li pleſt, ke ele ſoit paee de ceſte terme de Paſche, nomement de IV livres, e X ſols, enſemblem̃t ad les XV livres e X ſols de terme de Seint Michel darrein paſſe, ke unkore arere luy ſont. E ke mes ne ſoit de ſa pae deſturbee prie ele pur deu diſci a dele lad du g̃nte nr̃e Seigneur le Roy, eiſkes al age de ſon eyr, par la letters patentes noſtre Seigneur le Roy, ke enroule eſt al Eſchequere.

Fiat ꝑ illos de Scĉio juxta tenorem litterar' quas inde habet. Reſponſo.

Petitio in Parliamento Anno VI Edwardi Primi.

Nº 57. Elys de Tyngewyke.

ELYS de Tyngewyke prie remedie du Conſeil nr̃e Seigneur le Roy, ke la ou il avoit feſſee Sire Roger de la Hyde de une Carue de terre, e de une beau boys, en le Conte de Hertford, rendant par an cink Mars; iames cely Sire Roger, ſi toſt cum il en fut ſeiſi, fiſt deſtruere, e abatre, tut le boys, e apres il leſſa la terre giſter freiſche, e degaygne, pur ceo ke la terre, pues ke le boys eſt deſtrut, ne fit ꝑ an a taunt de rente, iſſi ke la rente eſt arere, e le boys deſtrut, par unt il ne poet deſtreindre pur ſa rente, ne nul recoverer aver. E de ceo prie Elys remedie, coment il deit ſa rent recoverer.

Fiat ei br̃e de Cancellaria. Reſponſio.

A. D. 1278. 6 Edw. I.

Alia Peticio eodem Anno.

Nº 58. Labbe de Tame.

LABBE de Tame moſtre a noſtre Seignr le Roy, ſi li pleſt, & a ſon Conſeyl, que lon li demaunde, par Sum̃onſe de Leſcheqer, des eſtraytes de la derreyne eyre de Eſſex, x livres des chateus Luk de Taney. E cel Abbe unk des chateus celi Luk ren ne ont ne coniſaunce, ne contracte, ne com̃une nule, par reſon de qe len li deuſt ceus chateaus demander, & preſt eſt del monſtrer p quant qe la curt a garde qe fer le doit, & prie humblement noſtre Seigneur le Roy, qe il mette conſeyle & remedie.

Reſponſio. Magr R. de Seiton certificet de p̃ſentacione fc̃a in Itinere ſuo, qualiter quatr, & p que verba.

Peticio in Parliamento Anno VI Edwardi Primi.

Nº 59. Thomas de Leyerton.

PETIT Thomas de Leyerton Clicus mahemiatus, frater domus infirmor' Sc̃or' Innocencium extra Lincoln' qđ cum p triginta annos in illa domo ſteterit, & eandem domum, tam in terris quam in redditib', promoverit, & per quandam Inquiſicionem, in abſencia ſua p inimicos ſuos captam, a dc̃a domo remotus, alibi poſitus ſit; Dñus Rex ſcribat Majori ſuo Linc' qđ p homines fide dignos, dc̃o Thome non ſuſpectos, legalem de eo capiat inquiſicionem; et ſi per inquiſicionem illam invenerit ab impoſitis ſibi criminibus im̃unem eſſe, qđ tunc ip̃m in priſtino loco ſuo imponat.

Reſponſio. Scribatur Majori & Ballivis qđ plenius inquirant, & faciant ei Juſticiam.

Adhuc Peticiones in Parliamento Anno VI Edwardi Primi.

Nº 60. Adam le Sauyer.

ADAM le Sauyer de Bikeleſwade petit remediu̅ a Curia Dñi Regis ſup̃ Ep̃m Lincoln' eo qđ ubi Stephus Rector Ecclie de Bluenham, tunc Capellanus Dñi Edwardi Regis, nunc itur' cum Dño ſuo verſus Terram Sanctam, arripuit blada Eccleſie ſue p̃dc̃e, p tres annos futuros dimiſit p̃dc̃o Ade, & hoc de voluntate Archiep̃i Cantuar' p lr̃am ſuam, & eciam licencia p̃dc̃i Epi per ſcriptum ſuum inter eos confectum. Et dc̃us Adam blada p̃dc̃e Eccleſie pacifice p duos annos optinuit, & eciam in tercio anno, dc̃a blada proprio cuſtu collegit, et intravit. P'dc̃us vero Epiſcopus Lincoln' ea blada, vi & contra juſticiam, fecit triturari & aſportari injuſte, & contra fc̃m ſuum, & ſcriptum ꝑprium, unde idem Adam de injuria p̃dc̃a petit remediu̅, etc.

Reſponſio. Scribatur Ep̃o qđ obſervet convencionem, quia Capellanus Regis eſt, etc.

Adhuc Peticiones in Parliamento Anno VI Edwardi Primi.

Nº 61. Walterus Deverous.

WALTERUS Deverous petit v'ſus Rogerum le Mortymer et Matild' uxorem ejus duas Carucatas terre cum ꝑtinen' in villa de Wudeham, et in villa de Manne in eadem parochia unam Carucatam terre cum ꝑtinen', et in villa de Wyrkebrok unam Carucat̃ terre cum ꝑtinen', de quibus eum deforc' cauſa guerre, et detinuerunt quia infra etatem erat: et nunc eſt plene etatis, et petit deliv̅acionem p̃dc̃ar' terrarum ſec̃dm Dictum Kyllingworth, et vaſtum boſcor' ſibi allocari.

Reſponſio. Fiat in forma Dicti.

Alia Peticio ibidem.

Nº 62. Elena la Zuche.

ELENA la Zuche queritur, qđ Alexander Comyn de Boucham traxit ipſam in placitum, in Curia Regis Scocie, de terris & tenementis exiſtentibus infra Regnum Anglie, afferens ipſam plus habere in ꝑparte ſua in Anglia de terris & tenementis que fuerunt Rogeri de Quency, quondam Comitis Wynton', quam idem Alexander het in ꝑparte ſua, que ad ipſum pertinet r̃one ꝑpartis Elizabet uxoris ſue. Et unde p̃dc̃a Elena habuit br̃e Dñi Regis Anglie de inhibicione, directum eidem Alexandro, ne ꝑſequeretur in eadem Curia Regis Scocie, de terris & tenementis infra Regnu̅ Anglie ſemel & bis, ꝑ quo mandato non ſuperſedebat in aliquo, ſet ꝑſequebatur ad Judicium, & ei adjudicatum fuit in eadem Curia, XL Marcate terre et $\frac{XX}{VIII}$ Marc' de arreragiis, in abſencia ipſius Elene, que ibidem noluit reſpondere contra inhibic̃oem & dignitatem Corone Regis Anglie; per quod tercio ei mandatum fuit, ne ulterius ꝓcederet in dc̃o plito, & qđ eſſet coram Dño Rege, a die Paſche in XV dies ubicunq; eſſet in Anglia, ad reſpondendum Dño Regi, de p̃dc̃o contemptu, et quare ꝑſecutus eſt plitum illud in Curia Regis, de terris et tenementis infra Regnu̅ Anglie exiſtentibus, contra mandatum Dñi Regis, in leſionem dignitatis Corone ſue. Ad quem diem, idem Alexander non venit, neque breve ſuum ei direct̃u̅ returnavit, unde eadem Elena petit ei remediu̅ exhiberi, deſicut idem Alexander homo Dñi Regis eſt, & omnes terras & tenementa que habet in Angl' de Dño Rege tenet.

Tranſcriptum ultimi br̃is Dñi Regis, directi p̃dc̃o Alexandro, attachiatur iſti Petitioni.

Eadem Elena petit remedium de Vicecomitibus qui p̃ceptum Dñi Regis habent ad levandum denarios ſuos de Comite Warenne, qui nichil inde reſpondent, nec Barones de Sc̃cio eiſdem Vicecomitibus aliquam penam injungunt, nec ipſos am̃ciant, p qđ adhuc a retro ſunt duo mille marce, jam p ſeptem annos, unde rogat Dñm Regem, ut ipſe, caritatis intuitu, aliquod remedium inde feſtinet.

Reſponſio. Subveniatur ei p br̃ia de Cancellar'.

Alia Peticio in Parliamento Anno VI Edwardi Primi.

Nº 63. Lucas Ponings et Hawiſia uxor ejus.

MEMORAND' qđ Lucas Ponings & Hawiſia uxor ejus pecierunt verſus Ep̃um Exonienſem terciam ꝑtem manerii de Gargoule, & verſus Angn' Banhan terciam ꝑtem duarum parciu̅ manerii de Brixham, ſicut dotem p̃dc̃e Hawiſie; & p̃dc̃i Lucas & Hawiſia optinuerunt terci̅ p̃tem man̄ii de Gargaul, p judicium curie, cor̃ Mag̃ro Robto de Seyton & ſociis ejus, & inde in ſeiſina fuerunt ab octab' Sc̃i Martini Anno Regni Regis Edwardi quarto, uſq; a die Paſche in quinq; ſeptimanas, Anno Regni ejuſdem Regis quinto; ſet antequam aliquam dotem de manerio de Brixham habuerunt, venit p̃dc̃us Ep̃us, et revocari fecit judiciu̅ p̃dc̃m, coram Dño Radulfo de Hengham, & dixit qđ Petrus Corbet & Henricus de la Pomerey alias male reſponderunt, quando p̃dc̃us Ep̃us vocavit eos ad Warrantum, quia dixerunt ſe nichil h̃ere de ipſa hereditate, unde poſſent warantizare, quamvis fuerint heredes. Et ad hoc reſpondit Ep̃us & dixit, qđ habuerunt ad ſufficienciam unde poſſent warantizare, maxime cum quedam terra, que dicitur Brixham, que eſt de eadem hereditate, fuit in manu Angn' Bauhan, ad terminu̅ annor', que fuit liberu̅ tenementu̅ p̃dc̃or' Petri & Henrici. Et ideo conſideratum fuit p Dñum Radulfum de Hengham, qđ p̃dc̃us Ep̃us rehaberet terciam ꝑtem de Gargaul, & p̃dc̃i Lucas & Hawiſia ꝑ Warantia ejuſdem tercie partis, haberent totam terram p̃dc̃e Angn' in Brixham, & ad hoc judicium audiend', p̃dc̃a Angnes nullam habuit amonicionem, & in hoc videtur p̃dc̃e Angneti qđ voluntas ſibi fc̃a fuit, eo quod tenuit p̃dc̃am terram p finem levatum in Curia Dñi Regis, & confirmatu̅ p Dñum Regem Henr'. Et eo qđ ſi vocata fuiſſet ad p̃dc̃m Judicium, allegare potuiſſet jus ſuum, & jus Dñi Regis in eadem terra. Sciendum eſt enim qđ poſt terminu̅ ſeptem annor', p̃dc̃a terra de Brixham rev'ſura eſſet in manum Dñi Regis, ſi p̃dc̃a Angnes ad finem termini ſui ipſam tenuiſſet, ꝑ quodam magno

A. D. 1278. 6 Edw. I.

debito in quo heredes ejuſdem terre tenentur Dño Regi, ſcilt, de debito cujuſdam Radulphi de Valle Torta, quondam Dñi ejuſdem tenementi.

In dorſo. Memorandum qđ R. de Valle Torta non fuit compos ſui ſenſus, quando dedit Dño Regi Alemañ Caſtrum de Trematon cum ꝑtinenc', et Epo Exon' manerium de Gargauld, et Alexandro de Oxton ceteras terras Baronie ſue.

Reſponſio. Concordatum fuit Judicium coram Conſilio, & ideo nichil inde.

Alia Peticio in Parliamento Anno Sexto Edwardi Primi.

Nº 64. Elizabeth ke fu la femme Henri de Penebrug.

ELIZABETH ke fu la femme Henr' de Penebrug porta bref de Dowerie ſur Sire Roger de Mortimer de la tierce ꝑty del maner de Penebruge, ove les apertenaunces. Lavauntdit Roger ſomonus vient en Curt, e voche a garante ꝑ eye de la Curt Henri de Penebruge le fiz e eyr lavauntdit Henri; memes celi Henri vynt, e demaunda, par quey il li vodera a la garauntye lier; meme celi Roger miſt avant une chartre del fee ſon pere, ki obliga li, e ſes eyres, a la garauntie lavauntdit, Henri ſey conſeyla e reſpondit, ki ꝑ cele chartre ne fuſt il pas lie a la garrauntie, e diſt ke cele chartre ke il muſtra ki ꝑ cele chartre ren ne aveyet en lavauntdit maner, e ſur ce ad le jugement eſt pendaunt ia un an e demye en la Curt nře Seigneur le Roy, iſſint qe apres la Saynt Martyn meſmes ceſt an a Salop' ſey accorderent en tele manere, entre lavauntdite Elizabeth demaundaunte, e lavauntdit Roger tenaunt, ke lavauntdit Roger baylla a lavauntdite Elizabeth une terre en Stoke Lacy, en tenaunce pur ſa demaunde de Penebrug, e c'taine jour done devaunt Juſtices, ke Sire Roger duſt venir as utaves de la Seynt Hillary, pur ceſte choſe fere enrouler, e a la Dame fere la garauntie envers tote gentz. A quel jur, le avauntdit Roger ne vynt pas, eynz ſey fiſt aſſoiner, e tuz jurs pus ad eſte ceſte choſe delaye, dunt lavaunt Elizabeth prie noſtre Seigneur le Roy e ſon Cunſeyl, ki ceſte covenaunce ſeyt ꝑfurmie, ou ke le juggement de ſa demaunde puiſſe paſſer.

Reſponſio. Si concordia fc̃a fuerit in Curia corã Juſticiariis, ꝑſequatur ibi; ſi extra Curiam, non ꝑtinet ad Regem.

Alia Peticio in eodem Parliamento.

D. A. 1278. 6 Edw. I.

Nº 65. Ivo Texton.

MEMORANDUM qđ Ivo Texton deſponſavit quandam Nativam Dñi J. de Kirkeby in ſanctuario Eccłie Sc̃e Beriane, et cum eadem uxore ꝑ dimidium annum & amplius moram fecit. Willus vero de Monketon Vicecomes Cornubie, eund' capi ꝑcepit, et coram eo duci, eo qđ ſe ſubtraxerat de decenna in qua prius fuerat; et eum cuſtodiri fecit, per quatuor decennas ꝓpinquiores, ꝑ duos menſes, ita qđ exire non audebat, dubitans impriſonamentum. Poſtea per Colinum clicum ſuum Hundredi, in ꝑdc̃a Eccłia & libtate, ubi nunquam Curia Laicalis tenebatur, teneri fecit, contra inhibicionem ꝓcuratoris ꝑdc̃i Dñi J. ejuſdem Eccłie Rectoris Ivonem ꝑdc̃m areſtari fecit, et am̃ciavit, & ad intrand' decennam compulit, & jurare fecit invitum Willm ꝑpoſitum ejuſd' terre, am̃ciavitq; ipſum extra libertatem illam, ad Curiam forinſecam . . . . . non habuit.

Et ſciendum eſt, qđ ſemper temporibus retroactis omnes exiſtentes in ꝑdc̃a libtate tunc ſolebant coram ballivis loci, & nullo alio niſi de Placitis Corone in adventu Juſticiarior' reſpondere.

Adhuc Peticiones Anno VI Edwardi Primi.

This appears to be no Petition in Parliament, but a Writ to the Juſtices relating to the Leap-year.

REX Juſticiariis ſuis de Banco, Salt̃m. Sciatis quod, cum in Regno nr̃o de anno & die qui languidis per breve nr̃m implacitatis ꝑfigi conſuevit, quomodò ſcilt, & a quo die anni ꝑcedentis, in alium diem anni conſequentis, debuit annus ille et dies in anno biſextili accipi & computari, diu extiterit dubitatum; Nos volentes uniformitatem ubiq; in Regno nr̃o ſuꝑ hoc obſervari, & ꝑclis litigancium ꝑcaveri, ꝓvidimus, et de conſilio fidelium nr̃or' ſtatuimus, qđ ad delendam ſuper hoc omnem ambiguitatem; computetur dies excreſcens in anno biſextili in ipſo anno, ita qđ propter illum diem non occaſionentur aliqui implacitati, ſet ſit & habeatur de menſe illo in quo excreſcit, et contineatur dies ille excreſcens in integritate anni ꝑdc̃i, & computetur dies ille & ꝓximo precedens ꝑ unico die. Et ideo vobis mandamus qđ hoc coram vobis publicari, & de cetero faciatis obſervari. Teſte, etc.

ROTUL. DE ANN. 18 & 19 ED. I.

A. D. 1290. 18 Edw. I. Placita coram ipſo Domino Rege, et ejus Conſilio, ad Parliamenta ſua poſt Feſtum Sancti Hillarii; et etiam poſt Paſcha; anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici Decimo octavo. A. D. 1290. 18 Edw. I.

N° 1.* Petitio Epiſcopi Cov' & Lychefeld' con' Juſticiar' de Foreſta. (m. 1.)

ROGERUS Coventr' et Lychefeld' Epiſcopus queritur Domino Regi de hoc quod in ultimo Itinere Rogeri Extranei et Sociorum ſuorum Juſtic' Domini Regis de Foreſta in Com' Stafford' iidem Juſtic' Boſcos ipſius Epiſcopi de Maneriis ſuis de Cannok et Ruggelegh in manum Domini Regis ſeiſir' fecerunt, et in man' Domini Regis adhuc detinent injuſte et ad grave dampnum ſuum et exheredationem Eccleſiarum ſuarum de Coventr' & Lycheffeld manifeſtam &c.

Et Rogerus et alii Juſticiarii Socii ſui ven' et recordantur quod in Itinere predicto per Viridar' Foreſtar' et alios fideles Domini Regis coram eis preſentatum fuit, quod predicti Boſci ſuper Dominum Regem et Progenitores ſuos per ipſum Epiſcopum et predeceſſores ſuos purpreſtabantur; et a tempore quo bene licet Juſtic' de Foreſta in Itineribus ſuis Purpreſturas ſuper Dominum Regem aut progenitores ſuos factas infra Bundas Foreſte ſue per Aſſiſam foreſte in fine Itiner' ſui capere in manum Domini Reg' et retinere; et ea ratione Boſcos predictos, eo quod ſunt infra Bundas foreſte, et ſuper Dominum Regem et progenitores ſuos purpreſtabantur ut predictum eſt, in manum Domini Regis ſeiſir' fecerunt, &c.

Et Epiſcopus bene cognoſcit quod Boſci predicti ſunt infra metas Foreſte; ſet dicit, quod Dominus Rex Ricardus conſanguineus Domini Regis nunc, dedit, et Carta ſua confirmavit, Eccleſie beate Marie et beati Cedde de Lycheffeld & Hug' quondam Epiſcopo Coventr' predeceſſori ſuo, & ſucceſſoribus ſuis, Villam de Ruggelegh, & Villam de Cannok, cum Eccleſiis Hundr' et omnibus aliis Libertatibus & Pertinentiis ſuis; Habend' & Tenend' in liberam, puram et perpetuam Eleemoſinam, per Cartam ſuam quam profert in hec verba,

Ricardus Dei gratia Rex Anglie &c. Archiepiſcopis &c. Sciatis nos dediſſe et hac preſenti carta noſtra confirmaſſe, pro redemptione peccorum noſtrorum et pro anima Patris noſtri et Parentum noſtrorum, Eccleſie beate Marie et beati Cedde de Lycheffeld, & Hug' Epo Coventr' & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Coventr' Villam de Ruggelegh, et Villam de Cannok, cum Eccleſiis Hundr' & omnibus Libertatibus et Pertinen' ſuis, Habend' et Tenend' in liberam, puram et perpetuam Eleemoſinam: Quare volumus & firmiter precipimus, quod prefatus Epiſcopus, & omnes ſui ſucceſſores poſt eum, habeant et teneant predictas Villas in puram et perpetuam Eleemoſinam, cum Eccleſiis Hundr' & omnibus aliis pertinen' ſuis, cum Sacha & Socha, Thol & Them, Infangenethef, bene, in pace, libere, quiete, integre et plenarie et honorifice in boſco & plano, in pratis & paſcuis & paſturis, vivar' & ſtagnis & mariſcis, in aquis & molendinis, in viis, in ſemitis, in homagiis & releviis, in ſervitiis, & omnibus aliis rebus & locis, in burgis & extra burg', & cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis. Teſtibus, &c. Dat' per manum Willi' Elienſ' Epci IIII^to die Decembris anno regni noſtri primo.

Preterea idem Dominus Rex Ricardus conceſſit, et Carta ſua confirmavit, predicto Hug' predic' &c. ut omnia Maneria ſua, & omnes Terre ſue, & omnes Homines ſui, & omnia Maneria, & omnes Terre, & omnes Feodi Eccleſie Coventr' & Lychefeld, de Ceſtr' & Salop & de Gnoweſhal & omnium Eccleſiarum ſuarum libera eſſent in perpetuum et quieta de Foreſta et de placitis Foreſte, de vaſtis & aſſartis, regardis Foreſte, per quandam aliam cartam quam profert in hec verba,

Ricardus Dei gratia Rex Anglie, &c. Archiepiſcopis, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, et preſenti carta noſtra confirmaſſe, dilecto & familiari noſtro Hugoni Coventr' Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Coventr' ut omnia Maneria ſua, & omnes Terre ſue, & omnes Homines ſui, & omnia Maneria & omnes Terre & omnes feodi Eccleſie de Coventr' & Lycheffeld & de Ceſtr' & de Salop & de Gnoweſhal, & omnium Eccleſiarum ſuarum, in perpetuum libera ſint & quieta de Murdro & Latrocinio & Shir' & Hundr' & de ſectis Shir' & Hundr' et de auxiliis Vic' de Foreſta & placitis Foreſte, de vaſtis & aſſartis, rewardis foreſte & omnibus aliis operibus tam caſtellorum quam vivar' & ſtagnorum, et omnibus Placitis et omnibus Querelis: Quare volumus et firmiter precipimus, ut omnia Maneria, & omnes terre, et omnes feodi predicti Epiſcopi, & ſucceſſorum ejus, & predictarum Eccleſiarum, inde in perpetuum libera ſint & quieta. Teſtibus, &c. Dat' per manum Willi' Elienſ' electi Cancellarii noſtri, Anno regni noſtri primo, apud Cantuar' xxx° die Novembris.

Unde dic' quod ipſe et predeceſſores ſui, a tempore predicti Hugonis et poſt confectionem predictarum cartarum, tenuerunt predictos Boſcos quietos de Foreſta, Foreſtar' viridar' et aliis miniſtris Foreſte Domini Regis, uſque ad ultimum Iter predictum.

Idem etiam Epiſcopus queſitus ſi quid clamet in venatione predictorum Boſcorum,

Dicit, quod omnes predeceſſores ſui, et ipſe ſimiliter, poſt confectionem predictarum cartarum venari ſolebant in predictis Boſcis, et capere & fugare pro voluntate ſua Feras in eiſdem Boſcis, de Foreſta Domini Regis venientes uſque ad proximum Iter predictum. Et petit quod Dominus Rex velit permittere ipſum, et Eccleſias ſuas, uti et gaudere ſtatu et Libertatibus quibus hactenus ipſe & predeceſſores ſui, ut de jure Eccleſiarum ſuarum, uſi ſunt et per predictas conceſſiones predicti Regis Ricardi anteceſſoris ſui, &c.

Et predicti Juſtic' dicunt, quod Dominus Henricus Rex, pater Domini Regis nunc, poſt confectionem predictarum cartarum Domini Regis Ricardi, fuit in ſeiſina predictorum Maneriorum & Boſcorum. Et ſuper hoc ſcrutatis Rotulis & Brevibus de Scaccario de tempore predicti Henrici Regis, inveniuntur Brevia ſubſcripta, &c.

Henricus, Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, & Dux Normannie & Aquitanie, Comes Andegavie,

* This and the following Numbers are not marked on the original Rolls, but taken from the Copy of thoſe Rolls in the Vetus Codex remaining in the Tower of London.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Vic' Staff' Salutem. Scias quod reddidimus Venerabili Patri A. Coventr' & Lychesfeld Episcopo Maneria de Cannok et Ruggelegh, que Rex Ricardus avunculus noster dedit bone memorie Hugoni de Nouant, quondam Coventr' Episcopo. Et ideo tibi precipimus, quod de predictis Maneriis ipsi Episcopo plenam seisinam habere fac'. Teste me ipso apud Waltham, XVII die Aprilis anno regni nostri XIIII°.

Henricus Dei gratia Rex Anglie, Dominus Hibernie & Dux Normann' & Aquitan' et Comes Andegavie Baronibus suis, de Scaccario salutem. Computate Vic' nostro Staff' in firma Com' sui triginta solid' & sex denar' blanc' de mediet' anni regni nostri XIIII pro Maner' de Cannok, et de Ruggelegh, que reddidimus venerabili Patri A. Coventr' & Lychesfeld Episcopo. Computate etiam eidem Vicecomiti sexaginta & unum solid' blanc' de anno regni nostri XV pro eisdem maner' & sic de anno de cetero, &c. Teste me ipso apud Waltham XVII die Aprilis anno regni XIIII°.

Et quia predicta carta per quam predictus Rex Ricardus dedit predicta Maneria de Ruggelegh, & Cannok, predicto Hugoni Episcopo & successoribus suis, posterioris date est quam sit Carta ejusdem Regis, per quam ipse Episcopus clamat ipsa & omnia Maneria sua, terras & homines suos esse quietos de Foresta, prout per datas earundem patet, nec idem Episcopus alia Maneria sua seu Terras clamare potest esse quieta de Foresta quam illa que tempore confectionis illius carte fuerunt in seisina predicti Hugonis Episcopi, datus est dies predicto Episcopo de audiendo judicio suo a die Pasche in unum mensem ad Parliamentum, &c. Et idem Episcopus ponit loco suo Gilbertum de Kyrkeby, vel Robertum de Pype. Et preceptum est per Dominum Regem, quod Regin' de Grey, Bogo de Knowill, & Ricardus de Holebrok, interim inquirant per quas metas et divisas predicti Bosci predictorum Maneriorum dividuntur ab aliis Boscis qui sunt de Baronia ipsius Episcopi, et similiter a Foresta Domini Regis, distincte et aperte; et certificent Dominum Regem ad eundem terminum, &c. Et Dominus Rex precepit quod Bosci predicti interim remaneant in eodem statu in quo nunc sunt, &c.

Postea ad Parliamentum ipsius Domini Regis apud Westm' post Pasch' anno regni Regis nunc Decimo octavo, venit predictus Episcopus in propria persona sua, & reddidit ipsi Domino Regi predictos Boscos, ut jus ipsius Domini Regis.

Et idem Dominus Rex, de gratia sua speciali, concessit & dedit eosdem Boscos predicto Episcopo, per easdem metas, bundas & divisas, per quas ipse Episcopus & Predecessores sui, a tempore confectionis predicte carte, predicti Domini Regis Ricardi Boscos illos tenuerunt; Habend' et Tenend' eidem Episcopo et successoribus suis, et Ecclesie sue Sancti Cedde de Lychesfeld, in liberam, puram et perpetuam Eleemosinam, ut liberam chaceam in perpetuum: Ita quod bene liceat ipsi Episcopo, & successoribus suis, Boscos illos includere, et inclusos tenere, & parcos inde facere, pro voluntate sua, absque hoc quod saltatoria faciant in eisdem, seu rethia habeant ad venationem ipsius Domini Regis de Foresta sua capiend'. Et ita quod Bosci illi omio quieti sint de Foresta, et de placitis Foreste: Et quod nec Justic' ipsius Domini Regis, seu sen' de Foresta qui pro tempore fuerint, Forestarii, Viridarii, Agistatores, Regardatores, seu alii Ministri quicunque fuerint, in Boscis predictis per metas, bundas, & divisas supradictas se aliqualiter intromittant, seu officium suum exerceant quoquomodo, licet predicti Bosci sub suis metis, bundis, & divisis predictis fuerint, infra antiquas metas Foreste ipsius Domini Reg' de Cannok. Et pro hac, &c. Idem Episcopus cognovit se teneri Domino Regi in Mille libris sterling' &c.

---

s. N° 2. Concord' inter Episcopum Linc' & Universitatem Oxon'.

CUM inter venerabilem patrem Oliverum Linc' Episcopum ex una parte, & Magistros Universitatis Oxon' ex altera, mota esset materia discordie, super presentatione et confirmatione Cancellar' sui; Et iidem Magistri dixerunt, quod nunquam solebant Electum suum extra Oxon' mittere ad confirmand' set per nuncios suos fuit eorum Electus semper huc usque confirmatus, et commissio Episcopi transmissa. Et prefatus Episcopus dixisset, quod Commissio illa est de pura et libera voluntate sua; ita quod quando Commissio illa per nuncios facta fuit, hoc fuit de pura gratia sua. Et quia predicti Magistri gratiam illam trahere volebant in jus & consuetudinem, predictus Episcopus gratiam illam continuare non intellexit: Tandem, ad instantiam Domini Regis, ad istud Parliamentum suum, qui omnes contentiones vult pacificare, partes predicte se in hunc modum concordarunt; videlicet, quod prima vice cum predicti Magistri Cancellarium suum elegerint, predictus Episcopus ita prope Oxon' appropinquabit quod Magistri ejusdem Universitatis ad ipsum venire poterint et Electum suum presentare, & redire absque hoc quod aliquam lectionem amittant: Idem etiam Episcopus dixit, quod hoc facto ipse intendit gratiosus esse predictis Magistris in istis et in aliis, nec intendit eos gravare sine suo merito; et credit quod successores sui eodem modo eisdem Magistris amici erunt & gracioси; et intendit, quod alias cum Cancellar' Universitatis predicte erunt electi, si idem Episcopus prope Oxon' fuerit, ipsos Cancellar' admittet quando personaliter' venerint; et si partibus longinquis fuerit, intendit de gratia sua illos admittere per procuratores, set quod ad hoc non teneatur per promissionem istam, nec alio modo nisi de pura gratia & libera voluntate sua. Et ad istam concordiam faciend' predictus Episcopus presens fuit, et etiam frater Willus de Leominstr' Johannes de Monemowe, Ricus de Bradeley, Johannes de la More, & Stephanus de Herdley, Magistri predicte Universitatis, qui concordie predicte unanimiter consenserunt; et quorum quilibet assensum suum manu propria scripsit, &c.

Episcopus Coventr' & Lychefeld ponit loco suo Gil- ss.
bertum de Kirkeby, vel Robertum de Pype, in omnibus Placitis & Querel' inter ipsum Episcopum, & Regin' de Grey Justic' Cestr' &c.

Dominus Rex precipit quod Rotuli de Petitioni- ss.
bus Hibern' et earum respons' liberentur ad Scaccarium, &c.

(Dors.) ss. N° 3. Petitio Will' de Valenc' & Johanne Uxoris sue de prosecutione Bulle sue.

WILL'S de Valenc' supplicavit Domino Regi, quod cum ipse, & Johanna Uxor ejus, habeant quandam Bullam impetratam, Archiepiscopo Cantuar' directam, super successione in bonis que fuerunt Willi' de Monte Canis' nuper defuncti, et quis vel que eidem Willo de Monte Canis' succedere debet, quod Dominus Rex tradere velit & committere aliquem curatorem cuidam Dionisie fil' predicti Willi', ut dicitur, & que est in custod' ipsius Domini Regis ut heres ipsius Willi propinquior, ad prosequend' et defendend' pro predicta Dionis' et satu suo coram predicto Archiepiscopo, & Judicibus in predicta Bulla nominatis; vel quod Dominus Rex concedat & permittat, quod ipsi Judices eidem Dionis' ex Officio suo aliquem Curatorem possint committere: Et profert predictam Bullam: Et petit, quod si videatur Domino Regi & ejus Consilio, quod Bulla illa non sit prejudicial' corone & dignitati Domini Regis, quod Petitio sua ei concedatur: Et quia, Bulla illa visa, audita, et intellecta, manifeste patet quod Bulla illa finaliter tendit ad jus successionis hereditarie terminand', cum de successione hereditaria nemo debeat cognoscere nisi Cur' Reg' vel Cur' Ecclesiastica ad mandatum Cur' Domini Reg'; et etiam si Bulla illa procederet, manifeste esset contra consuetudinem hactenus in regno usitatam; et etiam quia Dominus Rex nuper providit, quod appellationes non fiant, vel cause agitentur in Cur' Christianitatis de hiis que a Cur' Reg' ibi sint demandata, propter multa inconvenientia que exinde sequerentur; et etiam quia Placita de Successione hereditaria ita ordinate se habent q̄ primo per Brevia Domini Regis incipere debent in Cur' Reg' et de Cur' illa, si necesse fuerint, mitti ad Cur' Christianitat' et non e verso; et etiam quia multa Placita et innumerabilia tempori-

bus

A. D. 1290. 18 Edw. I.

bus retroactis in Cur' Reg' placitata, et etiam Judicia ſuper eiſdem reddita, irritarentur & forte reverſarentur ſi Bulla iſta procederet, cum forte teſtimonia Epiſcoporum defunctorum vel aliorum adnullarentur vel infirmarentur; Et etiam quia predicti Wills et Johanna per predictam Bullam intendunt infirmare fcum Epiſcopi Wygorn' cujus fcum fuit qd predicta Dioniſ' fil' predicti Willi de Monte Caniſ' cenſebatur legitima, & per Bullam illam intendunt fcum illud infirmare, & predictam Dioniſ' Baſtardam probare & convincere; et etiam quia quidam Simon de Ludgate, qui nuper quandam Bullam non tam prejudicialem Corone Domini Regis impetraverat, per judicium Cur' Dñi Reg' ad priſonam adjudicabatur ad voluntatem Domini Regis; et ſi Dominus Rex Bullam iſtam procedere permitteret, faceret contrarium judicii per ipſum & Conſilium ſuum redditi; et etiam quia ipſe Dominus Rex eſt cuſtos et curator predicte Dioniſ' ſecundum conſuetudinem regni, ratione cuſtodie ipſius Dioniſ' nec alium Curatorem dare poterit niſi ſibi ipſi injuriaretur; et etiam, ſi Curatorem daret, ſic daret litem pupillo ſuo, quod eſſet inconveniens; Et etiam ſi Dominus Rex permitteret predictum Archiepiſcopum aut alios judices curatorem dare, ſic de neceſſitate oporteret ipſum permittere de cetero quemlibet alium Judicem delegatum, et in bri Dum Papam; et ſic incontinenti deveniret Eccleſia Romana in ſeiſin' cognoſcendi de ſucceſſione hereditar' de terr' & ten' in regno iſto, quod manifeſte eſſet contra Coronam & conſuet' regni; et etiam ſic eſſet Cur' Regia ſubjecta Judicibus delegatis in poſterum: Videtur Domino Regi quod Curatorem predicte Dioniſ' licite non poteſt concedere nec permittere, quod predicti Judices aliquem ei committant &c.

Poſtea ad Parliamentum Domini Regis poſt Paſch' anno predicto, venit predictus Wills de Valenc' coram ipſo Domino Rege, et petiit quod Dominus Rex permitteret ipſum ſequi quandam appellationem coram Epo Cantuar' quam ipſe Wills & Johanna Uxor ejus fecerunt de quadam ſententia iniqua per predictum Epiſcopum Wygorn' pronunciata ſuper matrimonio inter predictum Willm de Monte Caniſ' & quandam Amiciam Matrem predicte Dioniſ' fil' &c. contracto, ut dicitur; et etiam ſuper legitimatione predicte Dioniſ' fil' &c. Que quidem ſententia iniqua robur perpetuum optinebit, niſi predictum appellum interpoſitum infra annum a tempore appellationis facte ſit proſecutum, ſecundum quod idem Wills a quibuſdam diſcret' jura ſcripta ſcientibus intellexit; et quia predicti Wills & Johanna per predictam appellationem intendunt predictam ſententiam totaliter infirmare, & per conſequens predictam Dioniſ' fil' predicti Willi de Monte Caniſ' Baſtardam probare; et ſic per viam illam ad heredit' ipſius Dioniſ' attingere, & ipſam Dioniſ' infra etatem & in cuſtod' Reg' exiſtentem de libero tenemento ſuo amovere, de quo ex liberatione Domini Regis eſt in ſeiſin' et ad quod liberum tenementum per conſilium Domini Regis fuit admiſſa; quod manifeſte eſt inconveniens, & contra legem et conſuetudinem regni:

Inhibitum eſt eidem Willo quod predictam appellationem ante etatem predicte Dioniſ' nullo modo proſequatur &c.

ff. Dominus Rex precipit quod mandetur Johanni Archiepiſcopo Eborum quod ſit ad proximum Parliamentum a die Paſch' in tres ſeptimanas ad reſpondend' Magiſtro Roberto de Scardeburgh de quibuſdam Injuriis & Tranſgreſſ' eidem Magiſtro Roberto per eundem Archiepiſcopum illatis ut dicit, et injunctum eſt Radulpho de Hengham quod fac' predictum breve &c.

joris Aule Weſtm' verſus Conſilium Domini Regis tranſiſſet, ubi quilibet de regno & pace Domini Regis licite & pacifice venire, & negotia ſua proſequi debet, abſque hoc qd aliquas citationes vel ſummonitiones ibidem admittat, predictus Prior, ad procurationem ipſius Bogonis, die Veneris proxima ante feſtum Purificationis beate Marie, hoc anno, predictum Comitem in predicta Aula citavit qd compareret ad certos diem & locum coram Archiepiſcopo Cantuar' ſuper ſibi objiciend' reſponſ' in contemptum Domini Regis manifeſtum, & dedecus ſuum decem mille libr' & in leſionem libertatis Eccleſie predicti Abbatis, conceſſe per Curiam Romanam, cum predictus Locus omnino ſit exemptus a juriſdictione Archiepiſcoporum, ſeu Epiſcoporum quorumcumque, per Libertates ſibi & Eccleſie ſue Weſtm' conceſſas, et ad dampnum ipſius Abbatis mille librarum, et in prejudicium officii predictorum Seneſcalli & Mareſcalli manifeſtum, & dampnum non modicum, cum ad ipſorum officium, & non ad alium, ſummonitiones & attachiamenta infra Palacium Domini Regis pertineat faciend'; et etiam ad dampnum predicti Comitis quinque Mille libr'; et inde producunt ſectam &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et Prior & Bogo ven' et Prior bene cognoſcit, quod ipſe citavit, prèdictis die et loco, predictum Comitem ut predictum eſt; et ſimiliter predictus Bogo bene cognoſcit, quod ipſe fecit citare predictum Comitem, ut predictum eſt; ſet dicit quod ipſe omnino ignoravit quod predictus Locus fuit exemptus, et quod non intellexit aliquem contemptum Domino Regi, ſeu aliquod Prejudicium ejus Miniſtris, per citationem illam feciſſe; et omnino ponit ſe in gratiam, miſericordiam, & voluntatem Domini Regis alto & baſſo.

Et quia predicti Prior & Bogo cognoſcunt predictam citationem predictis die et loco per ipſos fuiſſe factam; et que manifeſte facta fuit in contemptum Domini Regis; Conſideratum eſt, quod predicti Prior & Bogo mandentur Turri London' & ibidem cuſtodiantur ad voluntatem Domini Regis &c. Et quoad predictos Com' & Abbatem, datus eſt dies eis die Veneris in craſtino purificationis Beate Marie &c.

Poſtea predictus Bogo invenit pleg' ſubſcriptos, ad ſatisfaciend' Domino Regi de predicta Tranſgreſſione ante receſſum ſuum de Weſtm' de inſtanti Parliamento, alioquin quod ipſi reſtituent Corpus ejus Turri London' in receſſu Domini Regis; ſcilicet, Johannem de Eyuille, Henricum Hoſe, Robertum le Vele, Radulphum Bluet, Roulandum de Erley, Robertum de Radington, Willm de Rye, Willm de Nerford, & Willm Euereys qui ipſum plegiaverunt in forma predicta.

Et predictus Prior invenit pleg' ſubſcriptos, ſcilicet, Robertum de Melkele, Robertum de Grauel, Willm de Melkeſhop, & Willm de Sutton, qui ipſum Priorem pleg' ſub eadem forma qua predicti Johannes de Eyuille, et alii ſuperius, predictum Bogonem pleg'. Poſtea venit predictus Bogo, & finem fecit Domino Regi pro predicta Tranſgreſſione per . . . . mille marcas, et recipitur per pleg' &c.

Et quoad predictum Com' poſtea venit predictus Bogo, & vad' eidem Comiti mille libr' pro Tranſgr' ſibi facta; et idem Comes ad inſtantiam Epiſcopi Dunelm', Epiſcopi Elienſ' & aliorum de Conſilio ipſius Domini Regis, remiſit eidem Bogoni pred' mille libr' uſque ad centum libr' &c.

Et Sciend' quod Plegii de predicto Fine admittuntur coram Theſ' ad Scaccarium, per preceptum Domini Regis; et predictus Prior mittitur ibidem ad faciend' ſecundum quod Theſ' ei dicet ex parte Domini Regis &c.

---

ff. No 4. Querela Com' Cornub' verſus Bogonem de Clare et Priorem Sancte Trinitatis London'.

PRIOR Eccleſie ſancte Trinitatis London' & Bogo de Clare attach' fuerunt ad reſpondend' Domino Regi, Petro de Chañet Seneſcallo Domini Regis, Waltero de Fanecurt Mareſcallo Domino Regis, Edmundo Comiti Cornub' & Abbati Weſtm' de hoc, quod cum idem Comes, ad mandatum Domini Regis ad iſtud Parliamentum ſuum London' veniſſet, & per medium ma-

ff. No 5. Petitio Johannis de Haſting' de cuſtod' terrarum de Ippeſleye.

JOHANNES de Haſtinges petiit, quod Dominus Rex reſtitueret ei ſeiſinam Manerii de Ippeſleye, in Com' Warr', cujus ſeiſina ad ipſum Johannem pertinet, nomine cuſtodie, ratione minoris etatis Hered' Henrici Huband nuper defuncti: Qui quidem Henricus Manerium predictum de eo tenuit per ſervitium militare, et

A. D. 1290. 18 Edw. I.

inde in Homagio ſuo obiit; et de cujus ſeiſina idem Johannes per magr̃m Henricum de Bray Eſchaetorem Domini Regis amotus fuit &c.

Et Niclius de Warr', qui ſequitur pro Rege, dicit, quod Cuſtodia predicti Manerii ad Dominum Regem pertinet, ut cuſtod' de cuſtodia, et non ad alium ratione minoris etatis Hered' Roberti de Mortuo-Mari de Caſtro Ricardi, qui eſt infra etatem, & in cuſtodia ipſius Domini Regis, eo quod predictus Henricus Huband obiit in Homagio predicti Roberti, Patris predicti Her' de predicto Manerio &c.

Et quia Dominus Rex ſuper hoc vult certiorari, aſſignavit Robertum de Thorp, et Macolmum de Harlegh, Eſchaetor' &c. ad inquirend' veritatem omnium premiſſorum; et quod inde certificent Dominum Regem ſine dilatione &c.

Et fiat predicta Inquiſitio per Homines de Com' Warr' Staff' & Wygorn' &c.

ff. Dominus Rex precipit Stephano de Peneceſtr' Cuſtodi Quinque Portuum, & etiam Johanni de Cobeham Cuſtodi Caſtri Roff', ſub gravi forisfactura ſua, ne permittant aliquos de Angl' vel alia terra quacunque aliquod maeremium, boſcum, vel carbones boſci extra regnum aliquo modo cariare de cetero.

Poſtea predictum Preceptum per ipſum Dominum Regem ad Parliamentum ſuum poſt Paſch' revocatur &c.

---

ff. N° 6. Placitum inter Dominum Regem & Epiſcopum Wynton' de Cuſtod' Hoſpit' Suthpt'. (m. 2.)

JOHANNES de Inſula, qui ſequitur pro Domino Rege, alias ad Parliamentum ipſius Domini Regis, videlicet poſt Feſtum Sancti Hillar' proximo preterit' apud Weſtm', monſtravit Domino Regi, quod cum Domina Alianora Regina Anglie, Mater Domini Regis nunc, que tenet Villam de Suthpt̃ ad terminum vite ſue, contuliſſet cuſtod' Hoſpital' Sancti Juliani extra Suthpt̃ cuidam Roberto le Aumoĩr ac idem Robertus per collationem ſuam fuiſſet in pacifica poſſeſſione cuſtodie predicte, Epiſcopus Wynton' qui nunc eſt ipſum Robertum de predicta cuſtodia ejecit, & cuſtodiam illam cuidam Rogero de Molton contulit, qui eam modo tenet, in dampnum predicte Alianore quingentarum librarum, & contemptum Domini Regis manifeſtum &c.

Et Epiſcopus venit, et dixit, quod tempore quo creatus fuit in Eccl̃m Wynton' invenit Eccleſiam ſuam Wynton' ſeiſitam de predicta Advocatione cuſtodie predicti Hoſpital'. Et petit judicium, ſi deberet ſine Brevi Domini Regis inde reſpondere.

Preterea dixit, quoad ejectionem predicti Roberti, quod per Communitatem Ville de Suthpt̃ aliquo tempore coram Juſtic' Domini Regis de Banco fuit ipſe implacitatus de advocatione predicte cuſtodie, et per judicium ejuſdem Cur' Domini Regis predictam Advocationem verſus predictam Communitatem optinuit: Ita quod Dominus Rex ſibi mandavit, quod de predicta cuſtod' ordinaret, et etiam Vic' Suthpt̃ precep' per Breve ſuum quod vim laicalem inde amoveret. Unde dixit, quod ſi predictus Robertus inde ejectus fuerit, hoc fuit per Vic' ratione predicti Brevis, & non per ipſum Epiſcopum; et hoc paratus fuit verificare &c.

Et quia predictus Epiſcopus invenit Eccleſiam ſuam de Wynton' ſeiſitam de predicta Advocatione tempore creationis ſue, Ideo conſideratum fuit, quod ipſe quoad hoc iret inde ſine die adtunc, et Dominus Rex haberet Breve ſuum verſus predictum Epiſcopum, quod reddat ei advocationem &c. Et quoad ejectionem, quod inquireretur veritas per Patriam &c.

Propter quod Dominus Rex poſtea aſſignavit Gilbertum de Thornton, & Johannem de Metyngham, Juſtic' ſuos ad inquirend' veritatem de predicta ejectione, per litteras ſuas Patentes quas eis inde fieri fecit, & miſit una cum recordo predicto in hec verba: E. Dei gratia &c. dilectis & fidelibus ſuis Gilberto de Thornton, & Johanni de Metingham, ſalutem &c. Cum nos, anno regni noſtri XIIIº, Libertatem ville Suthpt̃, que ſereniſſime Domine Alianore Regine Anglie matri noſtre aſſignata eſt in dotem, pro quibuſdam tranſgreſſionibus nobis & prefate Regine per Burgenſes ejuſdem Ville illatis, ut in redditibus & aliis juribus ad nos & ad coronam & dignitatem noſtram et ad prefatam Reginam ſpectantibus ſubtractis, capi fecerimus in manum noſtram, & libertatem illam cum omnibus ad eam ſpectantibus predicte Regine commiſiſſemus; Habend' quouſque per Nos & Conſilium noſtrum plenius deliberaretur quid inde fuiſſet faciend'; ac predicta Regina, predicta Libertate in manu ſua exiſtente, Robertum de Stok Capellanum cuſtod' Domus Dei & Sancti Juliani Suthampt̃ per mortem Roberti de Knowell tunc vacant' prefecerit, quem venerabilis Pater J. Wynton' Epiſcopus, & Rogerus de Molton, poſt ſeiſinam diu inde habitam, abſque cauſa rationabili, vi et armis ejecerunt, in regii juris noſtri prejudicium, & contra formam collationis ſeu prefectionis predicte Matris noſtre, & contra Pacem noſtram, ſicut nobis datum eſt intelligi: NOS, ſuper premiſſis plenius certiorari volentes, aſſignavimus Vos ad inquirend' per ſacramentum proborum & legalium hominum, tam de Villa Suthpt̃ quam de partibus adjacentibus, qui prefatos Epiſcopum et Rogerum nulla affinitate attingant, per quos rei veritas melius ſciri poterit, plenius inde veritatem; et ideo Vobis mandamus, quod ad certos diem & locum quos ad hoc provideritis Inquiſitionem illam faciatis, et eam diſtincte et aperte factam, ſub ſigillis veſtris et ſigill' eorum per quos facta fuerit, Nobis mittatis, & hoc Breve, ita quod eam habeamus ad proximum Parliamentum noſtrum apud Weſtm' in octab' Sancte Trinitatis prox' futur'. Mandavimus enim Vic' noſtro Suthpt̃ quod, ad certos diem et locum quos ei ſcire facietis, venire fac' coram vobis tot & tales probos & legales homines, tam de Villa Suthpt̃ quam de partibus adjacentibus, qui prefatos Epiſcopum et Rogerum nulla affinitate attingant, per quos rei veritas in premiſſis melius ſciri poterit & inquiri, ut predictum eſt. In cujus &c.

Ratione cujus mandati predicti G. & J. Juſtic' &c. mandaverunt Vic' Suthpt̃ quod venire faceret coram eis predictam Inquiſitionem apud Suthpt̃ in Craſtino Sancte Trinitatis Anno ſupradicto.

Ad quem diem, predicti Epiſcopus, et Rogerus de Molton, per Robertum de Hereherd attorn' ipſius Epiſcopi, venerunt; & ſimiliter quidam Johannes de Haydel qui ſequitur pro Domino Rege, et etiam pro Domina Regina Matre ipſius Domini Regis, venit et petiit, quod procederetur ad inquiſitionem ſecundum tenorem Brevis Domini Regis eiſdem Juſtic' directi.

Et predictus Rogerus de Molton dixit, quod ipſe eſt cuſtos predicti Hoſpit' & ſeiſ' de hiis que ad predictum Hoſpitale pertinent ut de libero tenemento ſuo, & petiit quod qualitercumque Inquiſitio illa caperetur, quod non procederetur in prejudicium ſui quoad liberum tenementum ſuum. Et ſuper hoc attorn' predicti Epiſcopi protulit quoddam Breve Domini Regis in hec verba,

Edwardus, Dei gratia &c. Dilectis et fidelibus ſuis Gilberto de Thornton & Johanni de Metingham, ſalutem. Cum Robertus le Aumoner nobis et Conſilio noſtro nuper conqueſtus fuiſſet, quod venerabilis Pater J. Wynton' Epiſcopus, auctoritate ſua propria et abſque mandato noſtro, prefatum Robertum a cuſtodia Hoſpit' Sancti Juliani extra Suthpt̃, quam ex collatione kariſſime Matris noſtre Alianore Regine Anglie tenuiſſe ſe aſſerebat, ejeciſſe debuerat, et idem Epiſcopus coram Nobis & prefato Conſilio noſtro reſpondiſſet, quod advocationem ejuſdem Hoſpital' per conſiderationem Curie noſtre verſus communitatem Ville Suthpt̃, que ipſum Epiſcopum coram Thoma de Weyland, & Sociis ſuis Juſticiariis noſtris de Banco, per Breve noſtrum de advocatione predicti Hoſpital' implacitavit, diſrationaverat; et quod poſtea, per Breve noſtrum de judicio eidem Epiſcopo directum, in quo continebatur, quod non obſtante reclamatione predicte Cõitatis, eidem Hoſpitali de idoneo cuſtode proviederet, cuſtodiam ejuſdem Hoſpital' Rogero de Molton, clerico, contulit, & ipſum Rogerum, amot' inde per Preceptum noſtrum per Willm de Brembeleſchete, tunc Vic' noſtrum Com' Suthr̃, vi laica que ſeſe tunc tenuit in eodem Hoſpit' ad perturband' ipſum Epiſcopum quo minus officium ſuum ſpirituale exercere potuit ibidem,

cuſtodem

A. D. 1290. 18 Edw. I.

cuſtodem inſtituit in eodem, et hoc paratus fuit verificare per Patriam: Per quod vobis injunximus, quod ad predictam Villam Suthpt̃ procederetis, et diligentem Inquiſitionem ſuper premiſſis faceretis. Et jam intellexerimus, quod predictus Robertus quoddam Breve vobis directum, predicto recordo coram Nobis & Conſilio noſtro predicto habito et etiam juri contrarium, in Curia noſtra, in enervationem facti predicti impetravit, in ipſius Epiſcopi diſpendium non modicum & gravamen, & Eccleſie ſue Wynton' exheredationem manifeſtam. Nos eidem Epiſcopo prout juſtum fuerit ſubvenire volentes in hac parte, Vobis mandamus, quod inſpecto recordo coram Nobis & Conſilio noſtro predicto inde habito, quod Vobis ſub Sigillo noſtro mittimus ſecundum tenorem ejuſdem recordi, prout juſtum fuerit procedatis; proviſo tamen, quod Inquiſitio inde faciend' per probos et legales homines de viſn' de Suthampton, neutri Parti ſuſpectos & per quos rei veritas in premiſſis melius ſciri poterit, capiatur, ne per ſubornationem vel procurationem alicujus contingat alterutram Partium ſuper jure ſuo in hac Parte aliquatenus defraudari; et hoc occaſione predicti Brevis per prefatum Robertum impetrati vobis inde directi non omittatis. Teſte me ipſo apud Weſtmonaſterium xxiii° die Maii anno regni noſtri xviii°.

Et ſimiliter Vic' predictus protulit quoddam aliud Breve Domini Regis in hec verba,

Edwardus &c. Vic' Suthampt̃, ſalutem.

Cum aſſignaverimus dilectos & fideles noſtros Gilbertum de Thornton, et Johannem de Metingham, ad quandam Inquiſitionem per Breve noſtrum faciend' inter Nos & Alianoram Reginam Anglie Matrem noſtram kariſſimam, et Venerabilem Patrem J. Wynton' Epiſcopum, & Rogerum de Molton, de advocatione Domus Dei Sancti Juliani de Suthṫ, ac neceſſe & expediens ſit quod Inquiſitio illa per probos & legales homines tam de Villa Suthampton' quam de Villis adjacentibus fiat, tibi precipimus, quod in Inquiſitione illa tot & tales probos & legales homines tam de Villa Suthpt̃ predicta quam de partibus predictis, per quos rei veritas in premiſſis melius ſciri poterit, poni fac'. Teſte me ipſo apud Weſtm' xx die Maii, anno regni noſtri xviii°.

Et ſuper hoc attorn' predicti Epiſcopi dixit, quod nullo modo ponere ſe voluit in aliquam Inquiſitionem faciendam per homines predicte Ville, eo quod idem Epiſcopus in Cur' Domini Regis coram Juſticiariis ſuis de Banco recuperavit advocationem predictam verſus Communitatem predicte Ville; et quod idem Epiſcopus adhuc proſequitur ad dampna ſua recuperanda verſus eandem Communitatem ei adjudicata in predicto Placito, ſecundum formam ſtatuti; et etiam dixit, quod omnes de Communitate predicta fovent predictum Placitum; et preterea, quod diverſe et magne contentiones ſunt inter ipſum Epiſcopum & Burgenſes predictos ſuper exactionibus & demand' Tolneti, quas ipſi Burgenſes faciunt hominibus ipſius Epiſcopi, contra Libertatem ſuam & pro aliis rebus & demand' diverſis; et etiam, quod cum primo Breve Domini Regis Juſtic' predictis directum fuiſſet, quod ipſi procederent ad Inquiſitionem predictam faciend' tam per homines Ville Suthpt̃ quam forinſecos, et ſuper hoc idem Epiſcopus ſentiens ſe gravatum oſtendit premiſſa Domino Regi, quibus oſtenſ' optinuit Breve ſtatim Juſtic' hic, quod ipſi caperent Inquiſitionem predictam per homines de Viſn' Suthṫ et non per homines Ville Suthṫ. Unde dixit manifeſte quod omnes de Villa Suthṫ fuerunt ſuſpecti &c. Et quia illud Breve clauſum, per ipſum Epiſcopum impetratum, facit mentionem in ſe quod Inquiſitio predicta caperetur per probos & legales homines de Viſn' Suthṫ neutri Parti ſuſpectos, et per quos rei Veritas &c. Quod quidem Mandatum non eſt contrarium predicto Brevi Domini Regis Patenti, in hoc maxime quod Inquiſitio predicta fieret tam per homines Villate Suthṫ quam de partibus adjacentibus, cum homines ejuſdem Ville ſint propinquiores Viſn' ejuſdem, & qui veritatem melius noſcere deberent Premiſſorum quam alii forinſeci; et etiam quia querela iſta eſt querela ipſius Domini Regis, & non prefati Roberti le Aumoner; et ſimiliter, quia predictus Epiſcopus per Attornatum ſuum calumpniavit totam Communitatem generaliter, et in communi nullam certam calumpniam oſtendens verſus certas & ſingulares Perſonas, prout moris eſt in Cur' Domini Regis, videbatur Juſtic' predictis, prout recordantur, quod Inquiſitio predicta capi deberet tam per intrinſecos quam extrinſecos; et proceſſerunt ad captionem predicte Inquiſitionis juxta formam Brevis Domini Regis patentis waranti ſui. Et nichilominus, eo quod ex parte predicti Epiſcopi certe calumpnie et verſus certas perſonas propoſite fuerunt, videlicet verſus quoſdam Johannem de la Barre, Robertum le Mercer, & Robertum le Barber, de hoc quod ipſi Burgenſes devadiaverunt homines ipſius Epiſcopi, exigendo ab eis Theolonium injuſte, & per ballivos & homines ipſius Epiſcopi calumpniabantur, amoti fuerunt de Inquiſitione predicta. Et fuit Inquiſitio predicta coram prefatis Juſtic' ad prefatos diem et locum capta per Thomam Peuerel, Henricum Attecruche, Johannem de Langele, Johannem Pers, Thomam le Vyneter, Walterum de Letford, Nich'um Geſe, Adam le Horder, Hugonem Sampſon, Henricum le Lung, Johannem Wrangy, & Johannem Page, qui dixerunt ſuper ſacramentum ſuum, quod predicta Villa de Suthpt̃ devenit in manum Domine Regine Matris Regis circa Feſtum Sancti Martini, anno xiii° finiente & incipiente xiiii°, & fuit in manu ſua uſque initium quadrageſime proximo ſequentis; et dixerunt, quod Robertus Knoel obiit ad Natale Domini proximo ſequens poſt predictum Feſtum Sancti Martini, et quod quidam Walterus Prat, & Johannes Laurence, Ballivi Domine Regine, ſtatim poſt mortem Roberti Knoel, nomine ipſius Regine, poſuerunt ſe in eodem Hoſpitali & illud cuſtodiebant ad opus ipſius Regine, quouſque eadem Regina cuſtodiam predicti Hoſpit' contulit cuidam Roberto de Stok Capllo, qui intravit in eadem ad Feſtum Sancti Barnabe Apoſtoli anno xiii° & in Pace morabatur in eodem, quouſque Vic' Suthpt̃ cum multitudine magna gentium, per Breve Domini Regis, quod idem Vic' inde habuit ut credunt, & in preſentia Epiſcopi amovit duos ſervientes ipſius Roberti de Stok, et poſuit Epiſcopum in ſeiſina de advocatione predicta; et dicunt, quod nulla vis laica ibi fuit niſi predicti duo ſervientes & Fratres & ſorores predicti Hoſpit'. Dicunt etiam, quod ignorant oñio per quem predictus Robertus Knoel, ultimus cuſtos qui obiit, factus fuit cuſtos; et dicunt ſimiliter, quod quidam Gervaſius le Riche, Burgenſ' Suthampton' primo fundavit predictum Hoſpitale, & contulit Cuſtodiam ejuſdem Hoſpital' cuidam Rogero fratri ſuo. Et ad iſtum Hoſpitalitatem ſuſtinend' multi Burgenſes ejuſdem ville dederunt terras, redditus, & alia ten' ad augmentionem ſuſtentationis predicte, ſet bene dicunt, quod predictus Epiſcopus, nec aliquis Predeceſſorum ſuorum, unquam aliquid contulerunt predicto Hoſpitali, quod eis conſtare poſſit. In cujus rei teſtimonium predicti Juratores Sigilla ſua appoſuerunt.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et dicunt, quod ſi qua dampna adjudicari debent, quod dampna illa ſe extendunt ad Viginti Libras.

Quam quidem Inquiſitionem in forma predicta captam, & ſub Sigill' Jur' ſignatam, predicti Juſtic' poſtea coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio in pleno Parliamento ſuo predicto, die Jovis proxima poſt Octab' Sancte Trinitatis, protulerunt.

Dorſ.

Et predicti Epiſcopus & Rogerus ven', et ſimiliter predictus Johannes de Haydle, qui ſequitur pro Domino Rege & Domina Regina Matre &c. venit, & petiit quod procederetur ad judicium ſecundum Inquiſitionem predictam &c.

Et predictus Epiſcopus dixit, quod ad aliquod judicium faciend' ſuper dicta Inquiſitione procedere non debet. Dixit enim, quod predicti Juſtic' ad captionem illius Inquiſitionis minus rite proceſſerunt, & contra conſuetudinem Regni, et etiam contra formam Waranti ſui, in hoc quod calumpnias ſuas predictas ei non allocaverunt;

A. D. 1290. 18 Edw. I.

runt; et etiam in hoc, quod Jur' predicte Inquisitionis examinaverunt super quibusdam articulis contingentibus merum jus advocationis custodie predicti Hospital' cum Inquisitio illa tantummodo adjudicabatur capienda super ejectione predicti Roberti. Et petiit, quod Dominus Rex, viso recordo predicti Placiti coram eo placitati, et etiam inspecta Inquisitione predicta, sibi faciat quod viderit esse faciend' &c. Et super hoc, inspecto & intellecto recordo predicti Placiti, et etiam recitatis & auditis calumpniis predicti Episcopi & earum adnullationibus, videtur Domino Regi, & ejus Consilio, quod iidem Justic' secundum quod in recordo suo predicto continetur, debito modo & secundum consuetudinem regni ad captionem predicte Inquisitionis processerunt, et etiam quod eidem Episcopo in nullo injuriaverunt, licet super quibusdam articulis contingentibus jus advocationis custodie predicte Jur' predicte Inquisitionis examinaverunt, cum super articul' illis nullum judicium reddiderunt. Et quia per predictam Inquisitionem, cujus pars predictus Episcopus dedicere non potest quin fuit cum Jur' illius Inquis' calumpniavit qui per calumpniam suam amoti fuerunt de Jur' illa, convictum est, quod Dominus Rex, a tempore quo predicta Villa de Suthpt̄ devenit in manum suam per forisfacturam predictam per ipsam Dominam Reginam cui Villam illam commiserat; et per ballivos ipsius Domine Regine, videlicet, per quosdam Walterum Prat, & Johannem Lauerence, ballivos ipsius Domine Regine, fuit in seisina de predicta custodia post mortem predicti Roberti Knoel, quondam custod' ejusdem, a Festo Natal' Domini anno ipsius Domini Regis XIIII° usque ad Festum Sancti Barnabe Apostoli proximo sequens, quod ipsa Domina Regina custodiam predicti Hospital' contulit predicto Roberto le Aumoner, nomine ipsius Domini Regis. Qui quidem Robertus fuit inde in bona & pacifica possessione ejusdem per collationem predictam, a Festo Sancti Barnabe Apostoli usque quindenam Sancti Johannis Baptiste proximo sequentem, prout per predictam Inquisitionem compertum est, quousque predictus Episcopus, occasione cujusdam Placiti inter Burgenses predicte Ville, fingentes se habere actionem implacitandi predictum Episcopum de advocatione predicti Hospital' et ipsum Episcopum permittentem se inde implacitari, ac si esset deforcians, coram Justic' de Banco habiti; et ratione cujusdam Brevis Domini Regis de Judicio ad sectam ipsius Episcopi Vic' Suthpt̄ directi, ut vim laicalem inde amoveret, predictum Robertum le Aumoner ejecit, in fraudem et deceptionem Domini Regis & Cur' sue manifestam, cum idem Dominus Rex, per predictam Dominam Reginam, Ballivos suos, & etiam per predictum Robertum, fuisset seis' de advocatione predicte custodie toto tempore quo Placitum predictum inter predictos Burgenses & predictum Episcopum pendebat, prout per predictam Inquisitionem compertum est.

Consideratum est, qd record' & processus predicti Placiti inter predictos Burgenses et predictum Episcopum de predicta advocatione habiti penitus adnulletur; et quod Dominus Rex recuperet talem seisinam de custodia predicta qualem per predictam Reginam Matrem suam & predictum Robertum habuit antequam idem Robertus, ratione predicti Brevis, ejectus fuit, & etiam dampna sua que taxantur per Jur' ad xx libras, et Episcopus in misericordia, et perquiret sibi versus Dominum Regem per aliam viam, si sibi viderit expedire. Et preceptum est Vic' Suthpt̄ quod predicto Roberto, nomine ipsius Domini Regis, talem seisinam habere faciat de predicta custod' cum omnibus suis pertinen' integre & plenarie qualem prius habuit antequam ratione predicti Brevis ejectus fuit &c.

Postea in crastino Sancti Johannis Baptiste venit predictus Episcopus, & petiit quod Dominus Rex restitueret ei seisinam advocationis custodie predicti Hospital' et quod ipsum Episcopum permitteret predictam custod' conferre, & de eadem ordinare, prout Predecessores sui Episcopi Wynton' custodiam illam conferre, & de eadem ordinare consueverunt. Et quia predictus Robertus le Aumoner, nomine ipsius Domini Regis, & ratione judicii predicti, est in seisina de predicta Custodia ut de libero tenemento suo, nec est juri consonum, vel in Curia ista usitatum, quod aliquis amoveatur de seisina sua quam per judicium Cur' recuperavit nisi prius in judicium vocetur, Preceptum est Vic' Suthṫ quod scire fac' predicto Roberto, quod sit coram Domino Rege, a die Sancti Johannis Baptiste in xv dies, ubicumque &c. ipsum Dominum Regem super predicta advocatione et collatione Custod' ejusdem Hospit' certioratur' & ostens' &c. si quid habeat, vel dicere sciat, pro Domino Rege quare idem Dominus Rex predictam advocationem predicto Episcopo restituere, & ipsum Episcopum eandem Custodiam conferre et de eadem ordinare permittere non debeat &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Postea, die Veneris proxima post quindenam Sancti Johannis Baptiste, predictus Episcopus solvit predicta dampna in pleno Consilio, & liberabantur Waltero de Langeton, ad opus Domini Regis &c.

---

ff. N° 7. Querela Abbatis Loci Sancti Edwardi versus Ballivos de Suthampt'.

ABBAS Loci Sancti Edwardi alias coram Episcopo Wynton' & Sociis suis Auditoribus, &c. apud Westmonasterium questus fuit de Roberto le Barbur, Roberto le Mercer, et Petro de Lyons, Ballivis Ville Suthpt̄, de hoc, quod cum ipse et Predecessores sui Abbates & omnes homines sui, per cartam Domini Henrici Regis Patris Domini Regis nunc, & confirmationem ejusdem Domini Regis nunc, quieti sint, & esse debeant, et consueverunt, a prestatione Theolonii per totum regnum Anglie, predicti Ballivi post transfretationem Domini Regis nunc in Vascon' predictos Abbatem & homines suos venientes in Villa de Suthpt̄ cum mercandisis suis, videlicet Johannem Messel, Johannem Giffard, & Walterum Sakenayl, homines ipsius Abbatis distrinxerunt ad Theolonium prestand' contra concessionem & confirmationem Domini Regis nunc Regis Anglie, ad dampnum ipsorum Abbatis & hominum suorum centum solid' & inde produxit sectam.

Et predicti Ballivi venerunt et dixerunt, quod ipsi tenent Villam de Suthpt̄ ad firmam de Domino Rege, et quod sine illo non poterunt predicto Abbati aut hominibus suis inde respondere &c.

Et Abbas dixit, quod Dominus Henricus Rex, Pater Dominus Regis nunc, concessit & per cartam suam confirmavit, quod Abbas Loci predicti, & homines sui de Sotesthal, Walonfolling, Hun, & Totington, quieti esse debent a Theolonio prestando in omnibus Mercatis & Nundinis, per quandam cartam suam quam protulit, & que hoc testatur. Unde dix' quod ipse Abbas et homines sui, toto tempore post confectionem predicte carte, fuerunt quieti ab omni Theolonio prestando, &c. quousque predicti Ballivi post Festum Assumptionis beate Marie, anno regni Regis nunc sextodecimo, distrinxerunt ipsum Abbatem & homines suos predictos, & alios ad Theolonium prestand' injuste &c. Et hoc paratus fuit verificare sicut Cur' cons' &c.

Et predicti Ballivi dixerunt, quod ipsi, & eorum Predec' Ballivi predicte ville, a tempore quo non extat memoria, fuerunt in seisina de Theolonio capiendo de quibuscumque, nomine Domini Regis per concessionem Domini Henrici Regis senis eis factam, absque hoc quod predictus Abbas & homines sui, ratione alicujus Carte postea sibi concesse, unquam fuerunt inde quieti.

Et de hoc posuerunt se super patriam.

Et Abbas similiter &c.

Ideo Preceptúm fuit Vic' Suthpt̄ quod venire fac' coram predictis Auditoribus, a die Pasche in tres septimanas, XXIIII &c. per quos &c. qui nec &c. ad recogn' in forma predicta: Quia tam &c. Ad quem diem venerunt partes predicte coram predictis Auditoribus &c. Et quia videbatur eisdem Auditoribus, quod ad captionem predicte Inquis' ipso Domino Rege inconsulto, pro eo quod idem Dominus Rex quasi pars ejusdem Inquis' esse videatur, cum predicti Ballivi nichil habeant nisi nõie ipsius Domini Reg' in predicto theolonio

A. D. 1290. 18 Edw. I.

lonio capiendo procedere non debuerunt, dederunt diem Partibus predictis, & etiam Jur' coram ipso Domino Rege et ejus Consilio, in Octab' Sancte Trinitatis. Ita quod postea, videlicet die Veneris proxima post quindenam Sancte Trinitatis, venerunt Partes predicte coram ipso Domino Rege & ejus Consilio.

Et predictus Abbas protulit quandam Cartam Domini Henrici Regis, patris Domini Regis nunc, de diversis Libertatibus sibi concessis, et in qua continebatur clausula subscripta. . . . . Et quod ipsi, scilicet Abbates Loci Sancti Edwardi & homines sui, sint quieti ab omni Theolonio, in omni foro & in omnibus nundinis, & in omni transitu pontium, viarum, & maris, per totum regnum nostrum; & omia mercata sua et hominum suorum sint similiter in predictis locis ab omni Theolonio quieti &c. Et dic' quod Predec' sui & ipse & homines sui per predictam Cartam a tempore fundationis predicte Abbath' fuerunt quieti ab omni Theolonio prestando ubicumque, quousque predicti Ballivi homines ipsius Abbatis distrinxerunt, ut predictum est. Et super hoc idem Abbas quesitus, si clamat ipm & homines suos esse quietos ab omni Theolonio & in omnibus locis per predictam clausulam in predicta carta contentam, dixit, qd non, nisi tantummodo quod ipse & homines sui sint quieti a prestatione Theolonii in venditionibus & emptionibus per ipsos factis de necessariis suis, ut in victu & vestitu & similibus, & hoc ad opus propr' ipsorum Abbatis & hominum suorum.

Ideo preceptum est predictis Ballivis, quod de cetero non distringant predictum Abbatem, successores aut homines suos, ad Theolonium prestand' pro aliquibus venditionibus seu emptionibus, per ipsos Abbatem successores aut homines suos factis, de necessariis suis ipsos contingentibus, ut in victu, vestitu, & similibus. Et districtiones, si quas ipsi Abbati aut hominibus suis ea occasione fecerint, illas sine dilatione fac' deliberari.

Set si predictus Abbas, successores aut homines sui, emptiones seu venditiones fecerint ut mercatores communes, & de communibus mercandisis, & ratione mercandisarum faciendarum, dent Theolonium sicut & ceteri mercatores communes, non obstante carta predicta &c.

---

ff. N° 8. Placitum inter Johannem de Novo Burgo & Dominam Reginam. (m. 3.)

JOHANNES de Novo Burgo petiit coram Domino Rege & ejus Consilio restitutionem tertie partis Manerii de Wynefrod cum pertin' in Com' Dorf' de qua per Ballivos Domine Regine, consortis Domini Regis, injuste et sine judicio ejectus fuit &c. Et unde dicit, quod cum quidam Henricus de Novo Burgo, quondam Dominus ejusdem Manerii, ipsum Johannem de eodem Manerio cum pertinen' per Cartam suam feoffaverat, & in plenariam seisinam de duabus partibus ejusdem Manerii posuerat, et etiam de tertia parte predicta cum acciderit, per fidelitatem cujusdam Lucie que fuit Uxor Roberti de Novo Burgo, que per assignationem predicti Henrici se de fidelitate sua ipsi Johanni attornavit, que quidem Lucia tertiam partem illam tunc tenuit in dotem, predicta Domina Regina & Ballivi sui ipsum injuste ejecerunt de predicta tertia parte cum pertinen' post mortem predicte Lucie, et post cujus mortem ipse fuit inde in seisina per longum tempus ut de libero tenemento suo &c. Et profert quoddam scriptum de feoffamento predicti Manerii cum pertinen' sibi facto, in hec verba,

Sciant presentes & futuri quod ego Henricus de Novo Burgo dedi, concessi, remisi, & quiet' clamavi Johanni filio meo primogenito totum jus & clameum meum quod habui, vel aliquo modo habere potui, in Manerio meo de Wynefrod, sine ullo retenemento mei vel meorum, Habend' & Tenend' dicto Johanni & heredibus suis & suis assign', de me & meis assign' totum predictum Manerium, cum omnibus pertinen' suis, libere, quiete, bene, integre, & in pace, jure hereditar' in perpetuum. Et ego predictus Henricus & mei assign' totum predictum Manerium, cum omnibus pertinen' suis, dicto Johanni & heredibus suis, & suis assign' contra omnes mortales tam Christianos quam Judeos warantizabimus, acquietabimus, & defendemus in perpetuum. Et ut hec mea donatio, concessio, remissio & quieta clamatio rata & stabil' in perpetuum permaneat, presens scriptum Sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et Ballivi predicte Domine Regine veniunt, et quoad predictum scriptum dicunt, quod predictus Johannes ratione illius scripti nichil in predicta tertia parte clamare potest, ex quo in scripto illo non fit mentio, seu continetur aliquod speciale, per quod predicta tertia pars, quam predicta Lucia tenuit in dotem, tempore confectionis predicti scripti, prout idem Johannes bene cognoscit, post mortem ipsius Lucie predicto Johanni remanere deberet.

Et petunt judicium &c.

Preterea dicunt, quod nec predicta Domina Regina Dña sua, nec ipsi, aliquam Injuriam fecerunt. Dicunt enim, quod predictus Henricus de Novo Burgo, cui jus & feodum predicti Manerii fuit, concessit & dedit ipsi Domine Regine predictam tertiam partem cum acciderit, per quam concessionem predicta Lucia, que tunc temporis tenuit tertiam partem predictam in dotem, attornavit se ipsi Domine Regine, & fidelitatem ei inde fecit, & etiam liberi tenentes ejusdem tertie partes fecerunt sectam ad Cur' ipsius Domine Regine quam Ballivi sui ibidem tenuerunt, ratione illius tertie partis sibi concesse. Et etiam, post mortem predicte Lucie, quidam Abbas de Bynedon qui nunc est, nomine ipsius Domine Regine, in predicta tertia parte recenter intravit ratione reversionis ejusdem ad eandem Reginam spectan', quam quidem seisinam ipsa Domina Regina huc usque continuavit. Et hoc parati sunt verificare quocumque modo Cur' ista consideraverit &c.

Et predictus Johannes dicit, quod predicta Domina Regina, per concessionem seu feoffamentum predicti Henrici, vel etiam fidelitatem predicte Lucie sibi factam ratione feoffamenti illius, nichil clamare potest in predicta tertia parte.

Dicit enim, quod predictus Henricus aliquo tempore feoffavit ipsum Johannem de predicto Manerio integr' cum pertinen' simul cum predicta tertia parte cum acciderit, per scriptum predictum, ratione cujus feoffamenti predicta Lucia fidelitatem sibi inde fecit: Ita quod postea idem Henricus ipsum Johannem de eisdem tenement' ejecit, & injuste disseisivit: propter quod idem Johannes arrainiavit quandam assisam nove disseisine versus predictum Henricum de predictis tenementis, & per ejusdem assise recognitionem eadem tenementa versus eum recuperavit. Unde dicit, quod si predicta Domina Regina unquam fuit in seisina de fidelitate predicte Lucie per factum predicti Henrici, hoc fuit dum idem Henricus fuit in seisina de predictis tenementis per disseisinam ipsi Johanni factam. Et petit judicium si aliquod feoffamentum predicti Henrici tali tempore factum predicte Domine Regine, vel etiam fidelitas predicte Lucie per feoffamentum illud capta, ipsi Domine Regine valere debeat.

Et predicti Ballivi dicunt, quod qualecumque feoffamentum predictus Henricus fecit predicto Johanni de Manerio predicto per scriptum predictum, qd ipsa Domina Regina fuit in seisina de fidelitate predicte Lucie de predicta tertia parte per longum tempus antequam eadem Lucia aliquam fidelitatem inde fecit predicto Johanni, ratione predicti feoffamenti de predicto Manerio per predictum Henricum et per predictum scriptum eidem Johanni factum. Et de hoc ponunt se super patriam. Et Johannes similiter &c.

Ideo preceptum est Vic' Dorf' quod venire faciat coram Domino Rege a die Sancti Johannis Baptiste in quindecim dies ubicumque &c. XXIIII &c. per quos &c. Et qui nec predictum Johannem &c. ad recogn' in forma predict &c. Quia tam &c.

Et sciendum quod predictum recordum mittitur coram

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Gilberto de Thorneton, & ſociis ſuis et ibidem terminatur negotium &c.

---

ff. N° 9. Querela Willi de Waſthull verſus Matheum del Eſcheker.

WILLS de Waſthull queritur Domino Regi & ejus Conſilio per quandam Petitionem ſuam, de hoc quod cum aliquo tempore convenit inter Matheum del Eſcheker ex una parte & ipſum Willm ex altera, videlicet, quod idem Wills conceſſit & dimiſit predicto Matheo, per quoddam ſcriptum inter eos confectum, totam terram quam idem Wills habuit in Werlinggeſcote in Com' Wygorn' et in Blakgrene in Com' Warr' Tenend' ad terminum duodecim annorum proximo ſequentium. Et idem Matheus poſtea tuliſſet quoddam Breve de Conventione verſus ipſum Willielmum de predicto termino affirmando, prout idem Matheus fecit ipſum Willum intendere, et ſuper hoc fecit ipſum Willm quendam attorn' facere ad finem illum levand' coram Juſticiariis de Banco, predictus Matheus tm̃ fecit & procuravit erga attorn' illum, qui fuit de notitia & amicitia ſua, quod idem attorn' recogn' alia ten' que fuerunt ipſius Willi, & in ſcripto inter eos confecto non contenta, videlicet unum Meſuagium & duas carucatas Terre cum pertinen' in Waſthull infra Manerium de Alnechurche, eſſe jus ipſius Mathei, & illa ei in eadem curia reddidit, Habend' & Tenend' ipſi Matheo & Heredibus ſuis in perpetuum, in deceptionem Cur' Domini Regis, & ad exheredationem ipſius Willi &c. Et ſuper hoc per Preceptum Domini Regis predicta Petitio tradita eſt Juſtic' de Banco: Et dictum eſt eis quod aſſociant ſibi Theſ' & vocatis partibus faciant quod de jure fuerit faciend'.

Et Matheus poſtea coram Theſ' et Juſtic' &c. venit, et bene cogn' quod levare fecit predictum finem de predictis tenementis in querela dicti Willi content'; ſet dicit, quod hoc fuit ex conſenſu & voluntate dicti Willi. Quia dicit, quod idem Willus conceſſerat ei quedam tenementa de feodo Epiſcopi Wygorn', Tenend' ad terminum annorum, per quoddam ſcriptum inde inter eos confectum. Et quia predictus Epiſcopus non permiſit ipſum intrare feodum ſuum ex mutua voluntate ipſorum Willi & Mathei, inter eos proviſ' fuit quod finis levaretur in Cur' Reg'. Ita quod per Breve Reg' quod exiret de levatione predicti finis, poſſet attingere ad ſeiſinam predictorum tenementorum habend'; et idem Wills ſuper hoc fecit attorn' ſuum ad predictum finem levand', et dic' quod hoc totum fecit ad inheredand' quendam Willm filium predicti Willi &c.

Et Willus dicit quod intentio ſua nunquam fuit, nec unquam conſenſit, nec inter eos aliqua prelocutio facta fuit, quod aliquis finis levaretur inter predictum Matheum et ipſum, niſi tantummodo de ten' in predicto ſcripto nominatis, & ad terminum in eodem ſcripto contentum; Et hoc paratus eſt verificare quocumque modo Cur' illa conſideravit: quod quidem verificare idem Matheus dicit ſe nullo modo velle expectare, eo quod prelocutiones de tenementis predictis inter eos ita occulte facte fuerunt, qd Cur' iſta ſuper hiis per aliquod verificare patrie certiorari non poteſt. Et idem Willus quoad attorn' predictum dicit, quod idem Matheus adduxit ſecum quendam extraneum & ignotum om̃io ipſi Willo, quem idem Willus antea nunquam viderat nec poſtea vidit, Ita quod per recogn' illius attorn' ad procurationem ipſius Mathei alia tenementa quam ea que continentur in ſcripto predicto recogn' fuerunt eſſe jus ipſius Mathei, et ei in eadem Cur' ratione illius Finis reddita.

Et ſuper hoc idem Matheus queſitus ſi aliquod Breve ſecutus fuit de ſeiſina tenementorum in fine illo contentorum habend' Dicit, quod ſic; ſet dicit quod nunquam ſeiſinam inde habuit, nec ad preſens aliquid Jur' clam' in eiſdem.

Queſitus etiam, ad quem predicta tenementa devenerunt, Dicit, quod predictus Epiſcopus, a tempore prime ſeiſine quam inde ceperat, ſemper hucuſque continuavit ſtatum ſuum, et adhuc eſt in ſeiſina de eiſdem.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et predictus Willus dicit, quod poſt recogn' & redditionem in Cur' Reg' ipſi Matheo per predictum attorn' ſic factam, & poſtquam Breve adquiſierat de ſeiſina ſua habenda, Idem Matheus remiſit & quiet' clam' de ſe & Heredibus ſuis predicto Epiſcopo totum jus & clam' quod habuit in eiſdem tenementis in perpetuum. Unde dicit, qd per recogn' & redditionem predictam per predictum attorn' ſic factam excluſus eſt de predictis ten' petend' in perpetuum.

Et predictus Matheus, queſitus ſi fecit predicto Epiſcopo predictum ſcriptum quiete clam', dicit, quod ſic: Set dicit, quod hoc fecit ea ratione quod predictus Epiſcopus inveniret cuidam Willo filio Willi predicti victum & veſtitum tota vita ipſius Willi fil' Willi; Et idem Epiſcopus ſic fec' quouſque ipſe Willus fil' &c. arrainiavit quandam aſſiſam nove diſſeiſine verſus eundem Epiſcopum de quadam parte predictorum tenementorum; ratione proſecutionis cujus Brevis idem Epiſcopus predictum Willum fil' de ipſo penitus amovit & repulſit &c. Et predictus Wills de Waſthull, ex quo predictus attorn' fuit de noticia predicti Mathei, & mere per ipſum fm̃us attorn' & per recogn' ipſius attorn' alia tenementa quam in ſcripto inter eos confecto contenta in predicto fine fuerunt recogn' et nominata, & ipſi Matheo ut jus ſuum reddita in eadem Cur' abſque aſſenſu & voluntate ipſius Willi prout paratus eſt verificare; per quod idem Wills per predictum Matheum quantum in ipſo eſt o̅io eſt exheredatus. Et etiam, quia idem Matheus ſuperius in reſponſione ſua dixit, quod omnia predicta fecit ad inheredand' quendam Willm fil' ipſius Willi: et poſtea cogn' & confeſſus eſt, quod poſt recogn' & redditionem in Cur' Reg' factam et poſt Breve ſibi liberatum de ſeiſina eorundem tenementorum habend' remiſit & quiet' clam' de ſe et heredibus ſuis predicto Epiſcopo totum jus & clam' quod habuit in predictis tenementis in perpetuum. Quod manifeſte eſt ad exheredationem predicti Willi filii &c.

Petit Judicium &c.

Et quia predictus finis coram Juſticiariis de Banco levatus fuit, et idem Matheus ibidem de aliis deceptionibus Cur' in eodem loco factis rectatur, dictum eſt eiſdem Juſticiariis, quod Recordum iſtud in Rotulis ſuis faciant irrotulare, et tam ſuper Recordo iſto quam ſuper aliis ipſum Matheum coram eis contingentibus procedant ad judicium, et debitum & feſtinum faciant juſticie complementum &c.

---

ff. (Dorſ.) N° 10. Conceſſio Priori de Karll' de Penſione in Eccleſia de Roubyry.

PRIOR Eccleſie beate Marie de Karll' ſupplicavit Domino Regi, quod concederet ei percipere quandam annuam Penſionem novem Marcarum de Eccleſia de Roubury, cujus advocationem idem Dominus Rex per judicium curie ſue recuperavit verſus Robertum quondam Epiſcopum Karll' et quam Penſionem Jacobus de Iſpania ei jam detinuit per totum tempus quo fuit perſona predicte Eccleſie ex collatione ipſius Domini Regis. Et protulit diverſas cartas Progenitorum Domini Regis, que teſtabantur quod predicta Penſio annual' per ipſos Progenitores data fuit predicte Eccleſie ſue de Karlto. Et quia Dominus Rex intellexit quod Predeceſſores predicti Prioris fuerunt in Poſſeſſione percipendi predictam Penſionem de Eccleſia de Roubury, ut de jure Eccleſie ſue de Karlto per donationes Progenitorum ſuorum, et per Cartas predictas & a tempore confectionis earum & ante ſeiſinam Regis Johannis Avi ſui de advocatione predicte Eccleſie de Roubury, de cujus ſeiſina ipſe Dominus Rex advocationem illius Eccleſie petiit & recuperavit, Idem Dominus Rex conceſſit, quod predictus Prior & ſucceſſores ſui predictam Penſionem habeant & percipiant . . . de arrerag' de tempore predicti Jacobi ſequatur predictus Prior verſus eum prout ſibi viderit expedire &c.

REGI-

A. D. 1290. 18 Edw. I.

ff. Nº 11. Petitio Reginaldi de Berewyk.

REGINALDUS de Berewyk, & Petrus Sarnel, petunt, quod Dominus Rex eis reddat & reſtituat, ut rectis heredibus Willi de Clamberge, unum Meſuagium & ſexies viginti acras terre cum pertinen' in Cammeſlanghedon, que fuerunt predicti Willi anteceſſoris ſui, & que idem Willus, dum non fuit ſane mentis ſue aut bone memorie, conceſſit Domino Regi nunc, tenend' ſibi & heredibus ſuis &c.

Et Stephanus de Peneceſtr' pro Domino Rege dicit, quod ipſe perquiſivit predicta tenementa ad opus Domini Regis de predicto Willo anteceſſore &c. dum idem Willis fuit ſane mentis & bone memorie; Et hoc vult quod inquiratur per patriam, Ita quod ſi convincatur quod predicti Reginaldus & Petrus mendaces in ſua petitione inveniantur, quod propter Scandalum ipſi Domino Regi impoſitum talem penam incurrant qualem Curia iſta conſideraverit.

Et quia teſtatum eſt, quod quidam Stephanus de Popeſhale eſt ſuſtentator & abettator predicte querele, Ideo per predictam Inquiſitionem veritas inde inquiratur &c.

Et ad iſtam Inquiſitionem capiend' aſſignentur Juſtic' ſcilicet Gocelinus de Bradeleſmere, & Vic' illius patrie; Et quod certificent inde Dominum Regem ad proximum parliamentum ſuum; Et ſi inveniatur, quod predictus Willus anteceſſor &c. non fuit bone memorie aut ſane mentis tempore dimiſſionis predicte, Dominus Rex fac' qd viderit eſſe faciend' &c.

---

ff. Nº 12. Reſponſio facta Com' de Dewe.

JOHANNES Comes de Dew venit coram Domino Rege & ejus Conſilio ad Parliamentum ſuum poſt Paſch' anno regni ſui XVIII°, videlicet die Mercurii proxima poſt quindenam Sancte Trinitatis, & petiit, quod idem Dominus Rex reſtitueret & redderet ei Caſtra de Haſtinges, & Tykehull, cum pertinen' ſuis, et que quidem Caſtra cum pertinen' & etiam aliis terr' & ten' & libertatibus diverſis in Regno Anglie fuerunt cujuſdam Alicie quondam Comitiſſe de Dew proavie ſue, cujus heres ipſe eſt, & de quibus eadem Alicia fuit ſeiſita in dominico ſuo ut de feodo & jure, tempore Domini Regis Henrici patris Domini Regis nunc. Et unde dicit, quod cum predicta Alicia, tempore quo ultimo receſſit de Anglia de licentia & voluntate ipſius Domini Henrici Regis predicti, videlicet anno regni predicti Domini Henrici Regis nono, tradidiſſet predictum Caſtrum de Haſting' predicto Domino Henrico cuſtodiend' quouſque pax firmata fuerit inter ipſum Dominum Regem Henricum & Regem Francie & ſuos, vel longas treugas cum eis ceperit; Ita quod extunc predictum Caſtrum de Haſting' predicte Alicie Comitiſſe, vel etiam heredi ſuo ſi de ea humanitus contigiſſet, redderentur. Predictus Dominus Henricus Rex, toto tempore ſuo poſt traditionem predictam ſibi factam, ut predictum eſt, de predicto Caſtro de Haſting' tam predictum Caſtrum de Haſting' quam Caſtrum de Tykehull cum omnibus pertinen' ſuis & omnibus aliis terris, tenementis, & libertatibus, que fuerunt ipſius Comitiſſe in Regno ſuo Anglie toto tempore ſuo, & etiam Dominus Rex qui nunc eſt toto tempore poſt mortem predicti Domini Henrici Regis patris ſui, in manum ſuam tenuerunt, & predicte Comitiſſe & heredibus ſuis predicta Caſtra cum pertinen' ſuis hucuſque detinuerunt, licet predictus Dominus Henricus Rex tam tempore ſuo, per quendam Com' de Dew patrem predicti Johannis, quam Rex nunc, per ipſum Johannem, ſepius fuiſſent requiſiti quod Caſtra predicta ſibi redderent &c. ut heredi predicte Comitiſſe &c.

Et protulit quoddam ſcriptum cyrographatum, & ſigillo predicti Henrici Regis patris &c. ſign', quod teſtabatur, quod predicta Alicia Comitiſſa &c. tradidit ipſi Domino Henrico Regi, anno regni ſui nono, predictum Caſtrum de Haſting', Tenend' in forma predicta.

Protulit etiam quaſdam Litteras ipſius Domnini Henrici Regis Patentes, anno regni ſui XXVI° factas, que teſtabantur, quod idem Dominus Henricus Rex ſuſcepit in protectionem & defenſionem ſuam homines, terras, res, redditus & omnes poſſeſſiones ipſius Comitiſſe &c.

A. D. 1299. 18 Edw. I.

Et quia Domino Regi & ejus Conſilio manifeſte conſtat, quod predicto Comiti alias reſponſ' fuit ad conſimilem petitionem ſuam, ad quam proſequendam certi procuratores ex parte ipſius Comitis aſſignati fuerunt, Ita videlicet, quod quando Dominus Rex Francie hominibus Anglie reſtituerit terras ſuas in Norman', quod idem Dominus Rex Anglie reſtitueret & redderet hominibus de poteſtate ipſius Domini Regis de Franc' terras et ten' cum pertinen' que ſua fuerunt in Anglia. Et quod quidem reſponſ' Dominus Henricus Rex pater ſuus fecit Domino Lodowyco quondam Regi Francie, avo Domini Regis Francie qui nunc eſt, in preſentia Domini Johannis de Acre, et etiam in preſentia patris predicti Johannis Comitis de Dew, pro quo idem Dominus Henricus Rex, poſt pacem factam inter ipſum & predictum Dominum Lodowycum, ſpecialiter requiſitus fuit, quod Caſtra predicta ipſi patri predicti Comitis redderet: Nec videtur Domino Regi, aut ejus Conſilio, quod ratione aliquarum Litterarum predictarum predicto Johanni Comiti aliud reſponſ' adhuc dare debeat, cum in predicto ſcripto traditionis continetur, quod predicta Alicia Comitiſſa tradidit predictum Caſtrum de Haſting' predicto Domino Henrico Regi, anno regni ſui nono.

Et poſtea idem Dominus Henricus Rex, anno regni ſui XXVI°, ſuſcepit in protectionem et defenſionem ſuam homines, terras, res, redditus & omnes poſſeſſiones ipſius Alicie.

Et ſic patet quod predicta Alicia, poſt predictam traditionem Domino Henrico Regi factam, fuit in ſeiſina terrarum & tenementorum ſuorum in Angl', et ſic predict' ſcript' traditionis plenarie ſatisfactum eſt; Nec idem Comes aliquid oſtendit, per quod predicta tenementa ſibi reddi debeant vel reſtitui; Nec etiam Dominus Rex Francie adhuc reddiderit aliquibus de Regno iſto terras que ſue fuerunt infra poteſtatem ſuam, per quod ipſe Rex Anglie, ratione prioris reſponſi, teneatur predicta tenementa ſeu alia reſtituere predicto Comiti, ſeu alii cuicumque de poteſtate ipſius Regis Francie; Reſponſum eſt ei, qd ſe teneat ad reſponſ' ſibi alias inde factum: Preterea dictum eſt ei, quod quandocumque placuerit Domino Regi Francie terras & tenementa hominibus iſtius Regni reſtituere que ſua fuerunt in poteſtate ipſius Domini Regis, quod ipſe Dominus Rex Angl' de Caſtr' et terr' predictis predicto Comiti reddend' faciet quod de Conſilio ſuo viderit eſſe faciend'. Et hoc libentius predicto Comiti, quam ceteris de partibus illis &c.

---

ff. Nº 13. Petitio Epiſcopi Karlcoli de Eccleſia de Burgh.

RADULPHUS Epiſcopus Karll' ſupplicavit Domino Regi, quod cum advocatio Eccleſie de Burgh ſubtus Steynmore ad ipſum Epiſcopum, per collationem Abbatis & Conventus beate Marie Eborum, pertineat, et que, Domino Rege nuper extra Regnum exiſtente, vacavit, ad quam Iſabella de Clifford, & Idonea de Leyburn ſoror ſua, quendam Clericum ſuum preſentarunt, Et quia ipſe preſentatus ad earum preſentationem non fuit admiſſus, eedem Iſabella & Idonea quandam aſſiſam ultime preſentationis verſus ipſum de advocatione predicte Eccleſie arain' coram Thoma de Weyland, & ſociis ſuis nuper Juſtic' Domini Regis de Banco, ad quam aſſiſam caſſandam, et ad jus ſuum declarand' idem Epiſcopus quandam Cartam de feoffamento predicte advocationis, & quandam Cartam Regis Ricardi conſanguinei Domini Regis nunc, in judicio porrexit, contra quas cartas predicti Juſtic' ad procurationem predictarum Dominarum ad captionem predicte aſſiſe per ipſas Dominas procurate proceſſerunt, & per recognitionem illius aſſiſe, contra omnimodam juſticiam ſic capte, ipſum Epiſcopum de predicta advocatione abjudicaverunt; Unde petit, quod Dominus Rex ſuper hoc ei remedium facere velit, & gratiam, cum nemini liceat Cartas regias niſi ipſis Regibus judicare &c.

Et

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et ſuper hoc Willus Inge, qui ſequitur pro Domino Rege, dicit, quod Dominus Rex eſt in ſeiſina de predicta advocatione, & per Judicium Curie ſue eandem advocationem verſus predictas Iſabellam & Idoneam ut jus ſuum recuperavit, poſt predictam aſſiſam captam inter predictas Dominas & predictum Epiſcopum.

Et petit quod Dominus Rex & ejus Conſilium ſuper hoc certiorentur.

Et quia predictus Epiſcopus clam' predictam Advocationem ad ſe pertinere per feoffamentum Abbatis & Conventus Eborum; Et per Recordum & veredictum predicte aſſiſe inter predictas Dominas & ipſum Epiſcopum capte compertum eſt, quod Dominus Rex Ricardus Conſanguin' &c. preſentavit ad predictam Eccleſiam tempore vacationis predicte Abbath' in manum ſuam exiſten' nomine & ratione proprii juris ſui & non ratione vacationis predicte Abbath'; et etiam quia Dominus Rex eſt in ſeiſina de predicta advocatione ut de jure ſuo, Dictum eſt eidem Epiſcopo quod certificet Dominum Regem ſuper jure predictorum Abbatis & Conventus, per quorum feoffamentum clam' illam advocationem, ad proximum Parliamentum ſuum poſt feſtum Sancti Michaelis, Et Dominus Rex habebit inde Conſilium &c.

---

ff. N° 14. De Boſcis & Chaceis Epiſcopi Winton'. (m. 4.)

DOMINUS Rex mandavit Vic' Oxon' per Breve ſuum, quod attachiaret Johannem Epiſcopum Wynton', Philippum de Hoyuill, & Magiſtrum Willm, perſonam Eccleſie de Wytteneye, Miniſtros predicti Epiſcopi, Ita quod haberet corpora eorum coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio, ad Parliamentum ſuum poſt Paſch' anno regni ſui octavo decimo, ad reſpondend' ipſi Domino Regi de quibuſdam Tranſgreſſionibus per ipſum Epiſcopum & per Miniſtros ſuos predictos factis Domino Regi, in Boſcis & Chaceis ipſius Epiſcopi, ut in venatione capta, aſſartis, & aliis, prout per quandam Inquiſitionem coram Rogero de Moules & Ricardo de Boſco captam, & que Inquiſitio verſus eos remanet, compertum fuit &c.

Propter quod predictus Epiſcopus, & Miniſtri ſui predicti, venerunt coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio apud Weſtmonaſterium, die Jovis proxima poſt Feſtum Sancti Barnabe Apoſtoli, parati Domino Regi ſuper Articulis predictis, & aliis quibuſcumque ſibi impoſitis, reſpondere.

Et dictum eſt predicto Epiſcopo et Miniſtris ſuis predictis, quod de Tranſgreſſionibus predictis quas Domino Regi fecerunt, & ſine waranto, prout per predictam Inquiſitionem compertum eſt, Reſpondeant &c.

Et ſuper hoc predictus Epiſcopus profert Cartam Domini Regis nunc, que teſtatur, quod idem Dominus Rex conceſſit & Carta ſua confirmavit ipſi Johanni Epiſcopo Wynton' & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſe & ſucceſſores ſui capere poſſint omni tempore anni pro voluntate ſua, in omnibus Boſcis & Chaceis ſuis, omnimodam venationem, et Boſcos ſuos aſſartare, abſque aliqua calumpnia vel attachiamento Foreſtar' Viridar' Regardatorum, ſeu aliorum Miniſtrorum Domini Regis.

Et dicit quod per Cartam illam clam' predictas Libertates ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum remanere.

Dicit etiam, quod ipſe aut Miniſtri ſui predicti nullam Tranſgreſſionem Domino Regi fecerunt in venatione capta, ſeu in aſſartis aliquibus factis, qualitercumque per predictam Inquiſitionem compertum ſit, nec aliquid fecerunt niſi quod eis bene licuit ſecundum formam Carte predicte.

Et petiit quod Dominus Rex videat Cartam ſuam predictam & ſibi faciat qd ſibi viderit eſſe faciend' & quod ſibi placuerit.

Et quia Dominus Rex bene recordatur, quod ipſe alias, de gratia ſua ſpeciali, conceſſit predicto Epiſcopo, et ſucceſſoribus ſuis, predictas Libertates, & predictam Cartam ſuam inde fieri fecit, in qua expreſſe continetur, quod predictus Epiſcopus & ſucceſſores ſui capere poſſint omni tempore anni pro voluntate ſua, in omnibus Boſcis & Chaceis ſuis, omnimodam venationem, & Boſcos ſuos aſſartare, abſque aliqua Calumpnia &c. Et predictus Epiſcopus, & Miniſtri ſui predicti attachiati fuerunt ad reſpondend' ipſi Domino Regi tantummodo de venatione capta & Aſſartis factis in Boſcis & Chaceis ipſius Epiſcopi, Et in hoc nullam Tranſgreſſionem fecerunt, cum per Cartam predictam licitum fuit & ſit eis hoc facere pro voluntate ſua & omni tempore anni.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Conſideratum eſt per ipſum Dominum Regem, & firmiter preceptum, quod predictus Epiſcopus & Miniſtri ſui predicti quoad hoc eant ſine die; Et quod predictus Epiſcopus, & ſucceſſores ſui, de cetero per ſe & miniſtros ſuos quoſcunque voluerint in Boſcis & Chaceis ſuis quibuſcunque, omni tempore anni, pro voluntate ſua venationem capere, & Boſcos aſſartare, licite & libere poſſint, abſque aliqua calumpnia vel impedimento quorumcunque Miniſtrorum ipſius Domini Regis, ſeu Heredum ſuorum in perpetuum, & ſecundum formam predicte Carte Domini Regis quam predictus Epiſcopus inde habet &c.

---

ff. N° 15. Querela Johannis le Waleys verſus Bogonem de Clare.

BOGO de Clare attachiatus fuit ad reſpondend' Johanni le Waleys, Clerico, de hoc, quod cum idem Johannes, die Dominica in Feſto Sancte Trinitatis proximo preterito, in pace Domini Regis & ex parte Archiepiſcopi Cantuar' intraſſet domum predicti Bogonis in Civitate London' & ibidem detuliſſet quaſdam Litteras de Citatione quadam facienda, quidam de Familia predicti Bogonis ipſum Johannem Litteras illas et etiam ſigilla appenſa, vi & contra voluntatem ſuam, manducare fecerunt, & ipſum ibidem impriſonaverunt, verberaverunt, & male tractaverunt, contra Pacem Domini Regis, et ad Dampnum ipſius Johannis viginti Libr' et etiam in contemptum Domini Regis mille Libr'. Et inde producit ſectam &c.

Et Bogo venit & defendit vim & injuriam, & quicquid eſt in contemptum Domini Regis, & contra Pacem ſuam &c. Et dicit, quod non videtur ei quod debeat predicto Johanni ad predictam Querelam ſuam reſpondere.

Dicit enim, quod idem Johannes in Querela ſua dicit, quod quidam de Familia ipſius Bogonis predictam Tranſgreſſionem ei feciſſe debuerunt, nullas certas perſonas nominando, prout moris eſt in Cur': Nec etiam dicit quod ille perſone de Familia ſua, quecunque fuerunt, per preceptum ſuum Tranſgreſſionem illam, ſi que fuerit, feciſſe debuerunt.

Et ſic in Querela ſua nec dicit ipſum Bogonem eſſe factorem, nec facti preceptorem: Unde petit Judicium.

Et ſuper hoc idem Johannes queſitus ſi predictus Bogo aliquam Tranſgreſſionem ei fecit, vel fieri precepit, dicit quod non, Set quod quidam de Familia ſua, quorum nomina ignorat. Ideo predictus Bogo quoad Sectam ipſius Johannis inde ſine die.

Et quia Dominus Rex predictam Tranſgreſſionem, ſic enormiter factam ut dicitur, tum propter contemptum factum Sancte Eccleſie, tum propter contemptum ipſi Domino Regi in preſentia ſua, videlicet infra virgam & in Parliamento ſuo factum, tum propter malum exemplum temporibus futuris, tum propter audaciam delinquendi ſic de cetero aliis reprimendam, permittere non vult impunitam, Dictum eſt predicto Bogoni, quod ad Sectam Domini Regis inde reſpondeat, ex quo predicta Tranſgreſſio dicitur fuiſſe facta infra portam ſuam, & per manupaſtos & familiares ſuos; et etiam, quia per quoſdam teſtatum eſt, quod quedam certe perſone tunc de Familia ſua, videlicet Henricus de Braban, Johannes Dunkan, Rogerus de Burnham, Wills le Carrec'page, Johannes le Porter, & Henricus de Aneſley, fuerunt principales factores predicte tranſgreſſionis, Dictum eſt eidem Bogoni, quod eos & ceteros qui fuerunt de Familia ſua tempore quo predicta tranſgreſſio facta fuit, heat coram ipſo Domino Rege in quindena Sancte Trinitatis &c. ad faciend' & recipiend' quod per Regem & ejus Conſilium fuerit ordinand'.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Ad quem diem, predictus Bogo adduxit coram Domino Rege & ejus Consilio omnes de Familia sua, preter predictos Henricum, Johannem, Rogerum, Willm, & Johannem le Porter, et Henr', qui incontinenti post predictum factum recesserunt & abierunt, Nec aliqua parte sunt in potestate vel amicitia vel obsequio predicti Bogonis vel suorum, prout per examinationem Militum & Clericorum & aliorum de Familia ipsius Bogonis jur' & singulariter examinatorum compertum est; Et qui quidem jur' dixerunt, quod predicti Henr' & alii predictum factum fecerunt sine precepto & assensu predicti Bogonis, et absque hoc quod predictus Bogo aliquid scivit de facto illo antequam factum fuit: Et super hoc idem Bogo petit judicium si de precepto, missione, vel assensu, si sibi imponeretur ad sectam Domini Regis, respondere debeat, antequam Factores principales aliquo modo de facto illo convincantur.

Et quia per consuetudinem & legem Angl' nullus de precepto, vi, & auxilio, aut missione respondere debeat antequam Factores aliquo modo convincantur, Cons' est, quod predictus Bogo ad presens, quoad hoc, eat inde sine die.

Et predictus Johannes le Waleys sequatur versus Factores principales prout sibi viderit expedire si voluerit.

Et insuper Thomas de Turbervill de Com' Hereford', Walterus de Molesworth de Com' Hunt', Willus de Melkesham de Com' Eborum, Simon de Ludgate de Com'. Sumers', David le Grant de Com' Hertford', & Wills le Fraunceys de Com' Buk', manuceperunt predictum Bogonem ad habend' ipsum coram Domino Rege ad respondend' ipsi Domino Regi ad voluntatem suam, cum predicti Factores de facto illo fuerint convicti, si Dominus Rex versus eum inde loqui voluerit de cetero.

---

ff. N° 15. b. Concessio facta Domino Regi ad filiam suam maritandam.

MEMORAND' quod in Crastino Sancte Trinitatis, anno Regni Regis decimo octavo, in pleno Parliamento ipsius Domini Regis, Robertus Bathon' & Wellens' Antonius Dunolm' Johannes Wynton' Thomas Menevens' Radulphus Karll' Episcopi & Willus Electus Elienf', Edmundus frater Domini Regis, Willus de Valenc' Comes Penebrok, Gilbertus de Clare Com' Glouc' & Hertford', Johannes de Warenn' Comes Surr', Henricus de Lacy Comes Linc', Humfridus de Bohun Comes Hertford' & Essex', Robertus de Tipetot, Reginaldus de Grey, Johannes de Hastinges, Johannes de Sancto Johanne, Ricardus filius Johannis, Willus le Latymer, Rogerus de Monte Alto, Willus de Brewose, Theobaldus de Verdun, Walterus de Huntercumb', Nichus de Segrave & ceteri Magnates & Proceres tunc in Parliamento existentes, pro se & Communitate totius Regni, quantum in ipsis est, Concesserunt Domino Regi, ad filiam suam primogenitam maritand' quod ipse Dominus Rex percipiat & habeat tale Auxilium & tantum, quale & quantum Dominus Henricus Rex pater suus percepit & habuit de Regno, ad filiam suam, videlicet Sororem Domini Regis nunc, Regi Scotie maritand'. Et licet idem Dominus Henricus Rex, tempore illo, ad predictum Auxilium plenarie non percepit de quolibet feodo militari nisi tantummodo duas Marcas vel parum plus, predicti tamen Prelati, Comites, Barones, & Proceres concesserunt, quod Dominus Rex percipiat & habeat de quolibet feodo militari Quadraginta solid' hac vice plenar' et integre, Ita tamen quod alias non cedat eis in prejudicium vel consuetudinem, Et ita quod istud Auxilium nunc concessum levetur eodem modo quo predictum Auxilium Domino Henrico Regi concessum, ut predictum est, levabatur &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

ff. N° 15. c. De litteris missis Curie Romane.

MEMORAND' quod Transcripta Litterarum missarum Curie Romane, tam Summo Pontifici quam Cardinalibus, per Dominum Regem et etiam per Proceres Angl' liberantur in Garderoba, videlicet Waltero de Langeton, et etiam in Cancellar' videlicet Johanni de Langeton, irrotulanda &c.

---

ff. N° 16. Querela Episcopi Winton' versus Henricum Hose. (Dors.)

DOMINO Regi & ejus Consilio Johannes Episcopus Wynton' alias coram Auditoribus Querelarum monstravit, supplicando quod cum idem Episcopus in Servitio ipsius Domini Regis in partibus transmarinis extitisset, & idem Dominus Rex terras, res, redditus, & omnes possessiones suas & libertates in protectionem & defensionem suam cepisset, omnibus & singulis inhibendo ne eidem Episcopo aliquid molestie vel gravaminis inferrent, et maxime Ministris suis precipiendo injunxit, ne hujusmodi eidem Episcopo aut suis ab aliquibus inferri permitterent, Henricus Huse Constabularius ipsius Domini Regis de Castro suo de Porreceſtr', cum hominibus suis, Armigeris, Forestar' & aliis ignotis, in liberis Chaceis ipsius Episcopi fugavit, & pro voluntate sua sepius ibidem venationem cepit, & estabulationes fecit ad Saltatoria ipsius Episcopi ne bestie ibidem intrare possent, in prejudicium ipsius Episcopi & contra libertatem a Domino Rege sibi concessam, in contemptum Domini Regis manifestum, & contra protectionem suam, dum idem Episcopus per preceptum Domini Regis fuit in Servitio suo, in partibus supradictis.

Unde petit quod hujusmodi Transgressiones sibi emendentur.

Et pro eo quod contra protectionem Domini Regis hujusmodi transgr' fecit & fieri precepit, Domino Regi satisfaciat de hujusmodi delicto, secundum discretionem ipsius Domini Regis.

Et quia hujusmodi transgression' coram Auditoribus Domini Regis recitate fuerunt, Mandaverunt Vicecom' Suffex', eo qd qd predictus Henricus nullam terram habuit in Comit' Suthpt', Quod venire faceret predictum Henricum coram eis ad respondend' tam Domino Regi, quam predicto Episcopo, de predictis transgress' & contemptu.

Qui quidem Henricus postea venit coram eis, & bene cognovit, quod fugavit in Chaceis predicti Episcopi, ratione Ballive sue de Castro de Porreceſtr'.

Et bene dicit, quod ipse & alii Constabular' ante ipsum ibidem fugare debent, & sic facere consueverunt, ratione Ballive sue; unde dixit quod nichil fecit in contemptum Domini Regis, nec contra protectionem suam &c.

Et predictus Episcopus dixit, quod nec ipse, nec aliquis alius Constabularius Castri sui predicti, ratione Ballive sue, ibidem fugare possint, contra Libertatem a Domino Rege sibi inde concessam; Unde petit Judicium de recogn' sua facta, desicut idem Henricus, qui est Minister Domini Regis, potius debeat factum ipsius Domini Regis pro posse suo manutenere & in manu forti defendere, quam in aliquo contravenire.

Et petit Judicium de ipso, tanquam de predictis transgressionibus per recogn' suam manifeste convicto: Ita quod dies datus fuit eis coram ipso Domino Rege de aud' Judicio suo.

Postea coram ipso Domino Rege & ejus Consilio, die Jovis proxima ante Festum Sancti Johannis Baptiste, venerunt partes predicte, & similiter Auditores Querelarum coram quibus predictum Placitum placitatum fuit, cum Recordo ejusdem Placiti predicto, quod protulerunt.

Et super hoc predictus Episcopus profert quandam Cartam Domini Regis nunc sibi factam in hec verba:

Edwardus &c.

Sciatis nos, pro Salute Anime nostre & Animarum anteceſſorum et heredum nostrorum, concessisse et hac

 presenti

A. D. 1290. 18 Edw. I.

preſenti Carta noſtra confirmaſſe, pro nobis & heredibus noſtris, venerabili patri Johanni Wynton' Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, Chaceas in omnibus dominicis Terris ſuis & etiam in omnibus dominicis Terris, Boſcis, Prioris & Conventus Sancti Swythuni Wynton' et ſucceſſorum ſuorum, & Feod' ſuorum, & hominum ſuorum, tam infra metas & bundas Foreſte noſtre quam extra ſicut limitati ſunt & bundati: Et quod ipſe, & ſucceſſores ſui, in terris & boſcis ſupradictis venari, & ſtabulas facere, et omnimodam venationem que ad Chaceam & Warenn' pertinet quocunque modo capere & aſportare, & canes ſuos & hominum ſuorum non expeditatos habere, et de hujuſmodi expeditatione & chiminagio quietos eſſe, & dictos Boſcos ſuos, Terras, & Feoda ſua quieta in perpetuum de vaſtis, regardis, viſu, & miniſterio Foreſtar' & Viridar' & omnium Miniſtrorum Foreſte, & de omnibus aliis que ad Foreſtam, Foreſtar', Viridar', & eorum Miniſtros pertinent, & Wodewardos & proprios Foreſtar' ac Miniſtros Boſcorum ſuorum predictorum nobis vel heredibus noſtris non jur' tenere, et de eiſdem Boſcis pro voluntate ſua proſternere, & neceſſaria ſua inde capere, et ipſos aſſartare & in culturam redigere, & commodum ſuum inde facere poſſint, ſine calumpnia, & abſque omni occaſione & impedimento noſtri, & heredum noſtrorum, Juſtic' Foreſte, Itiner' & aliorum, & Foreſtar' Viridar' Agiſtat' et Regardatorum, & quorumcumque Miniſtrorum noſtrorum Foreſte; ita tamen, quod predictus Epiſcopus, & ſucceſſores ſui, vel aliquis nomine ſuo vel per ſuos, in hujuſmodi Terris & Boſcis rethia non ponant ad hujuſmodi venationem capiend' nec tendant quoquo modo. Ita etiam quod Prior & Conventus ſupradicti, & ſucceſſores ſui, & alii, ſi qui fuerint, habeant Chaceas ſuas in eiſdem terris, ten' feod' & boſcis, ubi ſcilicet & ſicut eas temporibus bone memorie Aldermari, Johannis, & Nichii quondam Epiſcoporum Wynton' habuerunt.

Quare volumus &c.

Et dicit, quod predictus Henricus, contra protectionem & defenſionem Domini Regis, et etiam manifeſte contra formam Carte ſue predicte, in Chaceis ſuis fugavit, cum in eadem contineatur quod idem Epiſcopus, & ſucceſſores ſui, habeant & teneant omnes Chaceas ſuas quietas de quibuſcunque Miniſtris Domini Regis, & abſque aliqua calumpnia, occaſione, ſeu impedimento Miniſtrorum ſuorum quorumcunque.

Et petunt Judicium &c.

Et predictus Henricus dicit, quod quidam Henricus de Boninges, et etiam quidam Willus de Wyteway, propinquiores Conſtabular' ante ipſum, & omnes Conſtabular' ante ipſos, temporibus predictorum Aldermari, Johannis, et Nichii quondam Epiſcoporum Wynton' & a tempore quo non extat memoria, in predictis Chaceis fugare & venationem capere ſolebant, ratione Ballive ſue predicte. Et hoc paratus eſt verificare.

Unde dicit, quod ipſe nichil fecit niſi ſtatum quem omnes Conſtabularii ante ipſum habuerunt ratione Ballive ſue predicte, et Libertatem ad eandem Ballivam pertinentem continuavit.

Preterea dicit, quod per predictam Cartam nullus excluditur ad fugand' in predictis Chaceis qui in illis fugare conſuevit ante confectionem illius Carte; et hoc patet expreſſe per quandam clauſulam in eadem contentam, illam videlicet, Ita etiam quod Prior & Conventus ſupradicti, & ſucceſſores ſui, & alii, ſi qui fuerint, habeant Chaceam ſuam in eiſdem terris, ten' et feod' & boſcis, ubi ſcilicet & ſicut eas temporibus bone memorie Aldermari, Johannis, & Nichii quondam Epiſcoporum Wynton' habuerunt.

Et dicit ut prius, quod Conſtabularii Caſtri predicti, temporibus predictorum Epiſcoporum, & toto tempore poſtea, et poſt confectionem illius Carte, in Chaceis illis fugaverunt, ratione Ballive ſue predicte.

Et petit Judicium, ſi ratione illius Carte, Conſtabularii Caſtri predicti, qui pro tempore fuerint, excluſi ſint quin fugare poſſint in Chaceis predictis &c.

Et predictus Epiſcopus dicit; quod per Cartam predictam omnes Miniſtri Domini Regis, quicunque fuerint, excluſi ſunt, & eſſe debent ad fugand' in Chaceis ſuis & ad aliquid in eis faciend'. A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et dicit, quod nunquam pertinuit, nec adhuc pertinet, ad aliquem Conſtabular' predicti Caſtri, ratione Ballive ſue, in predictis Chaceis fugare, nec etiam Conſtabular' prenominati, aut alii quicunque temporibus predictorum Epiſcoporum, vel quocunque tempore poſtea, in Chaceis ſuis, ratione Ballive ſue, fugare conſueverunt, quouſque predictus Henricus, auctoritate ſua propria, tempore ſuo, contra protectionem Domini Regis & Cartam ſuam predictam, in eiſdem fugavit.

Et quod ita ſit petit quod inquiratur per patriam.

Et Henricus ſimiliter.

Et quia videtur Cur' quod Inquiſitio iſta Domino Rege inconſulto, tam propter Cartam ipſius Domini Regis porrectam, quam nemo per Inquiſ' patrie vel alio modo judicare debet niſi ſolus Dominus Rex, q̃m ratione Ballive predicte que eſt ipſius Domini Regis, & ad quam predictus Henricus dicit predictam Libertatem pertinere, Dictum eſt partibus, quod ſequantur verſus Dominum Regem, quod precipiat procedere ad predictam Inquiſitionem capiendam ſi voluerit, vel quod alio modo faciat voluntatem ſuam in loquela predicta &c.

Northumbr' ff. N° 17. Inter Burgenſ' Novi Caſtri & Priorem de Tynemwe. (m. 5.)

PRECEPTUM fuit Vicecom' Northumbr' quod ſcire faceret Priori de Tynemuth, quod eſſet coram Domino Rege in Parliamento ſuo a die Paſch' in tres ſeptiman' ad reſpondend' predicto Domino Regi, & Burgenſibus ſuis Novi Caſtri ſuper Tynam, ſuper quibuſdam gravaminibus et injuriis, tam prefato Domino Regi quam Burgenſibus predictis per ipſum Priorem illatis, ut dicitur, et ad ulterius inde faciend' qd̃ Dominus Rex de Conſilio ſuo duxerit ordinand'; Et quod haberet ibi &c.

Pretextu cujus mandati venerunt predictus Prior & predicti Burgenſes ſimiliter modo hic. Et predicti Burgenſes pro Domino Rege dicunt, quod cum ipſe Dominus Rex habeat, et habere debeat, totum portum in aqua de Tyne a Mari uſque ad locum qui dicitur Hidewyneſtremes, ita libere quod non liceat alicui carcare ſeu diſcarcare mercandiſas aliquas, ſeu denarratas, nec foreſtallum facere de hujuſmodi mercandiſis ſeu denarrat' emendo vel vendendo eadem niſi infra Villam Novi Caſtri predictam, ita quod Dominus Rex tolneta ſua, priſas, & cuſtumas, et alia ad Dominium ſuum ibidem ſpectantia, percipere poſſit;

Predictus Prior, qui habet dominicas Terras ſuas predicte aque adjacentes, inter Mare et Villam predictam, carcare et diſcarẽ facit ibidem mercandiſas & denarratas quaſcunque ibidem applicantes, emendo & vendendo in terris ſuis predictis pro voluntate ſua, faciendo ibi portum ubi nullus portus prius fuit, et etiam foreſtall' mercandiſarum, in prejudicium Domini Regis & Ville ſue predicte manifeſtum.

Dicunt etiam, quod cum Dominus Rex habeat et habere debeat ſua forna cõia apud Novum Caſtrum, ita libere quod panis venal' ibidem et non alibi in partibus illis fornati debeat; ac idem Dominus Rex percipit & percipere debeat de quolibet quarterio ibidem furnato quatuor denarios, de conſuetudine hactenus uſitata;

Predictus Prior levavit novam Villam apud Sheles inter Mare predictum & Novum Caſtrum, et habet ibidem piſcatores, piſtores, & braciatores ſuos reſidentes, de quibus idem Prior percipit per annum triginta & ſex marcas et amplius, & Dominus Rex proinde amittit per annum de exitibus fornagii ſui predicti ad valenciam decem librarum, et etiam per forſtallag' predictum apud Scheles ad valenc' viginti librarum.

Dicunt etiam, quod predictus Prior capit ibidem Wreccum Maris cum acciderit, quod ſpecialiter ſpectat ad Dominum Regem.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Dicunt etiam, quod cum Dominus Rex capiat & capere debeat per Vic' ſuum predictum Priſas ſuas & Cuſtumas debitas ad Portum Novi Caſtri predicti, videlicet, de qualibet nave vini duo dolia ante & retro electa, quodlibet dolium pro viginti ſolid'. De qualibet nave Alecis centum Alecia quiete. De nave Haddok' unum centum Haddok' pro ſex denar'. De quolibet batello . . . vel regard' meliorem piſcem pro denario & hujuſmodi;

Predictus Prior emptiones ſuas et diſcarcationes Navium & Batellorum facit apud Sheles & alibi, per quod Dominus Rex hujuſmodi priſas & cuſtumas debitas non percipit, eo quod mercandiſe predicte ad portum debitum Novi Caſtri integre non perveniunt.

Dicunt etiam, quod predictus Prior levavit quatuor forna apud Tynemuth, que Willus Savage, Willus Barbitonſor, Robertus de Bruerne, & Adam le Taliour, communes piſtores, tenent, reddendo inde per annum predicto Priori octo marcas; et dicunt, quod panis ibidem forniatus venditur apud Sheles nautis & aliis ibidem applicantibus, et qui applicare debuerunt apud Novum Caſtrum & ibidem victualia ſua emere, in emendationem ejuſdem ville.

Dicunt etiam, quod predictus Prior habet Mercatum per diem Dominicam apud Tynemuth' ſimiliter, que non diſtat a Novo Caſtro niſi per ſex Leucas, et habet ibidem Tumberellum, Shamellas conductivas ad Carnifices & alios, & capit ibidem emendas panis & cervif' ſine waranto.

Et ubi dicunt, quod tota patria etiam & Naute applicati apud Sheles cum rebus ſuis & mercandiſis venalibus veniunt, et eas ibi venditioni exponunt, in prejudicium Domini Regis, qui nullum inde percipit tolnetum nec aliud &c.

Dicunt etiam, quod prefatus Prior habet commonachos ſuos mercatores Coriorum recentium per patriam, qui cum ea comparaverint apud Preſton' tannare faciunt, et inde naves vel batella apud Sheles onerant et vendunt, ad magnam deterioracionem & depauperationem Burgenſ' Domini Regis de Novo Caſtro, qui hujuſmodi officium exercent & exercere conſueverunt.

Dicunt etiam, quod cum Dominus Rex habeat & habere debeat Towagium navium & batellorum majorum & minorum in Aqua de Tyne, aſcendendo verſus Novum Caſtrum & deſcendendo verſus Mare, libere per terras Dominorum quorumcumque; predictus Prior non permittit hujuſmodi tranſitum facere volentes terras ſuas ingredi, et cum forte terras ſuas ingreſſi fuerint compellit eos reverti & in Aquam profundam gradari, unde vix cum vita ſepius evadunt, ac nonnulli Mercatores cum bonis & mercandiſis ſuis, et ſimiliter alii qui buſcam & carbonem & hujuſmodi apud Novum Caſtrum, ad meliorationem ejuſdem Ville, ducere voluerint, predicto impedimento ſe retrahunt, in prejudicium Domini Regis non modicum, qui in portu ſuo ibidem de quolibet batello, cum remigio, quatuor denar' et de minori batello, ſine remigio, unum denarium percipere debuit, ubi modo vix aliquid percipit.

Et unde dicunt, quod preter dampna que Dominus Rex ſuſtinuit & ſuſtinet in premiſſis, predicta Villa ipſius Regis inde deteriorata eſt et dampnum habet ineſtimabile &c.

Et predictus Prior dicit, quod iſta premiſſa ſibi impoſita contingunt ſolum liberum tenementum & libertatem; & Breve directum Vic' predicto, per quod premunitus eſt eſſendi modo hic, explanat quod reſpondeat de quibuſdam gravaminibus & injuriis tantum, nulla facta mentione de libero tenemento vel de ſpectantibus ad liberum tenementum; unde non intendit quod de aliquo libero tenemento ſuo vel ad liberum tenementum ſuum ſeu libertatem ſpectan' ſola premunitione reſpondere debeat, ſine ſum' & ſine Brevi Domini Regis in caſu ſpeciali, & maxime contra ſtat' ſuum quod vult quod nullus de libero tenemento ſuo reſpond' ſine Brevi, niſi velit &c.

Et poſtea reſpond' idem Prior; et, quoad wreccum Maris, & foreſtall' mercandiſarum, dicit, quod ipſe Prior & predeceſſores ſui wreccum Maris habuerunt & perceperunt hactenus cum acciderit, & Foreſtallum mercandiſarum, videlicet victualium & aliarum ſuſtentation' Domus ſue predicte neceſſar', infra terram ſuam predictam emendo fecerunt, ſicut eis bene licuit, per Cartam Domini Ricardi Regis Avi Domini Regis nunc, quam profert in hec verba

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Ricardus, Dei gratia, Rex Anglie, Dux Norman' Aquitan' Comes Andeg' Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſtic', Vic', Miniſtris & omnibus ſuis Fidelibus Franc' & Angl' in omnibus Comitatibus in quibus Sanctus Albanus Martir' terras habet amicabilit' ſalutem. Notum facimus vobis, Nos conceſſiſſe et preſenti Carta confirmaſſe Deo & Sancto Albano & Eccleſie ſue Sancti Oſwyni de Tynemuth, Celle Sancti Albani, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes terras ſuas & omnes homines ſuos cum ſacha, ſoca, overſtronde & ſtreme, on wode & felde, tol, them, & gridbruch, hamſokne, murdrum, & foreſtal, Danegelde, infangenethef, & utfangenethef, flemmenefremeth, blodwyt, wrec'. Et heat ſuper omnes terras ſuas & ſuper omnes homines ſuos, ubicumque fuerint intra Burgum & extra, in tant' & tam plene ſicut proprii Miniſtri noſtri exquirere deberent ad opus noſtrum. Et nolumus ut aliquis homi', nec Francus nec Anglus, de terr' eorum neque de hominibus eorum ullo modo ſe intromittat, niſi ipſi & Miniſtri ſui quibus ipſi committere voluerint. Preterea, quia nos conceſſimus Deo et Sancto Albano, et Eccleſie Sancti Oſewyni de Tynemuth, Celle Sancti Albani, pro redemptione anime noſtre, & parentum noſtrorum, omnes Libertates, & omnes liberas Conſuet' quas Regia poteſtas libiores alicui Eccleſie conferre poteſt; Et prohibemus ſuper forisfacturam noſtram ne quis eas aliquo modo infringere preſumat. Prohibemus etiam, ne in ipſorum terr' vel domibus miniſter, dapifer videlicet, vel pincerna, camer' vel diſpenſator, janitor, vel prepoſitus contra ipſorum voluntatem & aſſenſum, tempore noſtro aut ſucceſſorum noſtrorum, per manus alicujus Principis vel Juſtic' quocunque tempore ponatur. T. B. Cantuar' Archiepiſcopo & G. Eborum Electo &c. Dat' per manum Wilti de Longo Campo, Cancellar' noſtr' Elienſ' Electi iiii^ta die Decembris, anno primo regni noſtri, apud Cantuar.

Et, quoad fundationem nove ville apud Sheles, dicit, quod nullam villam ibi levavit de novo. Dicit enim, quod temporibus predeceſſorum ſuorum Priorum Domus predicte, fuerunt ibi Manſiones ſuper ſolum ſuum proprium, ubi Dominus Rex nullum habet ſolum, neque liber' ten' eo quod ſolum dicte Domus & liberum ten' ſe extendit uſque ad filum aque de Tyne ultra terram ſuam ſ..am ibidem; et inter quod quidem filum aque & terram predictam Domus predicte hiet piſcariam ſuam liberam, in longitudin' terre ejuſdem in eadem aqua.

Et dicit, quod ipſi & predeceſſores ſui Dom' & Manſiones ibidem ſucceſſive conſtruxerunt, & pro voluntate ſua locaverunt piſcatoribus & aliis qui panem, cervif' & piſcem vendiderunt ibidem applicantibus, ſine aliquibus emend' inde Domino Regi faciend' ſet tantummodo ipſis Prioribus.

Dicit etiam, quod nullum mercatum neque for' habet nec habere clam' apud Sheles.

Et, quoad piſcatores & piſcium emptiones ibidem, Dicit, quod predeceſſores ſui predicti temporibus ſuis habuerunt piſcatores ſuos proprios, pro voluntate ſua in aqua predicta piſcantes, ad ſuſtentationem Domus ſue predicte, abſque tolneto vel aliquo inde Domino Regi preſtando, non obſtante eo quod portus Aque de Tyne ſpecialiter & integre ad Dominum Regem pertinet.

Dicit etiam, quod iidem habuerunt Tenentes ſuos quoſdam de Sheles cum batellis ſuis liberos infra terras ſuas dominicas. Et dicit, quod ipſi & predec' ſui predicti, ad ſuſtentationem Domus & Familie ſue predicte, piſcem, ſicut & alia ſuſtentationi Domus et Familie ſue neceſſaria, per terram & aquam emerunt ibidem libere & quiete. Quia dicit, quod quamquam hujuſmodi emptiones ſeu diſcarcationes piſcium ibidem fecerint a quibuſcunque piſcatoribus, preterquam a dominicis

A. D. 1290. 18 Edw. I.

piſcatoribus ſuis, iidem piſcatores cum ad portum de Novo Caſtro vel alibi applicuerint, ſolverunt, & ſolvere debuerunt ibidem, tolnetum & cuſtumam debitam, tam pro piſce ſic vendito, quam pro piſce in navi ſive in batello remiſſo, & ad portum illum applicato.

Et, quoad Mercatum de Tynemuth, & cetera ibidem, Dicit,

Quod nullum ibi clam' Mercatum, Set bene recogn' quod eſt ibi tumbrell' & quod ſunt ibi piſcatores & braciatores et furna ipſius Prioris conductiva, & ſhamelle ad ſuperponend' res venales, ut panem, carnes, & piſces, que in villa illa venduntur, ſicut & in aliis villis campeſtr' partium illarum, ſicuti fuerunt temporibus predec' ipſius Prioris; Et quod ipſi hactenus ceperunt emendas.

Dicit etiam, quod nullos habet Monachos mercatores Coriorum, prout ſibi imponitur. Dicit tamen, quod Coria lardariorum ſuorum licite vendunt, vel aliter inde commodum ſuum faciunt. Set quod Coria nunquam emerunt per patriam, neque apud Sheles inde naves ſeu batella inde oneraverunt, nec vendiderunt, paratus eſt verificare &c.

Dicit etiam, quod quoad Towagium in Aqua de Tyne, Quod nunquam hujuſmodi officium exercentes in terram ſuam adjacen' impedivit, preterquam in pratum ſuum de Aſtwyk, quod ſuper hujuſmodi eſt & fuit liberum hactenus & exemptum; Et hoc paratus eſt verificare. Similiter dicit inſuper, quod ante confectionem dicte Carte, & a tempore confectionis ejuſdem, que prior eſt unaquaque Libertate Burg' Domini Regis de Novo Caſtro et Burgenſibus ibidem per Dominum Regem Johannem conceſſa, predec' ſui Priores Domus predicte omnia premiſſa ceperunt & habuerunt, modo quo ea recogn' libere & quiete, ſine temporis interruptione, virtute Conſuetudinum & Libertatum per Cartam predictam ſibi conceſſarum, in terra & aqua, & de quibus invenit Eccleſiam ſuam ſeiſitam, & unde hactenus libere & quiete uſus eſt illis, prout predeceſſores ſui predicti eiſdem utebantur conſimili modo & in eiſdem locis, qđ paratus eſt verificare &c.

Et petit judicium ſicut prius, ſi de alieno facto, & de hiis de quibus invenit Eccleſiam ſuam ſeiſitam, ratione ſoli & Conſuetudinum ac Libertatum expreſſarum, que tam libere limitantur quam Regia poteſtas eas alicui Eccleſie liberiores conferre poteſt, ſi abſque Brevi ſpeciali & ſum' contra legem communem debeat reſpondere &c.

Et Willus Inge, & Johannes de Inſula, & alii qui ſequuntur pro Rege, dicunt, quod predicta Carta in hoc caſu prefato Priori valere non debet. Dicunt enim, quoad Wreccum Maris, quod cum naves extra magnum Mare infra portum predictum in aqua de Tyne applicuerint, & ibidem fregerint caſu fortuito, predictus Prior cum hominibus ſuis & batell' Bona hujuſmodi navium diruptarum in aqua illa na....ntia infra portum illum, et etiam cetera Bona in hujuſmodi navibus commorantia, capit et ad terram ſuam ducit, et ſimiliter naves hujuſmodi ſibi apropriat.

Et unde dicit, quod iſte Prior qui modo eſt, inſtanti tempore eſt ſeiſ' de ſexdecim doliis vini, nomine wrecci, de quadam nave Petri de Appelby Burgenſ' Eborum, in aqua predicta nuper naufragata. Et ubi hoc verbum Wrec' non debet intelligi, niſi tantum cum in terram dicti Prioris ceciderit.

Et quoad Foreſtall' dicunt, quod cum Libertates diverſe predicte Domui conceſſe fuerunt, ut ſacham, ſocham, overſtronde, & ſtreme &c. & foreſtall' Hoc totum intelligend' eſt in terris ſuis infra Libertatem ſuam de Tynemuth', & non in portu de Tyne.

Et ſimiliter hoc verbum Forſtal' interpretari debet & intelligi, ad impediend' aliquem vel inſultand' in Regia ſtrata, et non alio modo, ſicut predictus Prior illud intelligit.

Et quoad ea etiam & quoad Carcationes & Diſcarcationes navium, & emptiones mercandiſarum, & denarratarum, victualium, & aliarum, Dicunt, quod cum predictus portus de Tyne ſolummodo eſt Domino Regi, & non prefato Priori, nec alicui alteri, prout idem Prior bene recogn' quotiens idem Prior hujuſmodi Carcationes vel Diſcarcationes navium vel batellorum, aut emptiones aliquas fecerit ibidem, ipſi Domino Regi manifeſte injuriatur; cum Dominus Rex eſt in ſeiſina, & ſemper extitit, de portu illo, Nec predictus Prior aliquas Libertates clamare poteſt, nec debet extra dominicum ſuum & terras ſuas predictas. A. D. 1290. 18 Edw. I. (Dorſ.)

Et, quoad Villam de Sheles, Dicunt, quod qualeſcumque fuerint ibi manſ....ſi que fuerint temporibus predeceſſorum iſtius Prioris, idem Prior qui nunc eſt tempore ſuo fieri fecit ibidem viginti et ſex Domos, ſuper ſolum quod Domino Regi eſſe debet, eo quod fluxu & inundatione Maris comprehenditur.

Et petunt record' Juſtic' quod prefatus Prior allegavit, quod Dominus Rex inibi nullum habet ſolum, nec liberum ten', ſet quod mere pertinet ad predictum Priorem & domum ſuam, uſque ad filum aque de Tyne.

Dicunt etiam, quod in Domibus illis apud Sheles ſunt manentes piſcatores, & braciatores, auxionarii, & auxionatrices panis & cerviſie & aliarum rerum, tam divites, quod omnes naves & batella, per centum vel ducentum ad plus vel minus, cum rebus & mercandiſis ſuis ad partes illas transfretantes, ibidem applicant, ad ſufficientiam hoſpitiorum & victualium quam ibi inveniunt, & qui apud Novum Caſtrum applicare debuerunt, & victualia ſua ibi emere prout conſueverunt, ad melioracionem ejuſdem ville.

Et unde dicunt, quod idem Prior ſolus eſt occupator ſoli Domini Regis ibidem, & ſolus ablator commodor' ville ipſius Domini Regis predicte.

Dicunt etiam, quod idem Prior habet in Sheles ſexdecim piſcatores vel plures cum batell' magnis piſcantes in mari per annum, cauſa negotiationis, non cauſa ſuſtentationis Domus ſue predicte; Et de quibus Dominus Rex nullum tolnetum neque cuſtumam ſuam debitam percipit.

Dicunt etiam, quod cum naves, vel batella majora vel minora, cum piſcibus vel aliis mercandiſis quibuſcunque ibidem applicuerint, venit idem Prior, & homines ſui, & alii patrie, cum equis & ſummagiis, & inde ſibi neceſſaria comparant, Ita videlicet, quod aliquando naves vel batella illa vacua vel ſemicarcata ad portus alios quam ad Novum Caſtrum predictum revertuntur, vel ſaltem ibidem cum relictis hujuſmodi piſcium de pluribus batell' in uno batello vel duobus tranſlatis: Et unde Dominus Rex, qui priſas ſuas & cuſtumas debitas per Vicecom' ſuum percipit, apud Novum Caſtrum, percipere non poteſt, niſi quatuor denarios tantum de batello cum remigio, & unum denarium de illo quod ſine remigio invenitur, ubi de quolibet batello hujuſmodi, quotquot fuerint, tantum perciperet cum acceſſerint, & plura alia de quibus hic non fit mentio, quia diſcarcata nave vel attaminata, ſeu batello, de venalibus percipiet Dominus Rex cuſtumam ſuam de qualibet mercandiſa in nave illa vel batello exiſtente: Et unde idem Dominus Rex vix percipit ex premiſſis viceſimam partem vel triceſimam cuſtume ſue, & priſe predictarum.

Dicunt etiam, quoad Furna de Tynemuth, qđ ſunt Domino Regi & Burgo ſuo predicto nimis injurioſa. Quia dicunt, quod predictus Prior Firmariis ſuis eorumdem bladum ſuum liberari facit habundant' ad pecuniam inde ad opus ſuum faciendam, per quod ipſi Firmarii panem furnant comit' et vendunt apud Sheles, et unde iidem applicantes ſuſtentantur, qui apud Novum Caſtrum emere deberent & conſueverunt ſua victualia.

Et unde dicunt, quod piſtores et braciatores Novi Caſtri, dicta occaſione, a villa illa recedunt, & manent apud Tynemuth' & Sheles, in dampnum Domini Regis & Burgi ſui predicti de Novo Caſtro.

Et, deſicut predictus Prior recogn' quod ipſe & predeceſſores ſui emendas panis & cerviſie apud Tynemuth' & Sheles hactenus perceperunt, ubi Dominus Rex nichil percipit, neque tolneta, neque alia de rebus & mercandiſis ibidem vendit',

Nec

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Nec dedici poteſt quin Dominus Rex priſas ſuas & cuſtumas debitas amittit manifeſte, per emptiones victualium & diſcarcationes navium de mercandiſis et rebus predictis per prefatum Priorem factis, ubi priſe & cuſtume Domini Regis de melioribus et integerrimis mercandiſis & rebus venalibus eligi & capi debeant. Ac iſta & alia premiſſa ſunt facta iſtius Prioris perſonalia, licet Predeceſſores ſui hujuſmodi utebantur, eo qđ unumquodque eorumdem factorum eſt perſonale, & injurioſum in ſe totiens quotiens factum fuerit, & que dedici non poſſunt: nec eſt ibi Inquiſitio neceſſaria. Et unde dicunt qđ alieno facto propria facta ſua injurioſa non poteſt nec debet cooperire. Petunt inde Judicium pro Domino Rege & Burgo ſuo predicto &c.

Et poſtea dicunt quod in itinere Johannis de Vallibus, & ſociorum ſuorum in Com' Northumbr', anno regni Regis Edwardi nunc VII, preſent' fuit per Jur' quod Prior de Tynemuth levavit unam villam ſuper ripam aque de Tyne, apud Sheles, ex una parte aque, et Prior Dunolmie levavit aliam ex altera parte aque, ubi nulla villa deberet eſſe, niſi tantummodo Logges in quibus piſcatores poſſent hoſpitari; Et quod piſcatores ibi piſcem vendiderunt qui vendi deberent apud Novum Caſtrum, ad magnum nocumentum totius Burgi, et ad detrimentum priſarum Domini Regis ad Caſtrum ſuum, Quia piſcis, & alia mercimonia de quibus Dominus Rex ſolebat habere priſas ſuas, et que ibidem modo venduntur, deberent vendi apud Burgum de Novo Caſtro, ubi Dominus Rex habet priſas ſuas; Et quod idem Prior ſimiliter fecit braciare apud Sheles, et habuit magnas naves piſcatorum ubi non deberet habere niſi batellos tantum, Unde Dominus Rex perdit priſas ſuas, & Burgus Novi Caſtri Cuſtumam ſuam, ad grave dampnum Domini Regis & Burgi predicti:

Et ſimiliter, quod Prior Dunelm' ex altera parte aque de Tyne, fecit braciare et naves habuit ubi niſi batellos habere deberet: Et quod predictus Prior de Tynemuth fecit furnire in furno ſuo proprio panem alienum, qui forniri debuit apud Burgum de Novo Caſtro, per quod Burgus perdit furnagium ſuum, videlicet de quolibet quarterio quatuor denarios;

Et unde vocant ad warantum rotulos purpreſturarum ſuper Dominum Regem factarum, ſecundum veredictum & preſentationem proborum & legalium virorum ad hoc electorum de Itinere predicto;

Et dicunt quod nunquam fuerunt ille Preſentationes hactenus determinate ſive diſcuſſe, neque in judicium deducte, nec ſuper hiis alique facte emende:

Et petunt quod hec Domino Regi & Conſilio ſuo manifeſtentur &c.

Et predictus Prior dicit, quod iſta preſentatio, ſi qua fuerit, que eſt quedam accuſatio, ſibi obeſſe non debet, eo quod tempore illo quo Preſentatio illa facta fuit non fuit ipſe Prior; quod paratus eſt verificare; nec de alieno facto, ſine Brevi ſpeciali, tenetur reſpondere:

Et petit inde Judicium ſicut prius &c.

Poſtea coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio, in preſentia Domini Regis, venerunt Partes predicte;

Et predicti Burgenſes petierunt judicium ſuum ſuper Recordo & proceſſu predictis.

Et predictus Prior petiit, quod ſi Domino Regi placeret & ejus Conſilio, qđ de Libertatibus ſuis de quibus ipſe Prior invenit Eccleſiam ſuam ſeiſitam tempore quo factus fuit Prior, non reſponderet ſine Brevi Domini Regis,

Et ſuper hoc ſimiliter petiit Judicium &c.

Et quia idem Prior per Breve Domini Regis predictum coram ipſo Domino Rege in Curia ſua venit, & coram ipſo Domino Rege perſonaliter comparuit, et ad reſpondend' tam ipſi Domino Regi quam Burgenſibus ſuis predictis, ſuper quibuſcunque gravaminibus & injuriis ipſi Domino Regi & Burgenſibus ſuis predictis illatis ad certum diem coram certis Juſtic' ad hoc in preſentia ſua nominatis & aſſign' per os ipſius Domini Regis ad quecunque gravamina ſeu injurias ipſi Domino Regi ſeu Burgenſibus ſuis predictis illata audiend' placitand' et coram ipſo Domino Rege referend' prout tam per ipſum Dominum Regem, quam Juſtic' ad hoc aſſign' plenarie eſt recordat' recepit, et coram eiſdem Juſtic' ſponte et de mero jure ſuo in articulis ſibi ſuperius impoſitis preciſe reſpondit, et etiam cartam Domini Regis Ricardi et alias reſponſiones pro jure ſuo defendendo & ſuſtinendo gratis & non coactus propoſuit, nec etiam ſe preciſe tenuit ad illam reſponſionem, quod Eccleſiam ſuam invenit ſeiſitam, licet in quibuſdam articulis ſic ſe excuſaverit, prout patet per Recordum predictum, dictum eſt ei, qđ aliud pro ſe oſtendat vel dicat, ſi quid habeat vel ſciat quod ei prodeſſe debeat &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et idem Prior nichil dicit niſi ut prius, ſet petit, quod Dominus Rex, intellecta Carta Regis Ricardi Progenitoris ſui predicta, faciat qđ ſibi placuerit faciend'.

Et quia Dominus Rex certiorari vult, ſi predictus Prior & Predeceſſores ſui, a tempore confectionis predicte Carte, per Cartam illam continue & abſque aliqua interruptione Libertatibus predictis plenarie uſi ſint, necne, vel etiam ſi predictus Prior tempore ſuo, aut Predeceſſ' ſui, poſt confectionem Carte illius, temporibus ſuis, ſuper ipſum Dominum Regem aut Progenitores ſuos Libertates ſupradictas, ſeu earum aliquas, uſurpaverunt, vel purpreſtarunt, & ubi, & a quibus, & per quos, & a quo tempore, & quo modo, idem Dominus Rex aſſignavit Willm de Veſcy, Thomam de Normanvill, Johannem de Lythegreynes, & Ricardum Knout, Vic' Northumbr', ad inquirend' veritatem omnium & ſingulorum articulorum premiſſorum, in Recordo iſto contentorum, Ita qđ inde certificent Dominum Regem ad proximum Parliamentum ſuum, poſt feſtum Sancti Michaelis.

Et datus eſt dies Partibus ad eundem terminum.

Preterea, quia predictus Prior nullum clam' habere mercatum vel Portum apud Tynemuth', nec etiam apud Sheles, prout patet in Recordo predicto, et prout preſentia Domini Regis cognovit, inhibitum eſt ei, ne mercatum vel Portum in locis predictis de cetero teneat, ſeu tenere faciat:

Immo quod omnia ſigna, quecumque fuerint, tam Portus quam mercati in locis predictis proſternere faciat & diruere.

Et preceptum eſt per ipſum Dominum Regem, quod inquiratur per Juſtic' ſuos predictos, ſi mercatum vel Portus in locis predictis, temporibus retroactis fuerint, & a quo tempore, & per quem, et que dampna Dominus Rex & villa ſua predicta ea occaſione ſuſtinuerunt &c.

Et quia predicta Inquiſitio, per defaltam predicti Willi de Veſcy in Hibern' exiſtentis, multo tempore remanſit capienda, & Dominus Rex & villa ſua predicta dampnum non modicum ratione predicte Inquiſitionis non capte ſuſtinuerunt, Dominus Rex, in termino Sancte Trinitatis, anno regni ſui nono decimo exiſtens, aſſignavit Rogerum le Brabazon, Willm de Berford, & Gilbertum de Roubyry, ad veritatem premiſſorum inquirendam, juxta formam predictam & articulos in predicto recordo contentos, qui inquiſitionem predictam ceperunt, & illam coram Domino Rege, in Parliamento ſuo apud Weſtmonaſterium, in craſtino Epiphanie, anno regni ſui viceſimo, retornaverunt ſub Sigillis ſuis, & Sigill' eorum per quos facta fuit; Et que Inquiſitio tunc tradita fuit Gilberto de Thorneton, & ſociis ſuis ad Placita Domini Regis aſſignatis, ad judicium reddend' prout de jure eſſet faciend'.

Et Sciend' quod Record' predictum eodem tempore liberatum fuit predicto Gilberto de Thorneton, per manum Gilberti de Roubyry, et ibi invenietur judicium ſuper placito predicto &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

ff. N° 18. Retraditio terrar' Oſberti Giffard. (m. 6.)

MEMORAND' quod cum Dominus Rex nuper feciſſet ſeiſire Terras Oſberti Giffard in manum ſuam, certis de cauſis, & pro quibuſdam Tranſgreſſionibus per ipſum Oſbertum factis, quod idem Dominus Rex Terras illas, videlicet Manerium de Wynterburne-ferkles in Com' Dorſet, Manerium de Foxcote & Theumeſ' in Com' Somerſet, Manerium de Stanlack & Dadynton in Com' Oxon', & Manerium de Aſtwell in Com' Northpt̄, in octab' Purificationis beate Marie, hoc anno, eidem Oſberto liberare precepit. Ita quod non liceat ipſi Oſberto Maneria predicta, ſeu aliquam Partem eorumdem, vendere, tradere, ſeu quocunque modo alienare, aliqua arte vel ingenio, ad exheredationem heredum ſuorum, ſeu etiam vaſtum, deſtructionem vel exilium in eiſdem Maneriis facere &c.

---

ff. N° 19. Primum Placitum verſus Epiſcopum Winton' de Hoſpitali de Suthpt'.

JOHANNES de Inſula, qui ſequitur pro Domino Rege, monſtravit Domino Regi, quod cum Domina Alienora, Regina Angl', mater &c. que tenet Villam de Suthpt̄ ad terminum vite ſue, contuliſſet Cuſtodiam Hoſpital' Sancti Juliani extra Suthampton' cuidam Roberto le Aumoner, et idem Robertus per collationem ſuam fuiſſet in pacifica poſſeſſione Cuſtodie predicte, Epiſcopus Wynton', qui nunc eſt, ipſum Robertum de predicta Cuſtodia ejecit, et Cuſtodiam illam cuidam Rogero de Molton contulit, qui eam modo tenet, in dampnum predicte Alienore quingentarum librarum, & contemptum Domini Regis manifeſtum &c.

Et Epiſcopus venit, & dicit, quod tempore quo creatus fuit in Epiſcopum Wynton' invenit Eccleſiam ſuam de Wynton' ſeiſitam de predicta advocatione Cuſtodie predicti Hoſpital'.

Et petit Judicium ſi debeat ſine Brevi Domini Regis inde reſpondere.

Preterea, quoad ejectionem predicti Roberti, dicit qd̄ per Communitatem Ville de Suthampton' aliquo tempore coram Juſtic' Domini Regis de Banco fuit ipſe implitatus de advocatione predicte Cuſtodie; Et, per judicium ejuſdem Cur' Domini Regis, predictam advocationem verſus predictam Communitatem optinuit, Ita quod Dominus Rex ſibi mandavit quod de predicta Cuſtodia ordinaret; Et etiam Vicecom' Suthampton' precepit per Breve ſuum, quod vim laicalem inde amoveret; unde dicit, quod ſi predictus Robertus inde ejectus fuit, hoc fuit per Vicecom' ratione Brevis predicti, et non per ipſum Epiſcopum. Et hoc paratus eſt verificare &c.

Et, quia predictus Epiſcopus invenit Eccleſiam ſuam de Wynton' ſeiſitam de predicta Advocatione tempore creationis ſue, Ideo ipſe quoad hoc inde ſine die ad preſens, et Dominus Rex habeat Breve verſus ipſum Epiſcopum, quod reddat ei advocationem &c. Et, quoad ejectionem, Inquiratur veritas per patriam &c.

---

ff. N° 20. Inter Dominam Reginam & Willm de Valenc' & Johannam Uxorem ejus.

WILL'S de Valenc' & Johanna Uxor ejus, per Martinum de Chaucomb' attornatum ipſius Johanne, monſtrarunt Domino Regi, quod cum quidam Walterus le Mareſchall', quondam Dominus & Comes integre totius Comitatus de Penebrok, tempore ſuo habuit & tenuit totum Regale infra procinctum Comitatus ſui de Penebrok, videlicet Cancellar' ſuam, Sigillum ejuſdem Cancellar', ac omnes libere tenentes infra procinctum predicti Comitatus, per Brevia ipſius Walteri de Cancellaria ſua, coram Seneſcall' & Ballivis ſuis, ad Com' de Penebrok placitare ſolebant omnia Placita Corone, & omnia Placita que coram Vic' & Seneſcall' ſunt placitabilia, & per Ballivos & Miniſtros ſuos ſummonitiones & attachiamenta in hujuſmodi Placitis ubicunque infra procinctum predicti Comitatus facere, & proficua, exitus & amerciamenta de eiſdem Placitis quoquo modo provenientia percipere & habere, & inde obiit ſeiſitus: Et etiam, cum poſt mortem ipſius Walteri predicta Juriſdictio cum omnibus Libertatibus & liberis conſuetudinibus predictis devenit in manum cujuſdam Johannis de Monte Caniſ' unius heredum predicti Walteri, ratione propartis hereditatis predicti Walteri ipſum Johannem contingentis, et idem Johannes toto tempore ſuo eadem juriſdictione uſus fuit, & per Ballivos & Miniſtros ſuos ſummonitiones & attachiamenta fecit, ut predictum eſt, et proficua & amerciamenta Placitorum predictorum habuit & percepit et inde obiit ſeiſitus;

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et ſimiliter, cum poſt mortem ipſius Johannis, eo quod obiit ſine herede de ſe, predicta Johanna ſucceſſit ei in Juriſdictione eadem ut ſoror & heres;

Et idem Willus & Johanna, toto tempore poſt mortem predicti Johannis, eadem juriſdictione uſi fuerunt, cum omnibus Libertatibus & Conſuetudinibus ſuis, & per Ballivos ſuos ſummonitiones & attachiamenta facere, & exitus & amerciamenta eorumdem percipere & habere conſueverunt, Domina Regina Anglie, Conſors &c. jam duobus annis elapſ' qd̄ due partes Baronie de Haverford' in manum ſuam devenerunt, per conceſſionem & donationem Humfridi de Bohun Comitis Hereford', Sigillum et Cancellar' apud Haverford' fieri fecit, & per Brevia de Cancellaria ſua, & Sigillo ſuo ſignata, & cuicunque petenti liberata, Placita predicta in Curia ſua de Haverford', per Hugonem de Creſſingham, & Robertum de Bures, Ballivos ſuos, placitat, & placitare facit, & per Ballivos & Miniſtros ſuos ſummonitiones & attachiamenta eorumdem Placitorum fieri facit, & exitus & amerciamenta eorumdem Placitorum percipit; Et etiam homines de Baronia de Haverford', de Baronia de Caſmeys, de Baronia de la Roche, & de Baronia de Caſtro Gawini, per Brevia ſua de Cancellaria ſua de Haverford', coram Ballivis ſuis ibidem placitare facit; Qui quidem homines ad Comitatum ipſorum Willi & Johanne de Penebrok, coram Ballivis et Seneſcall' ſuis, & per Brevia de Cancellaria ſua, placitare ſolebant, in magnum dampnum ſuum, & exheredationem ipſius Johanne &c.

Et ſuper hoc venit Gilbertus de Clare, Comes Glouc' & Hertford', et dicit quod predicta Baronia de Caſtro Gawyni eſt de feodo ſuo, et petit quod quicquid contingat inter predictas partes, qd̄ nichil ei cedat in prejudicium &c.

Et predicti Hugo, & Robertus, Ballivi dicte Domine Regine, veniunt, & dicunt pro ipſa Domina ſua et ſimiliter pro ſe ipſis, quod nullam injuriam fecerunt: Dicunt enim, quod predictus Comes Hereford', cujus ſtatum predicta Domina ſua modo habet, in Baronia de Haverford' tempore ſuo habuit Sigillum & Cancellariam ſuam apud Haverford', et Brevia ſua de Cancellaria illa petentibus liberabat, & in Curia ſua de Haverford' coram Seneſcall' & Ballivis ſuis placitabat, & ſummonitiones & attachiamenta eorumdem Placitorum per Ballivos & Miniſtros ſuos fecit, & proficua & amerciamenta inde provenientia percepit, et quod idem Comes tempore ſuo ſeiſinam predictarum duarum partium predicte Baronie de Haverford' liberavit Domine ſue, tradidit eidem Domine ſue Sigillum ſuum, cum Brevibus & Rotul' de Cancellaria ſua.

Unde dicunt quod ipſi nullam injuriam fecerunt, immo ſtatum quem predictus Comes habuit tempore ſuo, & ſeiſinam prefate Domine ſue liberatam, continuaverunt &c.

Preterea dicunt quod predicta Baronia de Haverford' fuit aliquo tempore in ſeiſina cujuſdem Roberti filii Ricardi, qui tempore ſuo Sigillum, & Cancellar' ibidem habuit; Et poſtea Baronia illa devenit in manum Domini Regis Johannis, avi Domini Regis nunc. Qui quidem Dominus J. Rex poſtea conceſſit eandem Baroniam predicto Waltero le Mareſchall', non tanquam pertinentem ſeu in aliquo annexam ad Com' ſuum de Penebrok, Immo totum per ſe ſeparalem.

Et dicunt quod idem Walterus toto tempore ſuo habuit Sigillum, & Cancellar' ſuam, apud Haverford', deſervientia Baronie de Haverford', Ita quod homines ejuſdem Baronie ſemper placitaverunt ad Cur' ſuam de Haverford',

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Haverford', et per Brevia ſua de Cancellar' de Haverford', abſque hoc qđ in aliquo fuerunt intendentes ad Com' de Penebrok, ſeu Seneſcall' aut Ballis ejuſdem Com', & etiam toto tempore predicti Johannis, fratris predicte Johanne, quouſque predicti Wills & Johanna, poſt bellum de Lewes, per duritias & deſtructiones occupaverunt & purpreſtaverunt Juriſdictionem predictam ſuper quoſdam de Baron' de Haverford' &c.

Et predicti Wills & Johanna dicunt, & bene cognoſcunt, quod predictus Comes Herford' habuit Sigillum ſuum ibidem, toto tempore ſuo; ſet dicunt, quod per Brevia ſua non placitavit aliqua Placita contingentia aliquem extra Villam de Haverford', vel de ten' extra predictam Villam exiſtentibus, Immo tantum de ten' & hominibus intrinſecis:

Et quod ipſi Wills & Johanna, die quo predicte due Partes predicte Baronie devenerunt in manum Domine Regine per eſcambium &c. fuerunt in ſeiſina de omnibus Placitis forinſecis, et non predictus Comes Hereford.

Et hoc parati ſunt verificare ſicut Cur' &c.

Et dicunt quod Ballivi predicte Domine Regine, poſt tempus ſuum, placitaverunt per Brevia de Cancellaria ſua de Haverford', Placita de ten' forinſecis, et de aliis Baroniis, videlicet, quoddam Breve de Conventione inter Galfrid' Brun, & Johannem Brun, de ten' infra Baroniam de Caſtro Gawyni, & quoddam Breve ultime Preſentationis inter Henricum filium Henrici, & Priorem de la Pulle, de advocatione cujuſdam Eccleſie, que eſt infra Baroniam de la Roche &c.

Et predicti Ballivi dicunt quod predicta Baronia de la Roche eſt de feodo Baronie de Haverford', & ſemper fuit,

Et quod ipſi, a tempore quo predicte due Partes Baronie de Haverford' in manum Domine Regine devenerunt, nullum Placitum tenuerunt de ten' forinſecis, nec de predicta Conventione, nec de predicta ultima Preſentatione, per Brevia de Cancellaria ipſius Domine Regine predicta,

Et de hoc ponunt ſe ſuper patriam &c.

Et predicti Wills & Johanna ſimiliter:

Ideo aſſignentur Gilbertus de Thornton, et Magiſter Robertus de Thorp Juſtic' &c. ad inquirend' veritatem Premiſſorum in partibus illis, Et certificent inde Dominum Regem ad Parliamentum ſuum a die Paſche in tres Septimanas &c.

Et, quoad Juriſdictionem quam predicti Wills & Johanna dicunt predictam Reginam et Ballivos ſuos occupaſſe ſuper eos tempore Regine in predicta Baronia de Cameys, dictum eſt Ballivis predicte Regine, quod ſi quid injuriatum fuerit predictis Willo & Johanne in predicta Baronia, quod ipſi illud emendare faciant, alioquin quod reſpondeant inde prefat' Willo & Johanne ad prefatum terminum, eo qđ dicti Ballivi dicunt quod homines predicte Domine Regine, qui ad Partes de Haverford' iverunt ad ſeiſinam capiend', nondum redierunt, per quod de facto ſuo poſſunt certiorari &c.

Et quoad hoc, quod predicti Wills & Johanna queruntur quod Ballivi predicti attraxerunt libere tenentes ad faciend' ſectam ad Cur' de Haverford, Habeant Breve de ſecta ſubtracta, de communi lege, ſi voluerint &c.

Poſtea ad Parliamentum Domini Regis poſt Paſch', anno predicto, videlicet a die Sancte Trinitatis in xv dies, venerunt predicti Ballivi Domine Regine, & ſimiliter predicti Willus & Johanna, per quendam Milonem de Weſeford attornatum predicte Johanne, et etiam predicti Juſtic', qui recordantur quod mandaverunt Ballivis predicte Domine Regine de Haverford' quod venire facerent coram eis apud Haverford' die Mercurii proxima poſt mediam quadrageſimam, tot & tales per quos &c. ad Inquiſitionem illam faciend' & capiend' per Breve ſuum, quod proferunt, et quod hoc idem teſtatur.

Ad quem diem, predicti Hugo, et Robertus de Bures, Ballivi Domine Regine predicte, et etiam predictus Willus venerunt, ſet predicta Johanna, nec per ſe nec per attornatum ſuum venit, licet ſepius fuiſſet & ſolempniter vocata, Immo omino fecit defaltam: propter quod Juſtic' predicti ad aliquam Inquiſitionem capiend' non proceſſerunt, ſet diem dederunt tam predictis Ballivis quam predicto Willo coram ipſo Domino Rege, in Parliamento ſuo poſt Paſch' ad terminum predictum, de audiendo judicio ſuo ſuper defalta ipſius Johanne predicta.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Super qua defalta predicti Ballivi preciſe petierunt judicium, prout patet per recordum eorumdem Juſtic' tam viva voce, quam per recordum irrotulatum, & per eos porrectum.

Et quia predicti Juſtic', poſtquam per ipſum Dominum Regem, in preſentia partium predictarum, aſſignati fuerunt ad Inquiſitionem predictam capiend', providerunt certum diem, & ſtatuerunt de Inquiſitione predicta capienda, & ad certum locum, videlicet apud Haverford', & de hoc predictum Willm, prout bene cognoſcit, et etiam in preſentia attorn' predicte Johanne premuniverunt, prout iidem Juſtic' intendunt;

Et etiam, quia pars querens, ſeu petens, ſemper parata eſſe debet, & premunita ad querelam ſuam ſeu petitionem ſuam proſequend' ſi voluerit, nec in Curia iſta eſt uſitatum, qđ aliqua pars querens ſeu petens in caſu conſimili per Juſtic' premuniri debeat ſeu diſtringi ad querelam ſeu Petitionem ſuam propriam proſequend', vel ad Inquiſitionem ad querelam ſuam adjudicatam audiend', cum ſecta pro premunitione & pro quolibet ajornamento ſibi ſufficere debeat, qualitercunque predictus Wills dicat predictam Johannam Uxorem ſuam certum diem de Inquiſitione illa audiend' per ſe vel per attornatum ſuum non recepiſſe;

Conſideratum eſt, quod predicta Domina Regina, & Ballivi ſui predicti, quoad ea ſuper que predicta Inquiſitio per recordum predictum capi debuiſſet, ad predictum diem coram Juſtic' predictis eant inde ſine die.

Et predicti Willus & Johanna in miſericordia; ſalvo ſibi jure ſuo cum alias inde loqui voluerint verſus quoſcunque. Miſericordia

Et, quia in predicto Recordo continetur quod predicti Ballivi reſponderent quoad juriſdictionem in Baronia de Caumeys, ad Parliamentum iſtud, niſi Tranſgreſſ' ſi quas &c. emendaverint, prout patet in Recordo predicto, Dictum eſt eis, qđ inde reſpondeant predictis Willo & Johanne, ſi verſus eos inde loqui voluerint &c. Baro'.

Et, quia predicti Willus & Johanna, per attorn' ipſius Johanne, videlicet predictum Milonem, cognoſcunt, quod predicta Domina Regina, & Ballivi ſui, tranſgreſſiones, que per ipſam Reginam & Ballivos ſuos in predicta Baronia de Cammeys ſibi facte fuerunt ante querelam predictam, ſufficienter & competenter ſunt emendate, Et qđ verſus eos de tranſgreſſionibus illis ſequi non velint,

Conſideratum eſt ſimiliter, quod predicta Regina, & Ballivi ſui, tam quoad ea que Baroniam de Camoys in Recordo predicto contingunt, quam ad alia, eant inde ſine die &c.

Poſtea renovata eſt Querela predicta per predictum Willm, Et habet diem in Octab' Sancti Johannis Baptiſte: Et interim ſequatur ad premuniend' Dominam Reginam, & Ballivos ſuos, verſus quos &c. quod ſint ad diem illum &c.

Poſtea ad Proſecutionem dicti Willi de Valencia, ſequentis verſus Dominum Regem, aſſignati fuerunt per Dominum Regem H. de Creſſingham, & J. Wogan, ad inquirend' per ſacramentum &c. veritatem omnium Articulorum & Querelarum, per predictos Willm & Johannam in vita Domine Regine per ipſam & Ballivos ſuos motarum, et non determinatarum, Ita quod ea quecunque, que in vita ipſius Regine inter ipſam Reginam & Ballivos ſuos & predictos Willm & Johannam fuerunt terminata, remanerent in eodem ſtatu quo tunc terminata; Et quod de illis quibuſcunque, que vivente Regina prefata mota fuerunt & non terminata, rei veritas

A. D. 1290. 18 Edw. I.

ritas inquireretur, & partibus inde fieret Juſticia &c. prout in Litteris Patentibus ipſius inde confectis plenius continetur. Ratione cujus aſſignationis, ad diem & locum per prefatos Juſtic' aſſignat', coram eiſdem venerunt predicti Willus, & Johanna, & ſimiliter Robertus de Bures, & alii, Ballivi qui fuerunt Domine Regine tempore ſuo, prout patet per recordum eorđem Dño Regi inde miſſum; qui quidem Willus & Johanna inſtanter petierunt, quod procederetur ad inquirend' veritatem premiſſorum, juxta articulos in recordo predicto contentos, ex quo Inquiſitio conſiderata & adjudicata ſunt vivente Regina, & nondum capta. Ad quod dictus Robertus de Bures coram eiſdem reſpondit, quod Juſtic' predicti ad aliquam Inquiſitionem ſuper premiſſis capiend' procedere non potuerunt, nec debuerunt, eo quod, in vita ipſius Regine, per nonſectam ipſorum Willi & Johanne, totus Proceſſus in Recordo predicto contentus terminatus fuit, prout eis conſtare potuit per judicium predictum in eodem Recordo contentum; per quod conſideratum fuit, quod predicti Regina & Ballivi ſui irent inde ſine die, et quod predicti Willus & Johanna eſſent in miſericordia, ſalvo ſibi jure ſuo cum alias inde loqui voluiſſent verſus quoſcunque.

Et ſuper hoc idem Robertus petit Judicium, propter quod Juſticiarii predicti ad procedend' ulterius in dicto negotio ſuperſederunt, Ita quod poſtea per preceptum Domini Regis dicta proceſſus & recordum, tam primo coram ipſo Rege quam poſtea ante prefat' Juſtic' habita, coram ipſo Rege et Conſilio ſuo recitata fuerunt, & predictis Willo & Johanne judicialiter & preciſe reſponſu' quod quia per predictum primum recordum coram Domino Rege habitum manifeſte patet, quod predicti Regina, & Ballivi ſui, quoad ea ſuper que predicta Inquiſ' coram Domino Rege adjudicata fuit capi debuiſs . . irent inde ſine die: Et quod predicti Willus & Johanna eſſent in miſericordia, ſalvo ſibi jure ſuo ut predictum eſt; et ſic actio eis tantummodo de jure petendo per judicium predictum reſervata fuit, & Inquiſ' ſuper Poſſeſſion' ſua, prius judicata, & in quam ſe poſuerunt, totaliter adnullata; et etiam quia Domina Regina, que tunc temporis ſuperſtes fuit & pars principalis dicte Inquiſ', jam diem clauſit extremum, & inconveniens eſſet quod procederetur ad Inquiſ' aliquam capiend' ſine parte, et etiam quia Libertates & alia ſuper quibus dicta Inquiſ' conſiderata fuit, jam in manum Domini Regis devenerunt, per mortem dicte Regine, et non per uſurpationem ſuam, aut Ballivorum ſuorum poſt mortem dicte Regine, nec de alieno facto teneatur in forma predicta reſpondere, ſeu veredictum alicujus inquiſitionis in qua ſe non poſuit expectare, cum non ſit pars ejuſdem, qđ predicti Willis & Johanna, prout in priori judicio dictum eſt, eant inde ſine die quoad Inquiſitionem predictam ſuper Poſſeſſione ſua audiend'

Salva ſibi actione ſua in jure ſuo petendo, cum alias inde loqui voluerint, ſi ſibi viderint expedire &c.

---

ff. N° 21. Concordia inter Homines Quinque Portuum & Homines de Jernemuth. (Doſſ.)

CUM Contentiones mote fuiſſent inter Barones Quinque Portuum ex una Parte, et Homines de Gernemuta ex altera, que quidem Contentiones oriri inceperunt anno regni Regis nunc decimo ſeptimo, ac idem Dominus Rex ad Parliamentum ſuum, poſt natale Domini apud Weſtmonaſterium, anno regni ſui decimo octavo, predictis partibus injunxiſſet qđ de Concordia & Pace inter eos facienda & affirmand' tractarent, Ita quod Pax & Concordia illa, ſi eas fieri contingere poſſet, coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio ad Parliamentum ſuum poſt Paſch' proximo ſequens recitarentur & recordarentur, Ita quod ſi diſcordia in aliquo eſſet inter Partes predictas in Pace ſeu concordia illa facienda, Quod Dominus Rex inde diceret voluntatem ſuam, & Partes predicte ad dictum Dominum Regem ſe tenerent; ſuper hoc partes predicte in hunc modum ſe concordarunt, videlicet quod de omnibus contentionibus, tranſgreſſionibus, homicidiis, hinc inde factis in Coſtera Britann' vel alibi ubicunque factis, perpetua ſit pardonatio ex utraque parte, et quod eedem partes de cetero inter ſe amabunt et auxilientur, ſicut ligii homines Domini Regis alii inter ſe facere debent.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et ſi contingat, quod abſit, quod Contentiones vel Contumelie de cetero moveantur inter partes predictas, Ipſe partes utreque, in preſentia Domini Regis, ſe obligarunt, quod quicunque partium predictarum de injuria alteri parti facta convincantur, Quod idem Dominus Rex convictos per corpus, catalla, & libertates puniet, pro voluntate ſua, ut illos qui pacem ſuam infregerint.

Preterea, quoad quandam mulierem ſequentem pro morte viri ſui occiſi in Coſtera Britann' in regno Francie, dictum eſt per Dominum Regem, quod mulier illa ſequatur ubi ſibi viderit expedire, et quod juſticia fiet ei ſecundum legem & conſuetudinem regni Anglie.

Iſta Pax recitata fuit & recordata in pleno Parliamento, apud Weſtmonaſterium, in preſentia ipſius Domini Regis, in vigilia Aſcenſionis Domini, anno regni Regis predicti, videlicet Domini Regis Edwardi, decimo octavo &c.

---

ff. Quod vidue recuperent dotem de Terris in Cuſtod' Regis exiſtentibus.

DOMINUS Rex precepit Juſticiariis ſuis de Banco, Quod cum vidue poſt mortem virorum ſuorum petant Dotem ſuam, per Breve Domini Regis coram ipſis Juſticiariis, de terris & tenementis que fuerunt virorum ſuorum, in man' Domini Regis exiſtentibus, nomine Cuſtodie, ratione minoris etatis hered' virorum ſuorum predictorum; et etiam cum tales heredes, ſic in cuſtodia Domini Regis exiſtentes, vocati fuerint ad war' in placito dotis, quod iidem Juſtic' in placitis illis procedant ſecundum communem legem regni, et quod partibus debitum juſticie faciant complementum, ac ſi heredes illi eſſent in cuſtodia alterius Perſone extranee, hoc non exſpectato quod inde loquantur cum Domino Rege &c.

---

ff.

JOHANNA Uxor Willi de Valenc' ponit loco ſuo Milonem de Weſeford, ad lucrand' vel perdend' in loquela que eſt coram Domino Rege & ejus Conſilio, inter ipſum Dominum Regem petentem, & predictos Willm & Johannem tenentes, de Commoto de Oſterlof &c.

---

ff.

EADEM Johanna ponit loco ſuo predictum Milonem, ad lucrand' vel perdend' in loquela que eſt ibidem inter Iſabellam la Mareſchall' petentem, & predictos Willm & Johannam tenentes, de predicto Commoto &c.

---

ff. Quod Judices Eccleſiaſtici procedant non obſtante prohibitione R.

CUM Judices Eccleſiaſtici ad procedend' in Cauſis coram ipſis agitatis per Prohibitionem Domini Regis ſepius ſuperſedeant, in Caſibus ubi remedium conquerentibus ad Cur' Domini Regis per Breve de Cancellaria ſua fieri non poſſit, propter quod Querentes illi in utraque Curia tam Regia quam Eccleſiaſtica jure ſuo & remedio ſunt elongati, ad grave dampnum ipſorum, prout Dominus Rex ex gravi querela quorumdam intellexit,

Dominus Rex vult & precipit, quod cum Judices Eccleſiaſtici, per Prohibitionem Regiam ſibi porrectam, ſuperſedeant in Caſibus predictis, qđ Cancellar' vel Capital' Juſtic' ipſius Domini Regis qui pro tempore fuerit, viſo libello illius Cauſe, ad inſtantiam Querentis, ſi viderint

A. D. 1290. 18 Edw. I.

viderint qđ per Breve Cancellar' Querenti remedium in ſuo caſu fieri non poſſit, ſet qđ ad Curiam Eccleſiaſticam pertineat cauſam illam determinare, Scribant Judicibus coram quibus Cauſa illa prius fuerit agitata quod in Cauſa illa procedant, non obſtante Prohibitione Regia prius inde ſibi porrecta &c.

---

ff. N° 22. De concord' inter ſcolar' Oxon & Burg' ejuſdem Ville.

MEMORAND' quod per preceptum Domini Regis Rotulus de Pace & Concordia inter Cancellar' & Scolares Univerſitatis Oxon' ex una parte, et Majorem et Burgenſes ejuſdem ville ex altera facta, et coram ipſo Domino Rege recitata, tradebatur per manum Johannis de Berewyk, Waltero de Langeton, Clerico de Garderoba Domini Regis, ad cuſtodiend' in ipſa Garderoba, et etiam quod tranſcriptum ejuſdem pacis concordie predicto Cancellario in uno Rotulo, et etiam predicto Majori et Burgenſibus in alio Rotulo, liberabatur, ut partes predicte de cetero ſuper ſtatu ſuo ſint certiores &c.

---

ff. Inter Abbatem de Faverſham & Barones Portus de Faverſham.

DOMINUS Rex per Breve ſuum mandavit Stephano de Peneceſtr' Cuſtodi ſuo Quinque Portuum, quod ſcire faceret Abbati de Faverſham, quod eſſet coram ipſo Domino Rege ad iſtud Parliamentum ſuum ad reſpondend', tam ipſi Domino Regi quam Baronibus Portus ſui de Faverſham, ſuper quibuſdam tranſgreſſionibus ipſi Domino Regi & Baronibus illis per eundem Abbatem illatis &c. Et ad faciend' & recipiend' ulterius in hac parte quod de Conſilio ipſius Domini Regis fuerit ordinandum. Propter quod tam predicti Barones quam predictus Abbas modo veniunt. Et iidem Barones de diverſis tranſgreſſionibus ipſis per predictum Abbatem factis queruntur Domino Regi, et petunt quod Dominus Rex ſuper hiis faciat eis remedium.

Et quia in quadam Carta Domini Regis nunc, quam predicti Barones porrexerunt, continetur, quod omnes querele, placita, et tranſgreſſiones ipſos Barones qualitercunque contingentia, in certo loco, videlicet apud Shepweye, audiri, placitari debent, & terminari, coram Cuſtode Quinque Portuum, Et etiam idem Cuſtos, videlicet Stephanus de Peneceſtr', teſtabatur, qđ de querel' predictis pro majori parte placitum coram eo pendebat;

Preceptum eſt ipſi Stephano de Peneceſtr' Cuſtodi &c. qđ partibus predictis coram eo certum diem aſſignet, et qđ partibus illis debitum faciat juſticie complementum, ſecundum conſuetudines & libertates Quinque Portuum.

Et dictum eſt partibus predictis quod coram ipſo Stephano ſequantur &c.

---

ff. N° 23. Remiſſio & quiet' clam' facte Fratribus Minoribus de Jernemuth' per Johann' filium Nichi.

JOHANNES filius Nichi de Gernemuth' petiit coram Juſticiariis de Banco, per Breve Domini Regis, verſus Gardianum Fratrum Minorum de Gernemue, unum Meſuagium cum pertinen' in Gernemue, ut jus ſuum &c. Ita quod poſtea venerunt predicti Johannes & Gardianus coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio, ad Parliamentum ſuum apud Weſtmonaſterium poſt Paſch' anno XVIII°.

Et idem Johannes, ad inſtantiam Domini Regis, recogn' predictum Meſuagium cum pertinen' eſſe jus ipſorum Gardiani & Fratrum & Eccleſie ſue de Gernemue, & illud remiſit, & quiet' clam' de ſe & heredibus ſuis predictis, Gardiano, Fratribus, & Eccleſie ſue predicte in perpetuum; Ita quod nec idem Johannes, nec heredes ſui, ſeu aſſignati, ſeu aliquis nomine ſuo, in predicto Meſſuagio cum pertinen' aliquid jur' ſeu clamii exigere poſſint de cetero, ſeu vendicare.

Et pro hac &c. predictus Dominus Rex & quidam de Conſilio ſuo dederunt predicto Johanni decem libr' ſterlingorum, videlicet idem Dominus Rex quatuor libr', Willus de Valenc' quadraginta ſolid', Robertus de Typetot quadrag' ſolid', Wills le Latymer viginti ſolid', & Johannes de Berewyk viginti ſolid' &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

---

ff. N° 24. Inter Hugonem de Creſſingham & Johem Wogan.

HUGO de Creſſingham, Seneſcall' Domine Regine, queritur Domino Regi de Johanne Wogan, de hoc, quod cum ipſe nomine Domini Regis et Regine &c. ſediſſet in Caſtro de Haverford', ad Cur' ipſius Domine Regine tenend' de tenentibus Baronie de Haverford', ad juſticiam faciend' in XL querel' & amplius coram eo attach' & in Cur' Baron' placitand' & de quibus Placitis Wills de Valenc' & Johanna Uxor ejus non reclamant quin in Cur' ipſius Domine Regine poſſint placitari, predictus Johannes, cum multitudine hominum, circiter L, in predictum Caſtrum intravit, & Curiam illam impedivit, & ſimiliter querentibus & attach' inhibuit ne ibidem placitarent, per quod ipſe ſen' juſticiam facere non potuit, prout debuit, ad grave dampnum predicte Domine Regine Domine ſue, & in contempt' Domini Regis manifeſtum &c.

Et Johannes venit & dicit, quod quia ipſe intellexit quod Magna Congregatio hominum fuit in predicto Caſtro, ipſe cum duobus valettis tantummodo intravit in Caſtrum, et non cum aliqua multitudine hominum, ſicut licuit cuilibet de Populo, eo quod porte aperte erant, et quilibet de Populo exire & intrare potuit pro voluntate ſua.

Et dicit, quod quia ipſe invenit in Curia illa quendam, Robertum du Val nomine, qui eſt tenens Domini ſui, et in homagio ſuo, et vidit ipſum parat' facere fidelitatem Ballivis Domine Regine, ipſe Johannes timens ne fidelitatem faceret de ten' que tenet de Wilto de Valenc' Domino ſuo, & inde ſe attornaret Domine Regine, inhibuit eidem Roberto ne aliquid faceret ad dampnum vel exheredationem Domini ſui vel Domine ſue.

Et quod aliter predictum Caſtrum non intravit, nec predictam Curiam impedivit, nec aliam inhibitionem ibi fecit, ponit ſe ſuper patriam. Et Hugo ſimiliter.

Ideo aſſignentur Gilbertus de Thornton, et Magiſter Robertus de Thorp, Juſtic' ad inquirend' rei veritatem in partibus illis &c.

Poſtea ad Parliamentum poſt Paſch' datus eſt dies partibus uſque proximum Parliamentum futur' prece partium &c.

---

ff. N° 25. De Proviſionibus Prebendarum de Naſſington' & de Fenton'.

MEMORAND' quod cum quedam Proviſiones facte ſunt ſuper Prebenda de Naſſington' in Eccleſia Linc' approprianda baſilice princip' Apoſtolorum de Urbe, & Prebenda de Fenton' in Eccleſia Eborum apropriand' Hoſpitali Sancti Spus de Urbe, in exheredationem Domini Regis manifeſtam, quod Dominus Rex precepit Vic' Linc', Norhipt' & Eborum, et etiam mandavit Cuſtodi Civitat' London qđ proclamari faciant publice, ne quis Poſſeſſionem predictarum Prebendarum ingrediatur, ipſo Domino Rege inconſulto, aut Stall' in choris Eccleſiarum predictarum occaſione predictarum Prebendarum occupet, vel invadat quoquomodo, aut fructus earundem Prebendarum, ſeu Pecuniam occaſione fructuum eorundem, recipiat per ſe vel per alium, ſine mandato Domini Regis ſp'ali, pena incurſionis rerum, & corporum incarcerationis, ad voluntatem Domini Regis. Dominus etiam Rex precepit Vic' predictis quod omes terras & ten' ad predictas Prebendas pertinentia in Com' ſuis capiant in manum ſuam, Ita quod nullus ad ea man' appon' donec Dominus Rex aliud inde preceperit &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

ff.

HENRICUS, Prior Sancte Trinitatis de Norwico, ponit locó ſuo Fratrem Johannem de Bromholm Monachum ſuum, Simonem de Baldeſwell, et Walterum de Metingham, in loquela que eſt coram Domino Rege, inter ipſum Dominum Regem et ipm Priorem, de eo quod idem Prior purpreſtaſſe debuit duas Venellas ſuper ipſum Dominum Regem in Norwico &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

p ſe ipſis, ſuper premiſſis. Et vos ipſi ſitis coram nobis ad pfatum tminũ pati & iſtructi nob' & conſilio nro ſup pmiſſis & eor' ſingſis conſiliũ vrm una cũ aviſamento vro impenſuri & heatis ibi noia eor' p qos eis ſcire fecitis: & hoc bre T. R. Brabazon &c. Et dat' eſt dies pdco Willo ad pfatũ terminũ, Et dcm eſt eidem qd tunc heat ibidem Joham ux'em ſuam, vl attorn' ſuum &c.

ff. Nº 26. Manucaptio Willi de Duclas.

MEMORAND' quod Rogerus de Monte Alto, Johannes de Haſting', Wills de Ryther', et Robertus Bardolf manuceperunt Willm de Duclas ad habend' ipſum coram Domino Rege ad Feſtum Sancti Hillar' prox' futur' ad ſtand recto ad voluntatem Domini Regis &c.

Poſtea in Parliamento Domini Regis apud Weſtm' in craſtino Aſſumptionis beate Marie, anno regni Regis nunc viceſimo tcio, de gratia ipſius Regis ſpeciali, et ob ſalutem anime predicte Regine quondam Conſortis ſue, conceſſum eſt predcis Willo & Johe qd ipſi in peticonib' ſuis pdcis audiant' & reſpondeant' ſup poſſeſſione ſua prdcar' libtatum, non obſtante judicio predicto p quod alias conſ' fuit qd pfata dña Regina & Balli ſui irent ſine die, ſalvo ipis Will' et Joh' jure ſuo &c. Et ſup hoc pdci Willus & Joha querelam ſuam renovarũt, p quamdam peticonem que tdita eſt Rog' le Brabazon & ſociis ſuis, ut coram eis iidem Wills & Joha audiant', et ibi ſibi fiat juſtitia, Et quia juriſdicco pdca & alia que iidem Wills & Joha verſus dum Regẽ clamant in peticone ſua pdca, tangunt tam milites & alios libe tenentes Baroniar' pdcar' et alior' feodor' qm ipm dum Regem, Mandatũ eſt Conſtabular' de Haverford' bre dñi R in hec verba.

Edwardus &c. Conſtabul' ſuo de Hav'ford' ſalm. Ex pte dilecti avuncli & fidel' nri Willi de Valenc' & Johe ux'is ejus nobis eſt oſtenſum qd cũ ipi Juriſdiconem oimodam hominum & tenentiũ Baroniar' de Haverford' & de la Roche, exceptis hoib' inſecis pdce ville de Haverford', hoiumq; tenentiũ de feodis de Oſmondeſton, Haraldeſton', Sandihavene, Petyte, Honton, Ketingeſt, Roſmarche, & del Mount, ac & hominũ & tenentiũ Robti du Val, de feodo ipius Robti de Mulhok, de Baketon, de oib' plitis, & qrel' inf' pdcas Baronias & feoda emgentib' ſint cũ pficuis et exitib' de eiſdem plitis & qrel' pvenientib' & de quib' plitis & querel' ad Vic' ſeu ſeneſcallũ pertinet cognico, una cũ ſecta Baronis de la Roche ad Com' ipor' Willi & Johe de Penbrok de Comitatu in Com' & homag' & ſ'vico Robti Du Val pdci, & pcipiendi cuſtumas & alia pficua q in portu de Myleford' ptinẽt capiend' de navib' ibidm applicantib' ab ingſſu portus pdci v'ſ' mare uſq; paſſag' inter Penbrok & Hav'ford' plenar' fuiſſent ſeiſiti tanqũ ptin' ad Com' ipor' Willi & Johe de Penbrok' qouſq; p miniſtros & Ballivos Alianore qndam Regine Angl' conſortis nre de lib'tatib' pdcis ejecti fuerunt totalit' & diſſeiſ', put in peticone ipor' Willi & Johe nobis inde porrecta pleni' cotinet'. Nos omnibus & ſingulis de regno nro put tenem' juſticiam fieri volentes, quia alias intellexim' qd dilcs & fidel' nr Roger de Mortuo Mari Burgenſeſq; nri ville nre pred' de Hav'ford' ac & alii qmples hoes & tenentes Baron' & feodor' pdcor' qos Juriſdictio predicta tangere ut dicit' ſup pmiſſis gvit' ſe coqueſti ſunt, vobis mandamus qd pfato Rogo p qtuor pbos, libos, & leg' hoines de tra ipius Rogi, comunitati pdce ville nre de Haverford' p IIII pb' lib' & leg' homines ejuſdem ville, coitati pdce Baronie de Hav'ford' p qtuor probos, libos et leg' homines ejuſdem Baronie, coitati pdce Baronie de la Roche per quatuor pb' lib' & leg' hoies ejuſdem Baronie, hoib' & tenentib' feodor' pdcor' p quatuor pbos & leg' hoies feodor' illor', pdco Roberto du Val, aut heredibus ſuis ſeu aſſignatis, p duos pbos, lib' & leg' hoines de feod' eor'dm, ſcire faciatis qd ſint coram nobis a die ſci Michis in xv dies ubicũq; tc fuimus in Angl' ad oſtendend' ſi quid heant vl dice ſciant, tm p nob' qm

ff. Nº 27. Querela inter Hered' Henrici de Edelingthorp & Hugonem de Louther.

DOMINUS Rex Mandavit Thome de Normanvill, Eſcaetori ſuo ultra Trentam, quod terras et ten' Hugonis de Louther in Thornton in Pykeringlyt, que ad ſectam hered' Henrici de Edelynthorp defuncti, qui de ipſo Domino Rege tenuit in Capite, capte fuerunt in manum Domini Regis, eidem Hugoni repleg' faceret uſque ad iſtud Parliamentum, Ita quod predictus Hugo de exitibus inde provenientibus Domino Regi reſponderet, ſi eos habere voluerit.

Et modo venit predictus Hugo, et ſimiliter quidam Adam, qui ſe aſſerit eſſe Filium & Heredem predicti Henrici, et petit quod terre et ten' que fuerunt predicti Henrici patris ſui, et de quibus idem Henricus obiit ſeiſitus in dominico ſuo ut de feodo, et que terre & tenementa ſunt in ſeiſina predicti Hugonis, de dono & feoffamento cujuſdam Johannis de Eſton, ipſi Ade liberentur.

Et predictus Hugo dicit quod predictus Adam ſeiſinam predictorum ten' habere nec ei inde ad preſens reſpondere debet.

Dicit enim, quod tenementa illa, ex dono & conceſſione Domini Regis nunc, devenerunt in ſeiſinam Johannis de Eſton, quibuſdam certis de cauſis, qui quidem Johannes poſtea de ſeiſina ſua feoffavit predictum Henricum de Edelingthorp, cujus heredem idem Adam ſe eſſe aſſerit, Tenend' ſibi & Heredibus ſuis de corpore ſuo legitime procreatis; Et quia idem Henricus obiit ſine Hered' de corpore ſuo legitime procreato, idem Johannes poſt mortem ipſius Henrici tenementa illa ſeiſivit in manum ſuam, juxta formam feoffamenti quod predicto Henrico inde fecerat, Et poſtea de eiſdem Tenementis ipſum Hugonem feoffavit, Tenend' de ipſo Domino Rege in Capite; unde dicit, quod Dominus Rex eſt in ſeiſina de homagio ſuo de eiſdem tenementis, et petit deſicut ipſe eſt in ſeiſina de predictis ten' per feoffamentum predicti Johannis tenend' de ipſo Domino Rege; et etiam idem Dominus Rex eſt in ſeiſina de homagio ſuo de eiſdem tenementis, et idem Johannes teneatur per Cartam ſuam tenementa illa ſibi warantizare, Et ſi tenementa illa hic duceret ad judicium War' ſuam oio amitteret, cum ad Breve iſtud War' ſuum vocare non poteſt, et etiam cum idem Adam actionem ſuam, ſi quam habere debeat, per aſſiſam mortis anteceſſoris, et per legem communem, in caſu conſimili habere poſſit, & ſuum recuperare, petit judicium ſi de libero ten' ſuo debeat hic ſine brevi reſpondere &c. Et quia actio de predictis ten' petend' & etiam ſuum recuperare, ſi quid habere debeat vel poſſit, eidem Ade per aſſiſam mortis anteceſſoris competere debet, nec eſt juri conſonum, vel hactenus in Cur' iſta uſitatum, qd aliquis ſine lege communi, & Brevi de Cancellar', de libero tenemento ſuo reſpondeat, et maxime in caſu ubi Breve de Cancellar' locum habere poteſt, Dictum eſt predicto Ade, quod ſibi perquirat per Breve de Cancellar' ſi ſibi viderit expedire.

Preterea quia predicta tenementa predicto Hugoni repleg' fuerunt, Ita quod dictus Hugo de exit' earundem Domino Regi reſponderet, ſi eos habere voluerit, nec adhuc diſcuſſum eſt ſeu determinatum, ſi predictus Hugo jus het in predictis tenementis, tenend', necne, per quod exitus ſibi debent remanere, nec etiam ipſi Domino Regi obſtare debet, qd homagium ipſius Hug' ceperit quoad exitus illos habend' & percipiend' ſi de jure eos percipere debeat, cum idem Dominus Rex capiat homagium quorumcunque, & cujuſcunque fuerint conditionis,

A. D. 1290. 18 Edw. I.

ditionis, salvo jure ipsius Domini Regis, et etiam jure cujuslibet alterius;

Mandatum est Thome de Normanvill, Eschaetori suo &c. quod convocatis coram eo ad hoc convocandis, per sacramentum proborum &c. diligenter inquirat, per viam documenti, si predictus Henricus obiit sine herede de corpore suo legitime procreato, necne, et si heredem habuerit, quis sit, et quare heres ipsius esse debeat, et quomodo, et etiam de exitibus predictorum tenementorum a tempore quo tenementa illa per ipsum Eschaetorem ipsi Hugoni liberata fuerunt; Ita quod idem Eschaetor ad proximum Parliamentum post festum Sancti Michaelis Domino Regi distincte et aperte inde respondeat.

Et sciend' quod tenementa predicta remanent in seisina predicti Hugonis, Ita quod Domino Regi de exit' eorumdem respondeat, si Dominus Rex eos habere voluerit, et ad ipsum pertineat eos habere, quousque inter predictum Hugonem, & predictum Adam discussum fuerit, ad quem illorum tenementa illa debent remanere &c.

---

ff. N° 28. Inter Isabellam la Mareschall' & Will'm de Valenc'.

WILL'S de Valenc' alias, videlicet ad parliamentum Domini Regis post natale Domini proximo preterit', per ipsum Dominum Regem, et ad querelas cujusdam Isabelle le Mareschal, allocutus et ad rationem positus, quare & quomodo attraxit sibi jurisdictionem & officium Vic' in terra de Hostereflagh, que longe est extra procinctam Comitatus sui de Penebrok, & infra procinctum Comitatus Domini Regis de Kermerdyn, venit & dixit, quod ipse clam' predictam Jurisdictionem tanquam pertinentem ad Comitatum suum de Penebrok, qui est de hereditate Johanne Uxoris sue, et sine qua videbatur ei quod non deberet inde respondere, Ita qđ datus fuit ei dies ad hunc diem ad parliamentum ipsius Domini Regis, videlicet a die Pasch' in tres septimanas, et dictum fuit predicto Willo per ipsum Dominum Regem, qđ venire faceret predictam Johannam Uxorem suam ad eundem diem.

Idem dies datus fuit predicte Isabelle &c. Ad quem diem predicti Willus & Johanna, per quendam Milonem de Weseford, Attornatum ipsius Johanne, et similiter predicta Isabella, venerunt, et predicta Isabella Domino Regi queritur, quod predicti Wills & Johanna ipsam Isabellam injuste de Commoto de Esterlowe ejecerunt, et petit quod Dominus Rex super hoc ei faciat remed' &c.

Et Wills et Johanna dicunt quod predicte terre de Esterlowe sunt de jurisdictione sua Comitatus sui de Penebrok, et quod ipsi, ratione jurisdictionis sue in eisdem terris, primam cognitionem omnium placitorum, tam corone quam aliorum in eisdem terris emergentium, ad Com' suum de Penebrok habere debent, et hactenus habere consueverunt.

Et dicunt quod quidam Gilbertus, quondam Comes de Penebrok, antecessor predicte Johanne, cujus heres ipsa est, seisitus fuit de predicta jurisdictione toto tempore suo, & inde obiit seisitus; post cujus mortem, quidam Walterus, frater ipsius Gilberti & heres, successit eidem Gilberto in eadem jurisdictione, & inde obiit seisitus. Et post mortem ipsius Walteri, quidam Johannes, filius predicti Walteri et heres, toto tempore suo de eadem jurisdictione seisitus fuit, et inde obiit seisitus; Et post mortem ipsius Johannis, eo quod obiit sine herede de se, predicta Johanna, uxor predicti Willmi de Valencia, successit eidem Johanni in eadem jurisdictione, ut soror & heres; Et petunt judicium si sine Brevi Domini Regis inde debent respondere ipsi Domino Regi, vel etiam predicte Isabelle, de predictis tenementis, in Curia ista, antequam inter Dominum Regem & ipsos discussum fuerit et terminatum de jurisdictione predicta.

Et quia predicti Wills et Johanna sunt in seisina de predicta jurisdictione, ut de hereditate, ipsius Johanne per descensum hereditarium, et non per usurpationem seu purpresturam ipsorum Willi & Johanne tempore suo, prout per Robertum de Typotot seneschallum Domini Regis in partibus illis et de Consilio Domini Regis testatum est, Consideratum est, quod predicti Wills & Johanna eant inde sine die quoad presens, et Dominus Rex habeat Breve si voluerit, Et predicta Isabella expectet quousque discussum fuerit de Jurisdictione predicta &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

---

ff. N° 29. De Cartis & de Amerciamentis ad Scaccarium alloc'.

CUM Abbas de Fiscampo, Abbas de Sancto Edmundo, et alii diversi, tam Prelati quam ceteri Magnates de Regno, ad Parliamentum Domini Regis post Pasch', anno regni sui decimo octavo, ipsi Domino Regi supplicarunt, qđ Carte sue de Amerciamentis sibi ad Scaccarium allocarentur, idem Dominus Rex, de gratia sua speciali, concessit quod omnes Libertates & Carte hujusmodi que allocate fuerunt decimo octavo anno regni Regis Henrici patris ipsius Domini Regis, et etiam omnes Carte de tempore precedenti, allocentur de cetero.

Et idem Dominus Rex vult & precipit, quod Carte de perquisitis a tempore illo factis videantur & ostendantur ad Scaccarium, sub forisfactura eorumdem perquisitorum.

Et si nichil speciale contineatur in Cartis illis per Concessionem Domini Regis nunc, aut Domini Henrici Regis patris sui, per quod predicti Abbates, Prelati, et ceteri Magnates, qui tales Libertates clamant, Libertates illas habere debent, Quod idem Dominus Rex de perquisitis illis amerciamenta habeat, sicut habuit antequam perquisita illa facta fuerunt.

Et Sciend' quod predicto anno, videlicet decimo octavo anno regni Regis Henrici patris Domini Regis nunc, tales allocationes prohibite fuerunt & suspense &c.

---

ff. Breve Domini Regis versus Will'm de Valenc' & Johannem uxorem ejus.

DOMINUS Rex mandavit Vicecomiti suo Kanc' Breve suum in hec verba,

Rex Vicecomiti Kanc' Salutem. Precipe Willo de Valenc' et Johanne Uxori ejus, quod juste &c. reddant nobis Commotum de Osterlowe in Westwall' quod Kanow ab Howell tenuit de Domino Rege Henrico patre nostro, et quod ad nos reverti debet, ut jus et eschaeta nostra, per forisfacturam predicti Kanow. Et nisi fecerit, Tunc sum' &c. quod sint coram nobis a die Sancte Trinitatis in &c. dies ubicunque &c.

---

ff. N° 30. Querela Will'i le Latymer versus Ricardum de Hollebrok. (Dorf.)

WILL'S le Latimer queritur Domino Regi de hoc, quod cum ipse teneat Manerium de Corby, & unum Boscum in eodem Manerio, cum aliis pertinen' ejusdem Manerii, de ipso Domino Rege in Capite, reddendo per annum Domino Regi decem libr' pro omni servitio;

Et idem Dominus Rex Manerium illud, cum bosco & aliis pertinen' suis, ipsi Willo per predictum servitium contra omnes homines war', acquietare debeat & defendere;

Ricardus de Holebrok, seneschallus Domini Regis de Foresta sua de Rokingham, ante transfret' Domini Regis nunc in Vascon', predictum Boscum destruxit, succidendo quercus grossas per terram sine numero, et etiam carectatas de subboſco, et ramusculos sine numero, tenend' etiam in eodem Bosco sex Carbonarios, qui Boscum illum sine numero destruxerunt et devastaverunt per sex annos, quorum quilibet per annum dedit predicto Ricardo decem libr' per sic qđ ipsi non amoverentur, nec alii ibidem Carbones facerent, venderent, seu ad illud officium admitterentur.

Et etiam, cum nulli porci seu capre ipsius Willi, aut aliorum in predicto Bosco nisi tempore debito intrare debeant, predictus Ricardus habuit et tenuit in eodem

Bosco

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Boſco ſuo circiter quaterviginti porcos, et centum capras, cum ſua ſequela, per totum annum, tam in menſe vetito quam alio tempore, ad grave dampnum ipſius Willi et contra formam Carte Domini Regis quam inde habet &c.

Laur' de Preſton queritur Domino Regi eodem modo, et eiſdem verbis, de hoc, quod cum ipſe teneat Manerium de Gretton cum pertinen' de ipſo Domino Rege in Capite, per ſervitium viginti-quinque librarum per annum, pro omni ſervitio;

Et idem Dominus Rex per ſervitium illud, predictum manerium cum pertinen' ipſi Laurentio warant', acquietare verſus quemcunque debeat & defendere;

Predictus Ricardus de Holebrok Boſcum ipſius Laur' in eodem Manerio devaſtavit & deſtruxit, ad grave dampnum ipſius Laur' et contra tenorem Carte Domini Regis &c.

Predictus etiam Willus le Latimer, qui ſequitur pro Domino Rege, dicit, Quod cum idem Dominus Rex aliquo tempore conceſſit cuidam Ricardo Baſſet, quod idem Ricardus aſſartare poſſ . . triginta & novem acras terre tantummodo, & in culturam redigere, pro eo quod idem Ricardus Baſſet conceſſit & dedit ipſi Domino Regi petram in quarera ſua, ad Caſtrum de Rokingham et edificia ejuſdem reparanda, predictus Ricardus de Holebrok ratione illius conceſſionis, permiſit ipſum Ricardum Baſſet aſſartare, et in culturam redigere, circiter quatuor carucatas terre, infra limites et bundas Foreſte Domini Regis de Rokyngham, contra conceſſionem & voluntatem ipſius Domini Regis, et ad grave dampnum, et ad exheredationem ipſius Domini Regis &c.

Et Ricardus de Holebrok venit, et tam quoad Boſcos predicti Willi quam quoad Boſcos predicti Laurentii, dicit, quod iidem Wills & Laurentius Boſcos ſuos predictos tenent de Domino Rege, Ita quod Dominus Rex inde percipere debet et habere quicquid neceſſe fuerit ad Caſtrum ſuum de Rokingham, et quotienſcunque neceſſe fuerit.

Et dicit, quod Sen' qui temporibus retroactis ibidem fuerint, quicquid eis neceſſarium fuit ad Caſtrum predictum ſemper ceperunt de Boſcis predictis, temporibus ſuis, et quod ipſe ſtatum illorum continuavit, et de Boſcis predictis, cum idem Dominus Rex inde neceſſe haberet ad reparationem, emendationem, & ſuſtentationem Caſtri ſui, cepit, & comodum Domini Regis inde fecit, eodem modo quo ſeneſcalli predicte foreſte hactenus facere conſueverunt; ſet bene defendit, quod ipſe nunquam aliquas quercus in predictis Boſcis proſternere, ramuſculos ſeu ſubboſcum inde cariare, ſeu carbones in eiſdem Boſcis carbonare, porcos vel capras in eiſdem Boſcis mittere & tenere fecit, niſi pro comodo Domini Regis, & modo conſueto, et ad ſuſtentationem & reparationem Caſtri predicti, prout ei bene licuit ſecundum conſuetudinem ibidem hucuſque uſitatam, et quod totum comodum inde proveniens ad opus Domini Regis devenit, et non ad opus dicti Ricardi, ponit ſe ſuper patriam.

Et ſimiliter, quoad predictum Ricardum Baſſet, venit & defendit quod idem Ricardus Baſſet, de aſſenſu, voluntate ſeu licentia ſua, nunquam aliquam terram plus aſſartavit quam Dominus Rex ei conceſſit. Et de hoc ponit ſe ſuper patriam &c.

Et predicti Wills et Laurentius quoad Boſcos ſuos dicunt, quod non intendunt quod Dominus Rex velit quod Seneſcalli ſui qui pro tempore fuerint apud Rokingham Boſcos ipſorum Willi & Laurentii pro voluntate ſua deſtruere & devaſtare poſſint aut debeant, ſeu etiam aliquid de eiſdem vendere, ſine ſpeciali precepto Domini Regis, licet Sen' ipſius Domini Regis in Boſcis illis Huſbote, & Hayebote ad Caſtrum de Rokingham cum neceſſe fuerit capere debeant.

Et dicunt quod predictus Ricardus, per longum tempus antequam aliquid incepit reparare vel edificare in Caſtro predicto, maximam partem Boſcorum ſuorum predictorum deſtruxit et devaſtavit, ſine precepto ſpeciali, et contra Breve Domini Regis quod ei inde venit, et etiam contra hoc, quod per Conſilium Domini Regis ſibi injunctum fuit ne vaſtum vel deſtructionem in Boſcis predictis faceret.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et dicunt, quod idem Ricardus majorem partem comodi inde provenientis in uſus ſuos proprios convertit, & non in comodum ipſius Domini Regis, ut dicit.

Et ſimiliter, quoad predictam terram Ricardi Baſſet, predictus Wills le Latimer dicit, quod predictus Ricardus de Holebrok permiſit ipſum Ricardum Baſſet aſſartare circiter quatuor carucatas terre, infra limites Foreſte, ultra hoc quod Dominus Rex ei conceſſit, et abſque hoc qd aliquas emendas inde fieri fecit.

Et petunt quod Dominus Rex de gratia ſua ſpeciali aſſignare velit certos Juſticiarios ad inquirend' veritatem omnium premiſſorum &c.

Et predictus Ricardus de Holebrok ſimiliter petit qd ex quo idem Ricardus nullas habet terras ſeu domos in partibus illis, propter quarum emendationem & ſuſtentationem neceſſe habuit Boſcos predictos devaſtare vel deſtruere, qd inquiratur, quibus, & quibus locis, quercus, ſeu ramuſculos predictorum Boſcorum, quos predicti Wills & Laur' dicunt ipſum Ricardum feciſſe ſuccidere & proſternere & vendere ad opus ſuum proprium, vendiderit, dederit, aut alienaverit, aliter quam ad comodum Domini Regis.

Et quia Dominus Rex ſuper premiſſis plenarie vult certiorari, Aſſignavit &c.

Rex inquirere faciet in adventu ſuo . . partibus illis vel certos Juſtic' tunc aſſignabit.

---

ff. N° 31. Qualiter Brevia de quo war'o debent terminari & de cetero placitari.

QUIA Brevia de Quo Waranto, et etiam Judicia ſuper placitis eorumdem Brevium reddenda, diutinam ceperunt dilationem, eo qd Juſtic' in judiciis illis reddend' de voluntate Domini Regis non fuerunt hucuſque certiorati,

Idem Dominus Rex, ad Parliamentum ſuum poſt Paſch' apud Weſtmonaſterium anno regni ſui decimo octavo, de gratia ſua ſpeciali, et etiam propter affectionem quam habet erga Prelatos, Com', Barones, & ceteros de regno ſuo, conceſſit, quod omnes de regno ſuo quicunque fuerint, tam viri religioſi, quam alii, qui per bonam inquiſitionem patrie aut alio modo ſufficienti verificare poterint, qd ipſi et eorum anteceſſores vel predeceſſores uſi fuerunt libertatibus quibuſcunque, & de quibus per Brevia predicta fuerunt implacitati ante tempus Regis Ricardi Conſanguinei ſui, aut toto tempore ſuo, et hucuſque ſine interruptione continuarunt, et ita quod Libertatibus illis non ſint abuſi, qd partes adjornentur ulterius coram eiſdem Juſtic' uſque certum diem & rationabilem, infra quem Dominum Regem adire poſſint cum Recordo Juſtic' ſub ſigillo ſuo, & redire, et Dominus Rex ſtatum eorum affirmabit per litteras ſuas.

Et illi qui non poterint ſeiſinam Anteceſſorum ſeu Predeceſſorum ſuorum verificare eodem modo quo predictum eſt, deducantur, & judicentur ſecundum legem Communem:

Et illi qui habent Cartas Regales, ſecundum Cartas illas et earumdem plenitudinem judicentur.

Preterea, Dominus Rex de gratia ſua ſpeciali conceſſit quod omnia Judicia que reddita ſunt in placitis de quo quaranto per Juſtic' ſuos apud Weſtm' poſt Paſch' predcm et pro ipſo Domino Rege, ſi partes que amiſerunt ad ipſum Dominum Regem revenire voluerint, tale habebunt remed' de gratia Domini Regis, ſicut ſuperius eſt conceſſum.

Conceſſit etiam idem Dominus Rex, ad parcend' miſis & expenſ' populi de regno ſuo, qd placita de quo war' de cetero placitentur & terminentur in Itineribus Juſtic'

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Justic' et quod placita adhuc coram ipso pendentia de quo waranto, readjornentur in singul' Com' suis usque adventum Justic' in partibus illis &c. Et quod interim, post adjornac̃oem sic factam, remaneant sine die.

---

ff. N° 32. Querela Ricardi Lombe versus Robertum de Tateshale et alios. (m. 8.)

RICARDUS Lomb, qui sequitur pro Domino Rege, dicit, quod cum in ultimo itinere Salomonis de Roff' & sociorum suorum Justic' ultimo Itiner' in Com' Norff' presentatum esset, quod Episcopus Norwycens' qui tunc fuit, Robertus de Tateshale, et Rogerus de Monte Alto, per se et per Ballivos suos in villa de Lenn' diversa Theolonia contra consuetudinem regni ceperunt, et capere fecerunt;

Et iidem Episcopus, Robertus, & Rogerus ibidem in Cur' Domini Regis coram prefatis Justic' nostris veniissent, & concessissent, quod ipsi extunc non caperent, aut per Ballivos suos capere facerent, aliquod Theolonium pro casio, butiro, sepo un . . . leguminibus, & hujusmodi, nisi in grosso venderentur;

Et quod non caperent, aut capi facerent, de quinque pellibus rubeis que vocantur Keyng nisi unum obolum tantum, ubi prius capere solebant duos denarios & obolum; Et etiam quod nichil caperent pro pelle per se vendita, ubi capere solebant obolum; Et etiam quod nichil caperent pro libra cere per se vendita, ubi capere solebant obolum; Et similiter, quod nichil caperent de ementibus victualia, vel pro esculentis vel poculentis;

Radulphus Episcopus Norwycens', qui nunc est, toto tempore suo, per se & Ballivos suos, videlicet Willm de Mutford, & Godefridum de Damegate, Et similiter predictus Robertus de Tateshal', et Rogerus de Monte Alto, per se et Ballivos suos, videlicet, Willm de Ragheyth, Hamonem de Denton, Radulphum Prymne, & Ricardum Crabbe, predicta Theolonia que in predicto Itinere concesserunt non esse capienda, et que extunc capere non clamaverunt, toto tempore postea ceperunt, & adhuc capere faciunt, contra Concessionem suam predictam, prout patet per inspectionem Rotuli Itineris predicti, et ad deteriorationem populi Domini Regis non modicum & gravamen &c.

Et Episcopus, Robertus, & Rogerus, per Hamonem de Denton attornatum ipsorum Episcopi & Rogeri, veniunt;

Et similiter predicti Ricardus Crabbe, Hamo de Denton, & Radulphus Prymne, veniunt;

Et Willus de Ragheyth, Willus de Mutford, & Godefridus de Damegate, non veniunt;

Et Wills de Ragheyth fuit manucaptus per Thomam Nel, de Babingle, Ricardum filium ejus de eadem, Robertum Erle de eadem, & Radulphum Knyght de eadem;

Et predictus Godefridus fuit manucaptus per Stephanum Jordan, de Thorp, Willm Herre de eadem, Petrum Lyon de eadem, et Radulphum Scharp de eadem: Ideo ipsi in misericordia. mic'.

Et de predicto Willo de Mutford Vicecom' returnavit quod non fuit inventus. Ideo dictum est Hamoni de Denton, Senesc' predicti Episcopi, & Willo de Colney, Senescallo predicti Roberti de Tateshal, qd respondeant pro predictis Willo de Ragheyth, Willo de Mutford, & Galfrido de Damegate, eo qd fuerunt Ballivi predictorum Episcopi & Roberti. Et predictus Episcopus de tempore suo dicit, Et similiter predicti Robertus de Tateshal, & Rogerus de Monte Alto, dicunt & bene defendunt, qd post Concessionem predictam per ipsos factam in Itinere predicto, qd ipsi nunquam Theolonia predicta ceperunt, nec per Preceptum suum capta fuerunt.

Et similiter, predictus Wills de Colney, pro predicto Willo de Ragheyth, Ballivo suo; Et Hamo de Denton, tam pro se quam pro predictis Willo de Mutford, & Godefrido de Damgate, Ballivis, qui non ven' &c. de tempore istius Episcopi bene defendit.

Et similiter, predictus Ricardus Crabbe & Robertus Prymne bene defendunt, quod ipsi nunquam post Iter predictum predicta Theolonia de aliquo ceperunt, vel per se aut alios capere fecerunt.

Et de hoc ponunt se super patriam.

Et Ricardus Lomb, qui sequitur pro Rege, similiter.

Ideo Preceptum est Vic' Norff' quod venire fac' coram Domino Rege, a die Pasch' in xv dies, ubicunque &c. xxiiii^or tam milites quam alios liberos de Com' suo, per quos &c. Et qui nec &c. ad recognoscend' in forma predicta: Quia tam &c.

Postea ad diem predictum venerunt Jur', videlicet, Johannes de Bynetr', Wills de Brisingham, Robertus Baynard, Radulphus de Cheney, Rogerus de Waterdene, Rogerus de Hales, Radulphus Bille, Johannes Pauely, Wills de Whitewell, Wills de Crungethorp, Thomas Bardolf, & Henricus de Walepole, de Consensu predicti Ricardi Lomb electi, qui dicunt super sacramentum suum, quod nec predictus Episcopus, tempore suo, nec predicti Robertus de Tateshal, Rogerus de Monte Alto, post predictum Iter Justic' predictorum, Theolonia predicta ceperunt, nec capere preceperunt, nec etiam aliqui Ballivorum suorum pred . . . Theolonia illa ceperunt, vel ab aliquo exigerunt, contra Concessionem factam in predicto Itinere.

Preterea dicunt, quod si aliquod Theolonium exigebatur ab aliquo emente victualia in predicta Villa, et illi emptores forte districti fuerint pro prestatione illius Theolonii, & jurare voluerunt quod Res pro quibus districti fuerunt empte fuerunt pro victualibus, qd districtiones facte incontinenti deliberate fuerunt, absque hoc qd aliquid ab eis caperetur.

Ideo predicti Episcopus & alii quoad hoc ad presens inde sine die &c.

---

ff. N° 33. Prima Querela Isabelle la Marscall' versus Willm de Valenc'.

WILLS de Valenc' allocutus et ad rationem positus, quare, & quo modo, attraxit sibi Jurisdictionem & Officium Vic' in terra de Osterlawe, que longe est extra Procinctum Com' sui Penebrok, & infra Procinctum Com' Domini Regis de Kermerdyn, venit, & dicit quod ipse clam' predictam Jurisdictionem, tanquam pertinentem ad Com' suum de Penebrok, qui est de Hereditate Johanne Uxoris sue, & sine qua videtur ei quod non debet inde respondere:

Ideo datus est ei dies a die Pasch' in tres septimanas ad proximum Parliamentum &c.

Et dictum est ei, quod venire faciat predictam Johannam Uxorem suam ad predictum terminum &c.

Idem dies datus est Isabelle la Marscall' que se queritur de predicto Willo &c.

---

ff. N° 34. Inter Episcopum Karleol' & Priorem ejusdem de Decimis Assartorum.

RADULPHUS Episcopus Karliol' petit versus Priorem Ecclesie Karliol' decimas duarum Placearum terre de novo assartarum in Foresta de Ingelwod, quarum una vocatur Lynthwayt, & alia Kyrkethwayt, et que ad ipsum Episcopum pertinent, eo qd predicte Placee sunt infra limites parochie Ecclesie sue de Aspatery . k, & eo qd idem Episcopus, & Predecessores sui, toto tempore antequam Placee ille redacte fuerunt in culturam et Bosco cooperte, percipere consueverunt decimam pannagii earundem Placearum, quousque predictus Prior, per quandam suggestionem tacita veritate factam, hoc anno tulit quoddam Breve Domini Regis Justic' Domini Regis de Foresta sua ultra Trentam, et ipsum Episcopum de Decimis predictis spoliavit injuste; Et quod Decime predicte ad ipsum Episcopum pertinent, ratione Ecclesie sue de Aspateryk predict', petit qd inquir' per patriam &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et Prior venit, & dicit quod decime predicte ad ipsum & Ecclesiam suam beate Marie Karliol' pertinent, et non ad predictum Episcopum:

Dicit enim, quod Dominus Henricus Rex vetus concessit Deo & Ecclesie sue beate Marie Karliol' & Canonicis ibidem Deo servientibus omnes Decimas de omnibus terris quas idem Dominus Rex, aut heredes sui Reges Anglie, in Foresta predicta in culturam redigere fecerint, & Ecclesiam predictam inde feoffavit per quoddam Cornu eburneum quod dedit Ecclesie sue predicte, Et quod adhuc habet.

Et petit Judicium &c.

Et super hoc venit Magister Henricus de Burton, persona Ecclesie de Thoresby, et dicit, quod decime predicte ad ipsum ratione Ecclesie sue pertinent, et non ad predictos Episcopum & Priorem:

Quia dicit, quod Placee predicte, de quibus decime petuntur, sunt infra limites parochie sue, Et quod ipse et Predecessores sui semper fuerunt in possessione percipiendi decimas majores & minores predictarum Placearum, ut de jure Ecclesie sue de Thoresby, quousque predictus Prior, simul cum aliis quibusdam, hoc anno ratione predicti Brevis ipsum de Decimis illis spoliaverunt injuste: Et quod Placee ille sunt infra limites parochie sue; Et quod ipse & Predecessores sui semper fuerunt in possessione percipiendi predictas Decimas tam majores quam minores, petit quod inquiratur per patriam &c.

Et Wills Inge, qui sequitur pro Domino Rege, dicit, quod Decime predicte ad Dominum Regem pertinent et ad nullum alium:

Quia dicit, quod predicte Placee sunt infra bundas Foreste ipsius Domini Regis de Ingelwod, Et quod ipse Dominus Rex in Foresta sua predicta Villas edificare, Ecclesias construere, Terras assartare, et Ecclesias illas cum Decimis terrarum illarum pro voluntate sua cuicunque voluerit conferre potest, Eo quod Foresta illa non est infra limites alicujus parochie.

Et petit quod decime ille Domino Regi remaneant, prout de jure debent ratione predicta &c.

Et quia Dominus Rex super premissis vult certiorari, ut unicuique tribuatur quod suum est, Assignentur Wills de Vescy, Justiciar' Foreste sue ultra Trentam, Thomas de Normanvill, Eschaetor ipsius Domini Regis in partibus illis, et Michael de Arkla, ad rei veritatem in premissis inquirend': Et quid inde inquisierint scire faciant Domino Regi, in proximo Parliamento suo post Pasch'. Et partes predicte eundem terminum expectent. Postea ad Parliamentum illud post Pascha, predicti Wills de Vescy & Thomas de Normanvill recordabantur coram ipso Domino Rege et Consilio suo, quod ad captionem predicte Inquisitionis procedere non potuerunt ad diem coram eis datum, ratione cujusdam littere Episcopi Karliol' sibi porrecte de inhibitione ne aliquos ad juramentum ponerent tempore illo:

Et quam Litteram iidem Wills et Thomas coram ipso Domino Rege, sigillo ipsius Episcopi signatam, protulerunt.

Ideo per Preceptum Domini Regis assignentur predicti Wills, Thomas, Johannes de Lythegreynes, & Michael de Harcla, ad capiend' Inquisitionem predictam, Ita quod inde certificent Dominum Regem ad Parliamentum suum post Festum Sancti Michaelis prox' futur' &c. Et quod Partes predictas ad eundem diem adjornent &c.

---

ff. N° 35. Querela Rogeri de Somerton versus Priorem de Buttelee. (Dors.)

ROGERUS de Somertou, qui sequitur pro Domino Rege, monstravit Domino Regi per quandam Petitionem, quod Prior de Buttele injuste detinuit Domino Regi Manerium de Sumerton in Flegg cum pertinentiis, et etiam advocationem Ecclesie ejusdem Manerii, que ad ipsum Dominum Regem pertinent &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et Prior venit, & dicit quod ipse tenet predictum Manerium cum Advocatione &c. ut jus Ecclesie sue de Buttele, et quod ipse & Predecessores sui, a tempore quo non extat memoria, tenuerunt predicta Manerium et Advocationem ut jus Ecclesie sue predicte, Et quod ipse, tempore quo factus fuit Prior de Buttele, invenit Ecclesiam suam seisitam de predictis Manerio & Advotione, Et petit Judicium si debeat inde sine Brevi Domini Regis respondere.

Ideo predictus Prior quoad hoc eat inde sine die ad presens, Et Dominus Rex habeat breve &c.

---

ff. N° 36. Querela Willi de Valenc' de Consilio Domini Regis in Anglia dum Rex fuit in Wascon'.

WILLS de Valenc' queritur Domino Regi de hoc quod cum post mortem Willi de Monte Canis' omnes terre & ten' cum pertinen' que fuerunt ipsius Willi de Monte &c. et de quibus obiit seisitus, prout moris est seis' fuerunt in manum Domini Regis, eo quod de Domino Rege tenuit in Capite;

Et idem Wills de Valenc' ratione Johanne Uxoris sue, propinquioris hered' ipsius Willi de Monte Canis', dum Dominus Rex fuit in partibus transmarinis venisset ad Com' Cornub, tunc temporis tenentem Locum ipsius Domini Regis in Angl', Johannem Episcopum Elienſ' Thesaurar' Domini Regis, et ceteros de Consilio Domini Regis in Angl' commorantes, et petiisset Breve de Inquisitione, et illud optinuisset, predicti Comes, Episcopus, et alii, postea quandam Dionis' fil' predicti Willi de Monte Canis', ut dicitur, ut heredem ipsius Willi propinquiorem admiserunt, & nomine suo Custod' terrarum et ten' predictorum, ratione Custodie predicte Dionis' ut veri heredis predicti Willi, in manum Domini Regis seisire fecerunt, in exheredationem predicte Johanne Uxoris, sue manifestam &c.

Et Comes, Thes', et alii de Consilio Domini Regis tunc in Angl' commorantes, veniunt, et bene cognoscunt, et recordantur quod predictus Wills de Valenc' predictum Breve petiit, et illud optinuit; set dicunt quod antequam illud Breve petiit, venit quedam Dionis' de Monte Canis', mater predicti Willi de Monte Canis', coram eis in pleno Consilio, et adduxit quandam Dionis' fil' predicti Willi de Monte Canis', asserens ipsam esse veriorem & propinquiorem heredem predicti Willi defuncti, & etiam heredem suum proprium, et illam eis optulit, supplicans quod ipsam Dionis' fil' &c. ut heredem suum proprium, & ut fil' & heredem Willi de Monte Canis' fil' sui defuncti, nomine Domini Regis, admitterent;

Et dicunt quod quia pupplicum & notorium fuit, quod idem Wills tempore suo predictam Dionisiam ut filiam & heredem suum tenuit, Et hoc idem, dum vixit, in pluribus locis sciri & proclamari fecit;

Et etiam, quia tam Episcopus Wygorn' qui nunc est, in cujus Episcopatu eadem Dionis' &c. fil' &c. originem traxit, per litteras suas patentes, quam Archiepiscopus Cantuar' viva voce, testabantur, quod eadem Dionis' fuit fil' predicti Willi legitima, Ipsi Comes, Thesaurar', & alii, eandem Dionis' nomine Domini Regis admiserunt, ut heredem predicti Willi propinquiorem;

Et predicta terras & tenen' cum pertinentiis, nomine Custodie, ratione minoris etatis ipsius Dionis', in manum Domini Regis seisire fecerunt:

Ideo videtur Domino Regi, quod predicti Comes, Thes' & alii de Consilio, secundum quod recordantur, bene et rite processerunt &c.

---

ff. Petitio Abbatisse de Fonte Ebroldi.

ABBATISSA de Fonte Ebroldi, per attornatum suum, petiit arreragia decem librarum annuarum de multo tempore preterito, et per Cartam Domini Henrici Regis patris Domini Regis nunc, quam protulit, et que testabatur, quod idem Dominus Henricus Rex dedit Abbatisse de Fonte Ebroldi decem libr' per annum,

A. D. 1290. 18 Edw. I.

annum, Habend' & Tenend' ſibi & ſucceſſoribus ſuis per annum; Et quia, ſcrutat' rotul' de Scaccario, invenitur, quod predicte decem libre annue continentur in ſumma magni feodi quod eadem Abbatiſſa percipit ad Scaccarium, Et quod eidem Abbatiſſe de eodem feodo nichil a retro eſt,

Ideo nichil ei fiat de petitione ſua &c.

---

ff. N° 37. Petitio Rogeri de Monte Alto.

ROGERUS de Monte Alto queritur Domino Regi quod Reginaldus de Grey, Juſtic' ſuus Ceſtr', nomine Domini Regis, injuſte detinet ei terras de Ela . e que ſunt de hereditate ſua, et de quibus Rogerus de Monte Alto avus ſuus obiit ſeiſ' in Dominico ſuo ut de feodo et jure &c.

Et Reginaldus venit, et dicit quod predicte terre ſunt infra Quatuor Cantreda, videlicet in Cantredo de Englesfeld, et in Commoto de Coleſhull; Que quidem Cantreda ſemper integre fuerunt in manibus Principum Wall';

Et quod Lewelinus, ultimus Princeps Wall', toto ſuo tempore predictas terras tenuit, tanquam pertinentes predicto Cantredo, Et fuit inde ſeiſ' die quo Inimicus Domini Regis devenit, et contra pacem ſuam &c.

Et dicit quod poſt mortem predicti Principis, felonis & inimici Domini Regis, & contra pacem ſuam exiſtentis, ipſe Reginaldus predictas terras, tanquam Domino Regi forisfactas, eo quod predictus Princeps inimicus Domini Regis devenit ut predictum eſt & inde convictus fuit, ſeiſivit in manum Domini Regis, inter alias terras que fuerunt ipſius Principis, & ſic eas tenet ad opus Domini Regis, et inde ei reſpondet &c.

Et Rogerus dicit quod terre predicte ſunt jus ſuum & hereditas ſua, & de pertinentiis Caſtri ſui de Hawardyn, et non infra Quatuor Cantreda, nec in Commoto predicto; Immo quod predictus Rogerus avus ſuus obiit ſeiſ' de eiſdem terris ut de jure & hereditate ſua;

Et dicit quod ipſemet poſtea fuit in ſeiſina de eiſdem, per Rogerum de Clifford, & Mauricium de Croun, cuſtodes ſuos dum fuit infra etatem & in cuſtodia eorum, ex conceſſione Domini Regis;

Et quod ipſe & omnes anteceſſores ſui ſemper tenuerunt predictas terras ut jus & hereditatem ſuam, abſque hoc quod predictus Lewelinus Princeps ſeu aliquis anteceſſorum ſuorum unquam aliquid habuerunt in eiſdem terris, niſi per purpreſturam ipſius Principis, aut anteceſſorum ſuorum, factam ſuper ipſum Rogerum, aut anteceſſores ſuos, tempore quo fuerunt infra etatem.

Preterea dicit quod anno regni Regis Henrici patris Domini Regis nunc quinquageſimo ſecundo, per preceptum ipſius Domini Henrici Regis, facta fuit quedam Inquiſitio, per quam compertum fuit, quod predicte terre fuerunt de hereditate ipſius Rogeri, Et quod tunc liberate fuerunt Mauricio de Croun, cuſtodi ſuo, ratione cuſtodie ipſius Rogeri.

Et idem Rogerus, queſitus ſi ſcripta habeat vel munimenta per que Domino Regi conſtare poterit quod terre predicte ſunt de hereditate ſua, petit quod Dominus Rex, inſpecta inquiſitione predicta, de gratia ſua ſibi fac' quod ſibi placuerit & viderit eſſe faciend' &c.

Et ſuper hoc datus eſt ei dies ad proximum Parliamentum poſt Paſch' &c.

Et quia preceptum fuit per ipſum Dominum Regem qd̄ Inquiſitio predicta de tempore Regis Henrici facta ſcrutaretur, Ita qd̄ ſi inveniretur, qd̄ Dominus Rex inde haberet Conſilium, & ſuper hoc ad petitionem predicti Rogeri voluntatem ſuam inde faceret ad iſtud Parliamentum, nec eadem Inquiſitio adhuc inveniri potuit, datus eſt dies predicto Rogero uſque ad proximum Parliamentum futurum, et dictum eſt ei qd̄ ſequatur pro predicta Inquiſitione inveniend'. Et ſi non inveniatur, Quod habeat Breve ad Inquiſitionem faciend' ſuper premiſſis, tam per Walenſes quam Angl' ſi voluerit, except' ſingul' & omnibus de Com' Ceſtr'. Et ſi non, expectet gratiam Domini Regis &c.

Poſtea ad Parliamentum ipſius Domini Regis, poſt Feſtum Sancti Michaelis, anno regni ſui viceſimo primo incipiente, ſecundo venit predictus Rogerus coram Domino Rege & ejus Conſilio, et inſtanter ſupplicavit Domino Regi, quod ad Inquiſitionem predictam ſuper premiſſis cap' procederetur per quoſcumque Domino Reg' placeret, ex quo prenominata Inquiſitio tempore Regis Henrici capta non potuit inveniri. A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et Dominus Rex ſuper hoc, de gratia ſua ſpeciali, conceſſit, quod Inquiſitio ſuper premiſſis caperetur, et qd̄ eadem Inquiſitio ſibi retornaretur in proximo Parliamento ſuo poſt Paſch' anno regni ſui viceſimo ſecundo;

Et aſſignavit Juſtic' ſuos ad Inquiſ' predictam capiend' videlicet Reginaldum de Grey, & Robertum de Staundon, per homines de Com' Staff', Lanc', de Englefeld, & de Mayllor Seythſneck, per aſſenſum predicti Rogeri:

Et iidem Juſtic' diem dederunt predicto Rogero ad predictam Inquiſ' audiend' apud Flynt, die Lune prox' poſt Feſtum Sancti Valentini, anno viceſimo ſecundo;

Et mandatum eſt Reginaldo de Grey, Juſtic' Ceſtr', qd̄ venire fac' de Com' predictis, de Englefeld, et de Maillor Seythſneck, xxiiii per quos &c. Et qui prefatum Rogerum &c.

Et ſimiliter preceptum eſt Vicecom' Lanc' & Staff' quod venire fac' ad eoſdem diem & locum xxiiii de Com' predictis, per quos &c. Et qui &c. ad recogn' ſim̄l &c. Quia &c. Et Inquiſitionem illam diſtincte & aperte factam retornent Domino Regi ut predictum eſt &c.

---

ff. LOQUELA inter Johannem de Sancto Johanne & Willm de Valenc' ponitur in reſpectum uſque in Octab' Sancti Johannis Baptiſte, eo quod per Conſilium Domini Regis & Juſticiarios ſuos judicium certum in Loquela illa nondum eſt proviſ'.

Et preceptum eſt Juſtic' quod de Judicio in caſu conſimili reddito ſe interim faciant certiores;

Et etiam dictum eſt partibus predictis, quod omnibus modis quibus poterint Cur' certificent de aliquo Judicio reddito inter eas vel alias partes in caſu conſimili &c.

Poſtea ad diem illum Dominus Rex & ejus Conſilium, in preſentia predictarum partium, & habito Conſilio de procedendo ad judicium in Loquela predicta, eo quod predictus Johannes dicebat in caſu conſimili pro parte petente judicium redditum fuiſſe, et predictus Wills e contrario, nec conſilium Domini Regis in aliquo Judicio in caſu conſimili reddito certiorabatur, dederunt diem partibus predictis coram ipſo Domino Rege, in craſtino animarum ubicunque &c. de aud' judicio ſuo &c. Ita quod utraque pars interim per Rotulos Juſtic', vel alio modo quo poterint, Dominum Regem & ejus Conſilium de judicio in caſu conſimili reddito certiorent; alioquin procedetur ad judicium prout de Conſilio Domini Regis fuerit ordinand'.

Et preceptum eſt per Dominum Regem tam Theſ' quam Juſtic' ſuis de utroque Banco, quod partibus predictis inſpectionem rotulorum quorumcunque quibus ſe auxiliari poterint, et Dominum Regem et ejus Conſilium certiorare, faciant habere &c.

---

ff. N° 38. Petitio Ep'i Wynton' de reſtitutione Advoc' Hoſpic' de Suthᵗ habend. (m. 9.)

PRECEPTUM fuit Vicecom' Sutłipt' quod cum Dominus Rex nuper in Parliamento ſuo poſt Paſch' proximo preterit' verſus venerabilem patrem Johannem Wynton' Epiſcopum ſeiſinam Cuſtod' Hoſpital' Sancti Juliani extra Sutłipt' per conſiderationem Curie ſue recuperaverat, et eidem Vicecomiti per Breve ſuum preceperat, qd̄ Roberto le Aumoner Capellano talem ſeiſinam, nomine Domini Regis, de eadem Cuſtod' habere faceret, qualem idem Robertus, nomine Domini Regis, antequam per predictum Epiſcopum & ratione cujuſdam Brevis Domini Regis, eidem Vicecomiti alias inde directi, de eadem

A.D. 1290. 18 Edw. I.

dem cuſtodia ejectus fuit, habuit; Ac idem Epiſcopus poſtea coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio veniſſet, et ab ipſo Domino Rege petiviſſet, quod ſeiſinam Advocationis Cuſtodie predicte ſibi, ut vero patrono predicti Hoſpital', reſtitueret, et quod ipſum eandem Cuſtod' conferre, & de eadem Cuſtodia ordinare permitteret, prout predeceſſores ſui Epiſcopi Wynton' cuſtodiam illam conferre, et de eadem ordinare conſueverunt; quod idem Vicecomes ſcire faceret predicto Roberto, quod eſſet coram Domino Rege, a die Sancti Johannis Baptiſte in xv dies ubicunque &c. ipſum Dominum Regem & Conſilium ſuum ſuper advocatione predicti Hoſpital' & collatione Cuſtodie ejuſdem plenius certioratur' & oſtenſ' ſi quid haberet, vel pro ipſo Domino Rege dicere ſciret, quare predicto Epiſcopo predictam Advocationem reſtituere, et ipſum Cuſtod' predicti Hoſpital' conferre permittere non deberet.

Ad quem diem predictus Vicecomes mandavit, quod ſcire fecit predicto Roberto le Aumoner, juxta formam predicti precepti ſibi facti, et per homines ſubſcriptos, videlicet Johannem Attebarre, & Henricum Bryan.

Propter quod, tam predictus Epiſcopus quam predictus Robertus, et ſimiliter quidam Johannes de Hardlegh, qui pro Domino Rege ſequitur, coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio apud Weſtm' ad diem predictum venerunt, et idem Epiſcopus inſtanter petiit, quod idem Dominus Rex Advocationem Cuſtod' predicti Hoſpital' ſibi reſtitueret, et quod ipſum de eadem Cuſtod' ordinare, et eandem conferre permitteret, prout predeceſſores ſui Epiſcopi Wynton' eandem Cuſtod' conferre, et de eadem ordinare conſueverunt.

Et predictus Robertus dicit quod ipſe nichil clam' in advocatione predicti Hoſpital'. Set dicit quod ipſe eſt ſeiſitus de Cuſtodia ejuſdem Hoſpital' per judicium iſtius Cur' & per collationem Domine Regine Matris Domini Regis, nomine ipſius Domini Regis, ut de libero tenemento ſuo; et petit, qd quicquid contingat de advocatione predicta inter Dominum Regem & predictum Epiſcopum, qd nichil ei cedat in prejudicium quoad liberum tenementum ſuum de cuſtodia ejuſdem Hoſpital'.

Et ſuper hoc predictus Johannes, qui ſequitur pro Domino Rege, dicit, quod predictus Epiſcopus reſtitutionem advocationis predicti Hoſpital' habere non debet;

Dicit enim, quod cum Dominus Rex, in Parliamento ſuo Paſch' proximo preterito, ſeiſinam advocationis cuſtodie predicte verſus ipſum Epiſcopum recuperaverat per conſiderationem curie ſue, & predicto Vicecom' preceperat, qd predicto Roberto le Aumoner, nomine ipſius Domini Regis, de eadem Cuſtod' talem ſeiſinam plenarie & integre habere faceret, qualem idem Dominus Rex per predictum Robertum habuit, antequam per predictum Epiſcopum ejectus fuit, quod quidam Rogerus de Multon bona et catalla predicti Hoſpital' ad valenc' treſcentarum librarum & amplius, ut in Libris, Calicibus, Domibus proſtratis, & Maheremiis venditis, Ciphis, Mappis, & Utenſilibus, Bobus, Vaccis, & aliis Averiis, vendidit, deſtruxit, & alienavit a tempore ejectionis predicti Roberti, & de quibus idem Robertus nondum eſt in ſeiſina;

Et petit judicium, ſi predictus Epiſcopus ad reſtitutionem predicte Advocationis petend' admitti debeat, antequam Dominus Rex de ſeiſina ejuſdem cuſtodie, et etiam predictus Robertus de predictis rebus per ipſum Epiſcopum et predictum Rogerum Clericum ſuum alienatis & ſubtractis, juxta formam predicti judicii pro ipſo Domino Rege redditi plenarie & integre fuerint ſeiſiti.

Dicit etiam, quod predictus Rogerus, & quidam Paganus Theſ' Clerici predicti Epiſcopi, a tempore predicti judicii pro ipſo Domino Rege redditi, quoddam ſcriptum inter quendam Petrum de Roches quondam Epiſcopum Wynton' predeceſſorem predicti Epiſcopi, & Burgenſes Suthſt' confectum, ſuper ordinatione predicti Hoſpital' & collatione ejuſdem, penes ſe retinuerunt;

Et quod quidem ſcriptum eidem Epiſcopo et in poteſtate ſua nunc remanet, et per quod Dominus Rex ſuper jure ſuo advocationis predicte plenius certiorari poterit &c. A.D 1290. 18 Edw. I.

Et petit quod predictus Epiſcopus predicta catalla, et etiam predictum ſcriptum, per ſe et ſuos alienata, reſtituat, antequam ad reſtitutionem predicte Advocationis petendam admittatur.

Et, quia predictus Johannes dicit predicta Catalla per predictum Rogerum fuiſſe alienata, & non per ipſum Epiſcopum, et verſus quem Rogerum idem Robertus actionem habere poterit de Catall' illis reddend', Et etiam idem Rogerus ſufficiens ſit inde reſponſ' et ſatisfactur' ſi inde convincatur; Nec eſt juri conſonum quod predictus Epiſcopus de petitione ſua quoad Advocationem predicti Hoſpital' petend' per factum predicti Rogeri excludatur,

Dictum eſt predicto Johanni, qui pro Domino Rege ſequitur, qd aliud dicat pro Domino Rege ſi ſibi viderit expedire.

Et idem Johannes dicit, ut prius, quod predictum ſcriptum, per quod Dominus Rex de Jure ſuo certiorari debet, devenit in manus & poteſtatem predicti Epiſcopi, per predictos Rogerum et Paganum, Clericos ſuos, ut predictum eſt;

Et hoc paratus eſt verificare pro ipſo Domino Rege ſicut Cur' &c.

Et Epiſcopus dicit, & bene defendit, quod nec predictum ſcriptum, nec aliquid aliud per quod Dominus Rex ſuper jure ſuo advocationis predicte certiorari poterit, in manum ſuam aut poteſtatem devenit per predictos Clericos ſuos, aut alios quoſcunque, nec penes ſe remanet;

Et de hoc ponit ſe ſuper patriam. Et predictus Johannes, qui ſequitur pro Rege, ſimiliter.

Ideo preceptum eſt Vicecomiti Suthſt' quod venire fac' coram Domino Rege, a die Sancti Michaelis in xv dies, ubicunque &c. xxiiii &c. per quos &c. Et qui nec predictum Epiſcopum &c. ad cognoſcend' in forma predicta: Quia tam &c.

Poſtea Recordum iſtud liberatur Gilberto de Thorneton, Tenenti Locum Regis, ut Inquiſitionem capiat in forma predicta, et ad judicium procedat, et Judicium illud in Rotulis ſuis inrotulari faciat &c.

IDEM Johannes, qui pro Domino Rege ſequitur, dicit quod Epiſcopus Wynton' qui nunc eſt, et poſt transfretationem Domini Regis nunc in Vaſcon' purpreſtavit ſuper ipſum Dominum Regem, ſibi et Eccleſie ſue apropriando advocationem Hoſpital' Sancte Marie Magdalene extra Suthſt' ad exheredationem Domini Regis manifeſtam &c. ff.

Et quia idem Epiſcopus, quoad Querelam iſtam non eſt premunitus, ſum', vel attach', dictum eſt ei in propria perſona ſua, quod ſit coram ipſo Domino Rege a die Sancti Michaelis in xv dies ubicunque &c. inde reſponſ'.

Et ſimiliter dictum eſt predicto Johanni quod ſit ad eundem terminum ad ſequend' pro Domino Rege.

DOMINUS Rex precepit, quod Walterus de Berton, Clericus, qui de falſatione ſigilli Domini Regis convictus fuit, in ultimo Itinere Johannis de Metingham & Sociorum ſuorum Juſticiariorum nuper itinerantium in Com' Dorſ' prout idem Johannes recordatur, et qui in priſona apud Turrim London' ea de cauſa detinetur, tradatur Epiſcopo Sarum, qui eum petiit ut Clericum ſuum, ſub pena & in forma qua decet &c. Quia videtur Conſilio quod in tali caſu non eſt admittenda p'gatio * &c. ff. De Waltero de Berton.

* *Purgacio* in Vet. Cod.

QUIA

A. D. 1290. 18 Edw. I.

ff. Statutum Domini Reg' de Terris vendendis et emendis.

QUIA Emptores Terrarum et Ten' de Feodis Magnatum & aliorum, in prejudicium eorumdem, temporibus retroactis multociens in feodis suis sunt ingressi, quibus libere tenentes eorumdem Magnatum, & aliorum, Terras & Ten' sua vendiderunt, Tenenda in feodo, sibi et heredibus suis, de Feoffatoribus suis et non de Capitalibus Dominis feodorum, per quod iidem Capitales Domini Eschaetas, Maritag', et Custodias Terrarum & Ten' de feodis suis existentium sepius amiserunt, quod quidem eisdem Magnatibus et aliis Dominis quamplurimum durum & difficile videbatur, & similiter in hoc casu exheredatio manifesta; Dominus Rex, in Parliamento suo apud Westmonasterium post Pasch' anno regni sui decimo octavo, videlicet in quindena sancti Johannis Baptiste, ad instantiam Magnatum Regni sui, concessit, providit, & statuit, quod de cetero liceat unicuique libero Homini Terram suam, seu Ten', sive partem inde, pro voluntate sua vendere; Ita tamen quod Feoffatus teneat Terram illam seu Ten' de eodem Capitali Domino, et per eadem servitia & consuetudines per que Feoffator suus illa prius tenuit. Et si partem aliquam earumdem Terrarum seu Ten' suorum alicui vendiderit, Feoffatus illam teneat immediate de Capitali Domino, et oneretur statim de servitio, quantum pertinet sive pertinere debet eidem Domino pro particula illa secundum quantitatem Terre seu Ten' venditi. Et sic in hoc casu decidat Cap' Domino ipsa pars servitii, capienda per manum Feoffatoris, ex quo Feoffatus debet eidem Cap' Domino, juxta quantitatem Terre seu Ten' venditi, de particula illa servitii sic debiti esse intendens et respondens. Et sciendum, quod per predictas Venditiones sive Emptiones Terrarum seu Tenementorum, seu partis alicujus eorumdem, nullo modo possunt Terre seu Ten' illa in parte vel in toto ad Manum mortuam devenire, arte, vel ingenio, contra formam statuti super hoc dudum editi &c. Et sciendum, quod istud statutum locum tenet de Terris venditis tenendis in feodo simplr tantum &c. Et qd se extendit ad tempus futurum, Et incipiet locum tenere ad Festum Sancti Andree proximo futur' &c.

---

ff. No 39. Querela Abbatis Westm'. (Dors.)

ABBAS Westm' supplicat Domino Regi et ejus Consilio, quod cum quedam voluntas et injuria sibi per Justiciarios suos ad Placita ejusdem Domini Regis assign' nuper sint facte, qd factum eorum coram ipso Domino Rege recitetur, & emendetur, si ipsi Domino Regi & ejus Consilio videatur qd eidem Abbati injurietur.

Dicit enim, quod cum ipse habeat & habere debeat, & predecessores sui Abbates Westm' temporibus retroactis per Concessiones et Confirmationes Regum Angl' habere consueverunt, returnum omnimodorum Brevium et preceptorum Domini Regis, ipsum Abbatem, homines, terras, seu libertates suas ubicunque infra Regnum tangentium, tam coram Justic' itiner' quam aliis Justic' Domini Regis quibuscunque, et per Ballivos & Ministros suos sum' & attachiamenta eorumdem Brevium et preceptorum facere,

Gilbertus de Thornton, et socii sui, Justiciarii Domini Regis ad Placita ejusdem Domini Regis assign' die Jovis, in Festo Apostolorum Petri et Pauli proximo preterit', per quendam Bartholomeum le Criur servientem suum, eidem Abbati, parato magnam missam celebrare in Ecclesia sua Westm', preceperunt quod esset coram eis in crastino, respons' de hoc quod ei dicerent ex parte Domini Regis.

Ad quem diem idem Abbas, ob reverentiam Domini Regis, coram eisdem Justiciariis comparuit, qui ei imposuerunt, quod duo Clerici de morte hominis rectati, & ad sectam Domini Regis coram eis convicti per Inquisitionem Patrie ex officio suo captam, liberabantur Archidiacono ipsius Abbatis ut loci Ordinar' et eos ut Clericos petenti;

Et qui quidem Archidiaconus coram eisdem Justiciariis certum diem statuit eisdem Clericis ad purgationem suam faciend', et eundem diem prefixit cuidam Ricardo Bostard, qui dixit se velle sequi pro Domino Rege versus eosdem Clericos de morte predicta;

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et quod idem Archidiaconus, ante diem statutum, purgationem predictorum Clericorum admisit, in contemptum Domini Regis.

Unde dixerunt eidem Abbati, quod de contemptu & transgressione predicta responderet.

Et licet idem Abbas coram eis calumpniavit quod esset Baro Domini Regis,

Et quod sine Brevi Domini Regis et ejus return' de talibus respondere non debuit per Libertates suas sibi et Ecclesie sue concessas, iidem Justiciarii super Calumpniis illis certum diem ei coram eis dederunt.

Ad quem diem idem Abbas, tunc cum ipso Domino Rege personaliter existens, fecit defaltam coram eisdem Justiciariis, ob quam predicti Justiciarii Baroniam suam in manum Domini Regis capere fecerunt,

Et etiam, per Breve Domini Regis, Vicecomitibus, in quorum Comitatibus terre et tenementa sua sunt, preceperunt distringere ipsum Abbatem per omnes terras & catalla, Et quod de Exit' &c. Ita quod haberent Corpus ejus coram ipso Domino Rege a die Sancti Michaelis in unum mensem, ubicunque &c. ad respondend' de facto predicto.

Unde dicit, quod Justiciarii predicti manifeste sibi injuriarunt, in hoc, quod ipsum sine Brevi Domini Regis coram eis venire fecerunt, contra Libertates Regias sibi et Ecclesie sue concessas:

Et etiam in hoc, quod eidem Abbati injunxerunt, quod responderet coram eis de purgatione predicta admissa, cum Dominus Rex, ex quo Clerici qui de felonia in curia sua ad sectam suam vel alterius cujuscunque convicti fuerunt per Inquisitionem patrie ex officio Justic' suorum captam, et Ordinar' cuicunque eos petenti sub pena ei qua decet fuerunt liberati, de eorum purgatione, seu de die illius purgationis admittenda statuenda per Consuetudinem in Regno hactenus usitatam non se debeat intromittere.

Et petit, quod Dominus Rex, vocat' Justiciariis suis predictis, Factum eorum audiat & intelligat, et sibi faciat quod de jure & consuetudine Regni fuerit faciend'.

Et predicti Justiciarii ven' & bene recordantur, quod duo Clerici, videlicet Walterus de Thorny, & Johannes de Thorny, de morte hominis coram Radulpho de Hengham et sociis suis, nuper Justiciariis Domini Regis ad placita sua assign', per quandam Mulierem appellati fuerunt, Que quidem Mulier postea versus eos in secta sua faciend' fecit defaltam;

Ob quod consideratum fuit, quod Clerici illi quoad sectam ejusdem Mulieris irent inde quieti;

Et quod ad sectam Domini Regis veritas inquireretur per patriam; per quam a die Pasch' in unum mensem prox' preterit' convictum fuit coram ipsis Gilberto, & sociis suis, quod predicti Clerici de morte predicta fuerunt culpabiles.

Propter quod liberati fuerunt cuidam Waltero de Hunt' Archidiacono ipsius Abbatis, loci Ordinar', ut de felonia predicta convicti. Qui quidem Archidiaconus in presentia eorumdem Justiciariorum certum diem statuit de purgatione eorumdem Clericorum admittenda, & eundem diem prefixit cuidam Ricardo Bostard, qui dicebat se velle sequi pro Domino Rege versus eos de Morte predicta.

Et dicunt, quod predictus Archidiaconus, ante diem statutum & prefixum predicto Ricardo, admisit purgationem illorum Clericorum, in contemptum Domini Regis manifestum, & ad sectam suam ei auferendam: propter quod, ipsi Justiciarii hoc intelligentes mandaverunt predicto Abbati, ex parte Domini Regis, quod veniret coram eis ad certum diem in querela sua contentum, ad respondend' de contemptu & transgressione predicta.

Et quia predictus Abbas postea coram eis fecit defaltam, & ad diem sibi datum in contemptum Domini Regis iterato, iidem Justic' preceperunt distringere predictum Abbatem, ut predictum est.

A.D. 1290. 18 Edw. I.

Et dicunt, quod aliam Injuriam ſeu voluntatem ei non fecerunt;

Et petunt, quod ſi videatur Domino Regi & ejus Conſilio, quod in proceſſu iſto erratum ſit, qđ factum ſuum per ipſum Dominum Regem & ejus Conſilium emendetur.

Et quia predicti Juſticiarii recordantur, quod predicti Clerici ad ſectam Domini Regis per Inquiſitionem patrie ex officio ſuo captam coram eis de Felonia predicta convicti fuerunt, & predicto Archidiac' Loci Ordinar' & eos ut Clericos petenti, ſub pena qua decet, liberati, nec eſt juri conſonum, vel hactenus in regno noſtro uſitatum, quod Dominus Rex vel alius, quicunque fuerit, verſus Clericos quoſcunque de quacunque Felonia rectatos, & in Cur' Reg' ad ſectam ſuam per Inquiſ' patrie ex officio Juſtic' captam, vel alio modo, convictos, iterato ſectam ſuam de eodem facto heat in Cur' ipſius Domini Regis, vel etiam in Curia Eccleſiaſtica qualitercunque, Archidiaconus predictus certum diem coram eiſdem Juſticiariis ſtatuit de purgatione predicta admittend' & eundem diem prefixit predicto Ricardo, minus diſcrete, & contra conſuetudinem uſitatam, et etiam contra libertatem Eccleſiaſticam; Et etiam cum Clerici in caſu conſimili, vel alia felonia ſibi impoſita, de cetero nunquam ſe purgarent, ſi ad ſectam Domini Regis vel alterius cujuſcunque, et ad cujus ſectam in Cur' Reg' convicti fuerint, totiens reſponderent in Cur' Reg' vel Eccleſiaſtica, quotiens ipſe Dominus Rex, vel alius quicunque, ſectam ſuam renovaret, & ſe velle ſequi diceret, quod om̃io eſſet inconveniens, et manifeſte tam contra legem & conſuetudinem regni quam contra Libertatem Eccleſiaſticam,

Conſideratum eſt, quod Executio predicti Brevis ſuſpendatur; Et quod terre et ten' predicti Abbatis, que in manum Domini Regis ratione predicti Brevis capiuntur, ſibi deliberentur; Et quod idem Abbas quoad hoc ad preſens eat inde ſine die, Salva Domino Regi, & predicto Ricardo, & quibuſcunque aliis, ſecta ſua que ad eos pertinet verſus predictos Clericos, ſeu alios quoſcunque de morte predicta.

Et predictus Abbas habeat Brevia Vic' &c.

---

ff. CUM Dominus Rex conceſſerit Domine Regine, Conſorti &c. quoddam Hundredum in Com' Hunt' videlicet Hundredum de Normancros, quod idem Dominus Rex per judicium Curie ſue verſus Abbatem de Torneye recuperavit, Tenend' ad voluntatem ſuam, pro certa firma, videlicet centum ſolid' annuatim reddend':

Poſtea per ipſum Dominum Regem dictum eſt Theſ' de Scaccario, quod nichilominus com̃od' Domini Regis inde fac' prout melius viderit eſſe faciend' ſi alius quicunque, exceptis Abbate de Burgo et Abbate de Thorney, predictam Firmam accreſcere voluerit.

Prohibuit enim Dominus Rex, ne predictum Hundredum predicto Abbati de Burgo de cetero concedatur: Nec etiam predicto Abbati de Thorneye, niſi poſt duos annos vel tres elapſos, et hoc de licentia ipſius Domini Regis.

Et ſimiliter dictum eſt Theſ' quod videat Cartas predictorum Abbatum de predicto Hundredo habend' et quod tranſcripta earundem Domino Regi habere fac' &c.

---

ff. N° 40. De Cuſtodia Epiſcopatus Landavenſ'. (m. 10.)

MACOLOMUS de Harlegh monſtravit Conſilio Domini Regis per quandam Petitionem, Quod cum poſt mortem Willi de Brewoſe, quondam Landavenſ' Epiſcopi, Cuſtodia predicti Epiſcopatus nomine Domini Regis ſibi eſſet com̃iſſa, Et idem Macolomus Maneria que fuerunt predicti Epiſcopi, ratione Cuſtodie ſibi commiſſe, in manum Domini Regis ſeiſire voluiſſet, Gilbertus de Clare, Comes Glouc' & Hertford', Manerium de Landath' cum omnibus pertinen' ſuis, Et etiam Manerium de Lankaderwader, & omnia que fuerunt predicti Epiſcopi infra Dominium ipſius Com' de Glamargan, ſeiſire fecit in manum ſuam, & ſeiſinam illam adhuc occupat, et Archidiaconatum de Landath', & Prebendas a tempore mortis predicti Epiſcopi vacantes in Eccleſia predicta, pro voluntate ſua contulit, & adhuc confert, cum illas vacare contigerit, in prejudicium Corone Domini Regis, & ad exheredationem ſuam manifeſtam, Cum idem Comes, per ipſum Macolomum ex parte Domini Regis, ſepius fuiſſet requiſitus quod ſeiſinam predictorum Maneriorum, ratione Cuſtodie ſibi commiſſe, eidem liberaret, & qđ Dominum Regem Archidiaconatum predictum & Prebendas predictas conferre permitteret.

A.D. 1290. 18 Edw. I.

Dicit etiam, qđ Comes Hereford' qui nunc eſt, fecit ſeiſire, poſt mortem predicti Epiſcopi, in manum ſuam Villam de Deneſtowe; Et etiam, quod Wills de Brewoſe ſenior, poſt mortem predicti Epiſcopi, ſeiſire fecit in manum ſuam villam de Bysſhopeſton in Gower, & adhuc detinet, in prejudicium Corone, ut predictum eſt &c.

Dicit etiam, quod Edmundus, Frater Domini Regis, poſt mortem predicti Epiſcopi, cepit de tenentibus Manerii de Lencilio Creſſemy, quod fuit predicti Epiſcopi, LXXV ſolidos, qui ad ipſum Dominum Regem pertinebant, ratione Cuſtodie predicte;

Et quod Comes Norff' & Mareſcall' Domini Regis Anglie qui nunc eſt, poſt mortem predicti Epiſcopi, ſeiſire fecit in manum ſuam Manerium de Matherne in Netherwente, & proficua ejuſdem Manerii & exitus cepit: ſet cum iidem, tam Frater Domini Regis, quam Comes Norff', per ipſum Macolomum requiſiti fuerint, predictus Comes Norff' ſeiſinam ejuſdem Manerii ipſi Macolomo liberare fecit, cum omnibus inde perceptis tempore ſeiſine ſue &c. Et etiam predictus Edmundus, Frater Domini Regis, predictos LXXV ſolidos ipſi Macolomo fecit liberare &c.

Et Comes Glouc' & alii veniunt. Et Comes Hereford' bene cognoſcit, quod predicta Villa de Deneſtowe, poſt mortem predicti Epiſcopi, ſeiſita fuit in manum ſuam per Ballivos ſuos, ipſo ignorante.

Et dicit, quod, poſt ſeiſinam illam, Decanus & Capitulum Eccleſie Landavenſ' protulerunt coram ipſo Comite quandam Cartam, ſub nomine cujuſdam Humfridi de Boun, anteceſſoris ſui, quondam Com' Hereford' factam, que teſtabatur, quod idem Humfridus, quondam Comes &c. conceſſit, dedit, & Carta ſua predicta confirmavit, Decano et Capitulo Eccleſie Landavenſ' predictam Villam de Deneſtowe, Tenend' ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in liberam puram & perpetuam eleemoſinam in perpetuum:

Propter quod, ipſe liberare fecit ſeiſinam predicte Ville predictis Decano & Capitulo, juxta formam Carte predicte.

Et dicit, quod ipſe nichil clam' in predicta Villa, ratione Cuſtodie tempore vacationis predicti Epiſcopatus. Immo totum jus ſuum, ſi quod habeat, vel temporibus futuris habere contigerit, Hoc totum Domino Regi & heredibus ſuis, pro ſe & heredibus ſuis, concedit, relaxat, & quietum clam' in perpetuum.

Ideo predictus Macolomus Cuſtos habeat Breve, quod ſeiſire faciat predictam Villam in manum Domini Regis nomine Cuſtodie predicti Epiſcopatus. Et qđ Domino Regi de exitibus & proficuis inde provenientibus reſpond' &c.

Et Comes Norff' bene cognoſcit, quod Ballivi ſui, ipſo ignorante, & ſine precepto ſuo, poſt mortem predicti Epiſcopi, ſeiſiverunt in manum ſuam predictum Manerium de Matherne, & ſeiſinam ſuam predictam inde per aliquod tempus continuaverunt;

Set dicit, quod ſtatim poſtquam predictus Maucolomus petiit ſeiſinam ejuſdem Manerii nomine Domini Regis ſibi liberari, Quod ſeiſina ſibi liberata fuit, cum omnibus exitibus & proficuis per ipſum Comitem aut ſuos tempore ſeiſine ſue inde perceptis.

Preterea dicit, quod ipſe nich' clamat in predicto Manerio, nec aliquid habere clamat tempore vacationis

A. D. 1290. 18 Edw. I.

tionis predicti Episcopatus, vel alio. Ideo predictum Manerium remaneat in custodia Domini Regis, ratione vacationis predicti Episcopatus &c.

Et similiter predictus Edmundus, Frater Domini Regis, dicit, quod ipse nichil clamat de cetero in predicto Manerio de Lencilio Cressemy, nomine custodie tempore vacationis predicti Episcopatus: Ideo custod' ejusdem Manerii remaneat Domino Regi tempore vacationis de cetero &c.

Et Wills de Brewose, quoad villam de Bysshopston, dicit, qd revera Ballivi sui in partibus illis, ipso ignorante, predictam villam, post mortem predicti Episcopi, seisiverunt in manum suam, et per aliquod tempus seisinam illam continuaverunt. Ita quod postea Robertus Typotot, veniens in partibus illis, intellexit quod predicta villa esse deberet in man' Domini Regis, nomine Custodie, ratione vacationis sedis Episcopatus predicti, & fecit seisire Villam illam in manum Domini Regis, et homines ipsius Willi inde ammovit, et tradidit Villam illam Willo de Brewose juniori Tenend' Ita quod responderet Domino Regi de exitibus & proficuis inde provenientibus. Qui quidem Wills junior sic tenet adhuc predictam Villam.

Preterea dicit, quod antecessores sui, temporibus duarum Vacationum predicti Episcopatus proximo precedentium, fuerunt in seisina predicte Ville, nomine Custodie, sede vacante, &c.

Et hoc paratus est verificare &c.

Et idem Wills senior quesitus si clamet jus in custodia predicte ville, sede predicti Episcopatus vacante,

Dicit qd de jure illius custodie erga Dominum Regem non vult contendere.

Set petit, qd si Domino Regi et ejus Consilio visum sit, quod ipse Wills habeat jus in custodia predicte ville, predicta sede vacante, Quod Dominus Rex, ut bonus Dominus, sibi faciat inde quod sibi placuerit.

Ideo expectet & sequatur gratiam Domini Regis, cum nichil dicat vel ostendat quare predicta Custodia de jure sibi pertineat &c.

Et stet interim predicta Commissio &c.

Et Comes Glouc' dicit, quod omnes terre & tenementa infra patriam de Glamorgan existentia sunt de Dominio suo; Ita quod, tam Custodia terrarum & tenementorum predictorum ad predictum Episcopatum spectantium, cum predictam sedem vacare contigerit, quam aliarum terrarum quarumcunque in patria illa, cum custodia contigerit earumdem, ad ipsum pertinet, ratione Dominii sui in partibus illis, & ad nullum alium:

Et dicit, quod omnes Anteceſſores sui, a tempore quo non extat memoria, semper habuerunt custod' predictarum terrarum, & Prebendas predicte Ecclesie de Landath', sede vacante, contulerunt, absque hoc, quod Dominus Rex, vel ejus progenitores, unquam aliquam Custodiam predictarum terrarum habuerunt, seu Prebendas Ecclesie predicte contulerunt, nisi casualiter sic evenisset, temporibus retroactis, qd sedes predicti Episcopatus vacasset, tempore quo ipse, vel aliquis anteceſſorum suorum . . . . fuit infra etatem & in custodia progenitorum Domini Regis; Ita quod ipsi progenitores habuerunt inde custodiam, ut custod' de custodia, ratione minoris etatis sue seu alicujus anteceſſorum suorum.

Dicit etiam, quod quidam Ricardus de Clare, quondam Comes Glouceſtr' pater suus, cujus heres ipse est, fuit in seisina de predicta Custodia predictorum Maneriorum, tempore vacationis predicte sedis nuper preterite.

Et quod ipse, post mortem suam, in instanti vacatione predicte sedis intravit in custod' predictorum Maneriorum, ut in jure & hereditate sua,

Et de quo jure predictus pater suus obiit seis' & non per aliquam occupationem Domino Regi factam.

Postea apud Kyngesclypston, die Lune proxima post Festum Sancti Luce Evangeliste, anno decimo octavo, predictus Comes Glouc' & Hertford' reddidit Domino Regi id quod ad ipsum pertinuit de Advocatione & Custodia Episcopatus predicti, una cum collationibus Prebendarum & Dignitatum ejusdem, tempore vacationis Episcopatus illius, ut jus ipsius Domini Regis, prout scriptum ipsius Com', quod Domino Regi inde fecit, plenius testatur &c.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Et idem Dominus Rex postea, de gratia sua speciali, dedit et concessit, pro se & heredibus suis, eidem Com' & Johanne Uxori sue karissime, filie ipsius Domini Regis, advocationem & custodiam Episcopatus predicti, cum pertinen', Habend' & Tenend' de se et heredibus suis eisdem Com' & Johanne, cum Collationibus Prebendarum & Dignitatum Episcopatus illius, singulis temporibus vacationum ejusdem, ad totam vitam utriusque eorumdem Com' & Johanne; Ita quod, post decessum ipsorum Com' & Johanne, Advocatio & Custodia Episcopatus predicti, una cum Collationibus Prebendarum & Dignitatum ejusdem, temporibus vacationis Episcopatus illius, ad ipsum Regem & heredes suos integre revertentur, quieta de heredibus eorumdem Com' & Johanne in perpetuum: Salva Domino Regi & heredibus suis, in singulis vacationibus Episcopatus predicti, fidelitate ipsius quem in Episcopum ejusdem loci contigerit confirmari, prout Carta ipsius Domini Regis eisdem Com' & Johanne inde facta plenius testatur &c.

Dies datus est ei in proximo Parliamento post Pasch', et tunc veniet ostensur' Domino Regi munimenta sua, per que predictam Custodiam habere clamat &c. Postea datus est ei dies ad Parliamentum a die Sancti Michaelis in xv dies &c.

---

ff. (Dorſ.)

Willus de Kyrkeby, Magister Gwydo de Tylleprok, Phis de Euerdon, & Johannes Cotoun, Executores Testamenti Johannis de Kyrkeby quondam Elyens' Episcopi, attachiati fuerunt ad respondend' Willo Seruade, & sociis suis, Mercatoribus, de eo qd cum sex centum marce in denar' moneatis, quadringente et quinquaginta marcate auri & argenti, & aliarum marcandisarum, tradite fuissent Bourounsin Water, & sociis suis Mercatoribus, per ipsum Willm Seruade, & quendam Gerardum de Orilak, custodiende quousque idem Gerardus compotum reddidisset ipsi Willo & sociis suis, vel alio modo satisfeciſſet de bonis suis que eis debebat ad valenciam quinque mille librarum, prefatus Johannes de Kyrkeby predictas sex centum marcas & quadringentas & quinquaginta marcatas injuste, & contra voluntatem ipsius Willi Seruade, & sociorum suorum, deliberare fecit pro voluntate sua, ad dampnum ipsius Willi & sociorum suorum mille librarum; et inde producit sectam.

Et Wills de Kyrkeby, et alii Executores, ven' & defendunt vim & injuriam quando &c.

Et super hoc, tam prece ipsorum Executorum quam predicti Willi Seruade, datus est eis dies coram ipso Domino Rege & ejus Consilio, a die Sancti Michaelis in unum mensem, ubicunque &c.

Ad quem diem, predictus Wills Seruade optulit se quarto die versus predictos Executores de placito predicto. Et ipsi non ven'. Ideo preceptum est Vic' Norlit', Oxon', Cauntebrigg', & Leyc', quod distringat eos per omnes terras &c. Et quod de exitibus &c. Ita quod habeat corpora eorum coram ipso Domino Rege, in octab' Sancti Hillar' ubicunque &c.

Postea ad diem illum venerunt predicti Wills de Kyrkeby, & Magister Guido, & similiter predictus Wills Seruade. Set predictus Phis de Euerdon, & Johannes de Cotene coexecutor' non venerunt.

Et quia iidem Phis & Johannes, simul cum aliis Executoribus, alias in Curia comparuerunt, & diem ceperunt, videlicet a die Sancti Michaelis in unum mensem proxi'o preteritum, ut predictum est, Licet per rigorem Justicie predicti Willi & Guido soli compelli possent ad respondendum predicto Willo Seruade; Tamen, tam ex officio & equitate Curie, quam assensu predicti Willi Seruade,

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Seruade, & de bona voluntate ipſorum Willi de Kyrkeby, & Guidonis, datus eſt eis dies in octab' Purificationis beate Marie, coram Domino Rege, ubicunque &c.

Et dictum eſt eiſdem Willo de Kyrkeby, & Guidoni ut habeant prefatos Coexecutores ad diem illum, ad reſpondend' &c. alioquin quod ipſi ſoli reſpondebunt; & ipſi hoc idem conceſſerunt &c.

Poſtea predicti Executores recognoverunt ſe debere Willmo Seruat, et Reymundo de Sancto Clemente, & ſociis ſuis Mercatoribus de Cadurcis, quadringentas marcas; unde ſolvent eis, vel eorum uni, in quindena Paſche proximo futura, centum marcas, et in quindena Sancti Johannis Baptiſte proximo ſequen' centum marcas, in quindena Sancti Michaelis proximo ſequen' centum marcas, et in quindena Purificationis beate Marie proximo ſequen' reſiduas centum marcas: Et niſi fecerint, conceſſerunt quod predicta pecunia levetur de terris et catallis ſuis in Com' Northt' & alibi. Teſte Rege apud Eyueſham IV die Februarii anno &c. decimo nono.

Et pro hac recognitione, dicti Wills Seruat & Reymundus, pro ſe & ſociis ſuis predictis, remiſerunt dictis Executoribus omnimoda debita in quibus prefatus Epiſcopus eis, die quo obiit, tenebatur, ex quacunque cauſa. Et tam ipſos Executores, quam ipſum defunctum, inde quietaverunt in perpetuum &c.

---

ff. N° 41. Petitio Petri Malore, et ejuſdem Reſponſio.

PETRUS Malore, qui pro Matill', que fuit Ux' Elie de Rabayn, nunc Ux' ipſius Petri, & pro fil' predicti Elie ſequitur, venit coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio, ad Parliamentum ſuum poſt Paſch' anno regni ſui decimo octavo, et petiit, nomine ipſius Matill' qd̄ Dominus Rex record' quoddam in rotul' coram Radulpho de Hengham, & ſociis ſuis, nuper Juſticiariis ejuſdem Domini Regis ad placita ſua aſſignat' irrotulatum, de hereditate cujuſdam Stephani de Bayhus, & de contentione ejuſdem hereditat' habita inter predictam Matill' fil' predicti Stephani, & quendam Petrum Bandrat fil' cujuſdam Johanne, ſororis predicte Matill' & cohered' predicti Stephani, videret;

Et quod habito ſuper hoc Conſilio, errorem et defectum ejuſdem Recordi, ſi qui fuerint, precipere vellet emendari.

Dicit enim, quod in predicto Recordo manifeſte erratum eſt, in hoc, quod predicta Matill' ſine Brevi Domini Regis de hereditate ſua & de libero tenemento ſuo ducebatur reſpondere, cum ipſa Matill' hoc calumpniavit;

Et etiam, cum eadem Matill' ſimiliter calumpniavit, qd̄ predicto Petro Bandrat non deberet reſpondere de hereditate predicta, pro eo qd̄ extraneus fuit ad q . . . cunque ten' in regno iſto petenda, eo quod alienigena fuit, & natus in partibus tranſmarinis.

Et petit quod predictum recordum in hoc emendetur. Et quod Judicium ſuper Recordo illo redditum revocetur, ratione predictarum calumpniarum per ipſam Matill' tunc allegatarum.

Et quia, viſo predicto Recordo & intellecto, nichil de rationibus ſeu calumpniis predictis, quas predictus Petrus dicit predictam Matill' allegaſſe, tempore illo compertum eſt;

Et etiam quia predicta Matill' tunc temporis non dedixit quin predictus Petrus Bandrat fuit particeps ſuus hereditat' predicte;

Et etiam, quia Dominus Henricus Rex, pater Domini Regis nunc, conceſſit cuſtod' & maritag' predictarum Matill' et Johanne, fil' & her' predicti Stephani, predicto Elie de Rabayn, cujus ſeiſina quoad h . c fuit ſeiſina ipſius Domini Regis, ratione Doni ſui predicti; Et qui quidem Elias predictam Matill' poſtea deſponſavit, et predictam Johannam in partibus tranſmarinis maritavit, ad propartem ipſius Johanne ipſi Elie & Matill' ux' ſue apropriand', in exheredationem ipſius Johanne;

Et etiam, quia quicquid predictus Elias fecit de maritagio dicte Johanne, Hoc fecit ratione doni Domini Regis predicti ſibi inde facti, nec eſt juri conſonum, quod aliquis vel aliqua, ratione doni Domini Regis, exheredetur,

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Conſideratum eſt, quod Recordum illud & judicium ſtet ſuo robore; Ita tamen quod de cetero non trahatur in conſuetudinem quoad alios alienigenas; Et ita quod predictus Petrus habeat plenar' mediet' omnium terrarum & ten' cum pertinen', cum Feod' militum, Advocationibus Eccleſiarum, & omnibus aliis pertin' de quibus predictus Stephanus anteceſſor ſuus obiit ſeiſ' in dominico ſuo ut de Feodo, ad quorumcunque manus terre ſeu tenementa illa cum pertin' devenerint, non obſtante predicto judicio in predicto Recordo contento, per quod judicium conſider' fuit, quod idem Petrus recuperaret medietat' terrarum & ten' de quibus predictus Elias de Rabayn obiit ſeiſ', cum idem Petrus propartem ipſum contingentem de hereditate predicti Stephani, & non de hereditate predicti Elie, petiit ſibi reddi: Et que quidem hereditas prout decet nondum partita eſt.

Et quia idem Petrus totam propartem hereditat' predicte ipſum contingentem, cum omnibus pertin' ſuis, plenar' & integre Domino Regi reddidit, remiſit, & quiet' clam' de ſe & heredibus ſuis in perpetuum, prout per Recordum predictum compertum eſt,

Conſ' eſt quod eadem medietas integre & per omnia ipſi Domino Regi & heredibus ſuis in perpetuum remaneat; Et altera medietas remaneat predicte Matill' & heredibus ſuis in perpetuum. Ita quod omnes terre et tenementa de predicta hereditate, de quibus predictus Elias de Rabayn, & predicta Matill' quoſdam fil' ejuſdem Elie, ſeu quoſcunque alios feoffaverunt, aſſignentur proparti & medietati predicte Matill'. Et eadem Matill' ſequatur verſus feoffatos prout ſibi viderit expedire. Et etiam, quia predict' terre & ten' de quibus predictus Stephanus obiit ſeiſ' minus ſufficienter extenduntur, Preceptum eſt Vic' Linc' Norht' & Dorſ' in quorum Com' terre & ten' illa ſunt, quod om̃es terras & ten' illa, cum om̃ibus pertin' ſuis, feod' militum, & advocationibus Eccleſiarum, reextendant; Ita qd̄ Dominum Regem inde reddant certiorem, a die Sancti Michaelis in xv dies, ubicunque &c. per litteras eorumdem Vic' ſigillatas ſigillis ſuis & ſigill' eorum per quos &c.

Et dictum eſt predicto Petro Malore, qd̄ eodem modo ſequatur pro predicta Matill' et aliis, ſi ſibi viderit expedire &c.

MAGISTER Phis de Cornub' Arch' Wynton' ponit loco ſuo Willm Staleworth, de Fermeſham, verſus Henricum Huſe, de placito Tranſgr'. ff.

WILL̃S, perſona Eccleſie de Wanſted, ponit loco ſuo predictum Willm verſus prefatum Henricum, de placito tranſgreſſ'. ff.

WILL̃S de Kyrkeby, & Phis de Euerdon, Executores Teſtamenti Johannis de Kyrkeby, quond' Elienſ' Epiſcopi, po . lo . . ſuo Eliam de Ayleſbury, verſus Willm Seruade, et ſocios ſuos, mercatores, de placito debiti. ff.

NOMINA Executor' Johannis de Kyrkeby, videlicet Wills de Kyrkeby, Magiſter Gwydo de Tillebrok, Phis de Euerton, et Johannes de Coton. Et predictus Gwydo habet Attorn', videlicet quendam Edwardum de Neweham, quem Cancell' admiſit verſus Willm Seruade & ſocios ſuos, Mercatores, de placito debiti. ff.

A. D. 1290. 18 Edw. I. Placita de Parliamento apud Clypſton, a die Sancti Michaelis in unum Menſem, anno XVIII. A. D. 1290. 18 Edw. I.

ff. N° 42. Inter Bogonem de Knouyll Ballivum Dñi R. de Montegomery & Edmundum de Mortuo Mari. (m. 11.)

BOGO de Knouuill, Ballivus Domini Reg' de Monte Gomery, queritur Dño Regi de hoc, qd cum quidam homo Dñi Reg' de Monte Gomery, cujus nomen ignorat, interfeciſſet quendam hominem Epiſcopi Herford', pro qua felonia idem Homo Dñi Reg' fugiſſet in terr' Edmundi de Mortuo Mari, de Wygemor', Et ibi poſtmodum, pro quadam tranſgreſſione ſibi impoſita, fuiſſet captus & inpriſonatus, Idem Edmundus, licet per prefatum Bogonem & ſuos pluries fuiſſet requiſitus quod predictum Felonem ſibi nomine Dñi Reg' deliberaret, & ad Priſonam Dñi Reg' de Monte Gomery, ad ſtand' ibidem recto in Cur' Reg', ipſum Felonem eis tradere contradixit, et ipſum Felonem poſtea in Cur' ſua de Wygemor' ad ſectam parentum predicti interfecti, per judicium Cur' ſue, ſuſpendere fecit, in leſionem Libertatis predicti Caſtri Dñi Reg' de Monte Gomery, & contra Coronam et dignitatem ſuam &c.

Et Edmundus ven', nec poteſt dedicere factum predictum quin ipſe & Ballivi ſui factum illud fecerunt, ſicut eis imponitur. Et quoad hoc omnino pon' ſe in voluntatem et gratiam Dñi Reg'.

Et quia predictus Edmundus dedicere non poteſt quin predictum Felonem in Cur' ſua de Wygemor' judicavit, in leſionem Libertatis Dñi Reg' predicte, et contra Coronam & dignitatem ſuam manifeſte, & ſic ratione illius judicii Libertatem ſuam de Wygemor' omnino forisfecerit;

Tamen, de gratia ipſius Dñi Reg' ſpeciali, per ipſum Dominum Regem conceſſum eſt, quod predictus Edmundus ratione predicte tranſgreſſionis Libertatem ſuam predictam non amittat.

Et per ipſum Regem & Conſilium ſuum conſ' eſt, qd idem Edmundus pro tranſgreſſione illa remaneat in miſericordia centum marcarum.

Et quod idem Edmundus, in ſignum reſtitutionis Libertatis Dñi Reg' predicte, reddat predicto Bogoni, Ballivo Dñi Reg', quandam formam Hōis nomine & loco predicti Felonis.

Et preceptum eſt eidem Ballivo, quod formam illam admittat, & loco predicti Felonis ſuſpendere faciat, et ſuſpenſ' quam diu poterit pendere permittat &c.

Poſtea apud Aſſerugh', in Craſtino Epiphanie, anno XIX, predictus Edmundus queſtus fuit Domino Regi, quod predictus Bogo injuſte ſeyſire fecerat in manum Domini Regis Libertatem ipſius Edmundi de Wygemore.

Et idem Bogo ſuper hoc ad r . . . em poſitus, Dixit, quod quia predictus Edmundus predictam formam ei nondum reddidit, prout per ipſum Dominum Regem & Conſilium ſuum ordinatum fuit, ipſe predictam Libertatem ſeyſivit quouſque &c.

Et conceſſum eſt per ipſum Dominum Regem, quod Libertas ſua predicta ei replegietur quouſque formam predictam, loco &c. Ballivo Dñi R. de Monte Gomery ad Caſtrum de Monte Gomery reddiderit, in forma predicta.

Et cum hoc fecerit, Reddatur ei Libertas ſua pure & integre &c.

---

ff. N° 43. Inter Johannem de Hardelegh & Epiſcopum Winton'.

JOHANNES de Hardelegh, qui ſequitur pro Domino Rege, dicit, quod Epiſcopus Wynton' qui nunc eſt, & poſt transfretationem Domini Regis nunc in Waſcon', purpreſtavit ſuper ipſum Dominum Regem Advocationem Hoſpital' Sancte Marie Magdalene extra Suthpt' apropriando eandem Advocationem ſibi & Eccleſie ſue Wynton', in exheredationem Domini Regis manifeſtam.

Et unde dic' quod cum quidam Wills Balways Cuſtodiam predicti Hoſpital' ex dono Domini Regis optinuiſſet, et in plenariam poſſeſſionem ejuſdem pacifice fuiſſet, predictus Epiſcopus, jam quatuor annis elapſis, Domino Rege in partibus Waſcon' exiſtente, predictum Willm de predicta Cuſtodia ammovit, et eandem Cuſtodiam cuidam Roberto de Putte contulit, qui eam modo tenet, in exheredationem Domini Regis manifeſtam &c.

Et Epiſcopus per Attornatum ſuum venit. Et quoad Cuſtodiam predicti Hoſpital' dicit, quod ipſe nichil clam' in predicta Cuſtodia, nec in advocatione ejuſdem. Immo illam Domino Regi reddit, remittit, & quiet' clam' de ſe & ſucceſſoribus ſuis & Eccleſia ſua Wynton' Domino Regi, & heredibus ſuis in perpetuum: Salva ſibi & ſucceſſoribus ſuis, et Eccleſie ſue predicte, Juriſdictione in eodem que ad ipſos pertinet, auctoritate ordinaria.

Ideo conſideratum eſt, quod predicta Advocatio remaneat Domino Regi, & heredibus ſuis, quiete de predicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, et Eccleſie ſue Wynton' in perpetuum; ſalva ſibi & ſucceſſoribus ſuis, & Eccleſie ſue, Juriſdictione predicta &c.

Et preceptum eſt Vicecom' Suthpt' quod capiat Cuſtodiam predicti Hoſpital' in manum Domini Regis, cum pertinen' Et eam ſalvo cuſtodiat; Ita quod de Exitibus inde Domino Regi reſpondeat, donec aliud a Domino Rege inde habuerit preceptum &c.

Et, quoad Amotionem predicti Willi, bene defendit quod ipſe nunquam ipſum Willm de Cuſtodia predicta, auctoritate ſua propria vel ratione predicte Cuſtodie ſibi & Eccleſie predicte ſue Wynton' apropriande, amovit, nec predicto Roberto Cuſtodiam predicti Hoſpital' contulit, in exheredationem Domini Regis, ſicut ei imponitur.

Et de hoc ponit ſe ſuper Patriam: Et Johannes ſimiliter.

Ideo Preceptum eſt Vicecom' quod venire fac' coram Domino Rege, a die Sancti Hilar' in XV dies, ubicunque &c. XXIIII &c. Et qui nec &c. ad recognoſcend' in forma predicta. Quia tam &c.

Poſtea Recordum iſtud liberatur Gilberto de Thorneton, tenenti locum Regis, ut Inquiſitionem capiat in forma predicta, et ad Judicium procedat. Et judicium illud in Rotulis ſuis inrotulari faciat &c.

18 Edw. I. A. D. 1290. Petitiones coram Domino Rege ad Parliamentum poſt Feſtum Sancti Michaelis Anno regni Regis Edwardi XVIII°. A. D. 1290. 18 Edw. I.

Nº 1. (m. 1.) ADAM de Hoderington petit qđ Thomas de Normanvill vel Wills de Veſcy aſſignentur Juſtic' una cum Vic' Loci, ad audiend' & terminand' Tranſgreſſ' quas Agnes de Valenc' & Balli ſui in Wodeholm, & alibi in Comit', videlicet ad plura amerciamenta ad que amerciatus fuit in diverſis Curiis Dñi Reg' levavit de eo & hominibus ſuis injuſte.

Reſponſio. In Cancell' ĥeant bre formatum qđ ei inde reſpondeat.

Nº 2. STEPH'S de Peneceſtr' conceſſit Joĥne, Relicte Willi de la Garſton, qđ ſi conſtaret qđ ſit uxor ejus qđ redderet ei dotem. Modo conſtat per ĺras Epi Wynton'. Unde petit qđ dos ſua reſtituatur.

Reſponſio. Niſi reddiderit, ĥeat bre in Cancell' de dote. Et tamen Stephis conceſſit qđ ſi oſtenderit, per ſex probos homines de viſn', qđ ſit uxor ejus, paratus eſt ei reddere dotem ſuam.

Nº 3. VIRIDARII & Foreſtarii de Selwode dicunt qđ aliqui clam' Libertates in Maner' ſuis in eadem Foreſta, in prejudicium Regis: Et petunt qđ Juſtic' de Foreſta audiant gravamina et injurias Regi illata.

Reſponſio. Fac' Juſtic' de Foreſta qđ ſum̃ eſt.

Nº 4. WILL'S le Wlf petit qđ reddere poſſit viginti ſolid' pro Ballĩa, ſicut alii reddiderunt ante Robertum la Ware qui reddidit decem Marcas.

Reſponſio. Rex non decreſſet redditum.

§ IDEM Wills petit bre Regis pro levanda expedicone Canu' de tertio anno in tertium ann'.

Reſponſio. Fiat bre ſcđm aſſ'am Foreſte in Cancellar'.

Nº 5. JOH'ES de Briland, qui proſequitur pro Mercatoribus depredatis, et cujus executio ſuſſpenſa eſt ad clam' popli, petit qđ reſtituatur ad priſtinam proſecutionem.

Reſponſio. Ad plita coram Rĝ oſtendat petitiones ſuas, & ibi Juſticiam recipiat.

Nº 6. PAUPERES Homines de Norff' qui impetrarunt Juſtic' ad inquirend' de redemptionibus & injuſtis vexationibus eis factis per malitiam Johis de Brilond, & per procuratos Juratores, petunt qđ, inſpectis Inquiſitionibus coram R. de Hengham, ad malitiam puniend' procedatur.

Nº 7. QUIDAM Judei conqueruntur qđ quidam puer Judeus baptizatus fuit in Eccĺia Sči Clementis in in Suburbio Lond' contra voluntatem eorum, et petunt qđ Rex faciat eis Juſticiam.

Reſponſio. Rex non vult revocare baptiſmum: Et non queruntur de certis perſonis: Ideo nichil fiet.

Nº 8. WILL'S de Clernans queritur de Petro de Appelby, quod uſurario modo petit ab eo XIIII marc' quas ei debuit.

Reſponſio. Coram Ordinariis, & perquirat ſcđm legem terre.

Nº 9. JOH'ES de Weyland petit qđ, in preſentia partium, fiat alia Inquiſitio de quo Thomas de Weyland tenuit Maner' de Blakeſhale, Maneweden, & Aſcheden; que Maneria Comes Mareſcall' habet per Inquiſicoem procuratam per Homines & Villanos ſuos.

Reſponſio. H'eat aliam inquiſitionem; et vocetur Comes coram Inquiſitoribus.

Nº 10. CRISTOFORUS de Oxon' conqueritur de Stepho de Hamull' Mareſcall' Salom' de Roff' qđ de die in diem fugavit ipm de Aula plitorum & eum ejecit; ita qđ plitum ſuum proſequi non potuit: et inde conqueſtus fuit dicto Salom' qui eum liberavit priſone, propter quod perdidit Bre ſuum et Plitum ſuum. Et inde petit ſibi juſticiam exhiberi.

Reſponſio. H'eat Bre de Tranſgreſſione.

Nº 11. GALFR' de Hamll' petit qđ Rex concedat ei ſexaginta & decem acras terre vaſti, que capte fuerũt in manũ Dñi Rĝ pro vaſto Boſci, coram Rogero de Clifford; et que terra fuit Avi ſui; et qđ poſſit tenere terram predčam de Rege ad certum valorem.

Reſponſio. Fiat inde Inquiſitio.

Nº 12. HOMINES de antiquo Dñico Reg' de Stanlegh' in Ardern' qui ſolebant ĥere eſtoveria ſua in Boſcis ejuſdem Dñici Manerii, & largam paſturam tam ad porcos in pannagio quam ad alia Animalia, & nuces colligere, & Porcarias ĥere, ac Cheminas, ſemitas ad Eccĺiam, Mercatum, & Villas Abbtis ejuſdem loci, predictum Boſcum aſſertant, & tam illam placeam quam alias paſturas arravit; propter quod depauperantur & vivere non poſſunt, & inde petunt remedium a Rege.

Reſponſio. Veniant ad plita coram Rege record' plĩi ĥiti coram Juſtic' aſſignatis & ibidem fiat eis Juſticia.

Nº 13. GILB'S de Pyncebek narravit de dampnis ſuis in Banco, pridie, verſus Epm Lincoln' ad valñ centum marc'; Et Juſtic' non ponũt niſi centum ſolid'. Preterea paratus fuit verificare injuriam ſibi illatam in Com' Linc' per Homines ejuſdem Comit'. Juſtic', hoc denegantes, aſſignant ſibi Prĩam Lond'.

Reſponſio. Nondum injuriatum eſt, conqueratur poſt injuriam.

Nº 14. WILL'S de Twynham de Inſula de Mank petit Bre Reg' Vic' Lanc' qđ Juſtic' Doncaſtr' Matkory, & Will' fil' ejus de bonis ſuis ad valñ quinquaginta Marc' contra pacem.

Reſponſio. Ponatur in reſpectum quouſque per Cuſtodem Rĝ in Mank ſciatur qualiter ſe ĥuit & qualiter proceſſum eſt.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

ABBAS de Bruere implitavit Frēs predicatores Lond' in Gwy Aula, de uno Mes' ibidem; qui dixerunt, qđ non debeant respondere sine Rege qui eis Tenementa sua in puram Elemosinam confirmavit. Et quia Dñus Rex dēm Mesuag' eis non dedit, qđ respondeant ulterius eidem.

Nº 15.

Responsio. Si ita sit, ħeat Brē qđ procedatur in plito.

Nº 16. PH'S de Shilingford, Rads Albod, Exec' tes'ti Thes' Exon', detinent bonam ad valñ MCC marc' que Johes de Exon' legavit ad emptionem faciend' ad sustentationem quinque Capell' perpet' pro aīa Reg' H. qui eum promovit & sucs, in prejudicium Rx & obsequii divini, unde alias litteratorie moniti per Regem nich' facere curaverunt; unde petunt qđ Rex manū suam correction's.

Responsio. Mandetur iterato qđ si non fecerit veniat Rx in quind' Sce Trinit' respons' & executores ejus habeant eundem diem.

Nº 17. RIC'S de Berkeuill petit qđ Rex velit ei concedere exit' Maner' de Erdelee, de tempore quo Maner' illud fuit in manū Reg'.

Responsio. Respons' fuit per Regem in alio Parliam'.

Nº 18. JOH'ES de Sco Omero, & socii, Burgens' de Len, qui depredati sunt per quosdam homines de Seylond qui frequenter veniunt in Angl', petunt Brīa Rx qđ attach' ad respond' secundum consuetudinem regni.

Responsio. Ostendnt ubi possunt inveniri & ħeant brē qđ attach'.

Nº 19. (Dors.) MANDATUM fuit Custodibus regni Scotie, qđ satisfieri facerent Normanno Bast, Mercatori Angl' de bonis suis arestatis in Aberdene, et de injustis incarcerationibus, & de debito quod petebat ibidem; qui nich' inde fecerunt; et inde petit grām Regis.

Responsio. Fiat alias brē, ita qđ Burgens' respondeant, vel mandent Regi quare non faciunt emendas, vel sequatur coram Rege cum venerit ad partes illas.

Nº 20. ROB'S de Scales, qui habet quosdam tenentes qui ei Scutag' sua reddere contradicunt, petit qđ tenentes sui distringantur, qđ veniant recognituri si tenementa sua de Rege tenere debeant in Capite, vel de eo, & cui Scutag' sua solvere teneantur. Et, soluta sua portione, interim pacem ħeat de porcōne tenentium predcōrum.

Responsio. Solvat portionem suam, & interim pacem ħeat de residuo. Et qđ ħeat brē ad Scaccarium de premissis.

Nº 21. JOH'ES Godsalme invadiavit terram suam Hagino filio Magri Mosey, & idem Judeus vendidit terram illam Jacobo de Andil' & idem Jacobus Laurentio de Brok, quam terram Hugo de Brok nunc tenet; Et petit remedium qualiter ei debeat subveniri.

Responsio. In Cancell' ħeat brē.

Nº 22. WILL'S de Douor' petit, qđ possit habere ad firmam, pro extenta, quandam Escaetam que nuper accidit per mortem Rogeri Corbet in Chetington, usque ad legitimam etatem Hered'.

Responsio. Comes Glouc' clam' custodiam de feodo et Maritag' et ponatur ad Scaccarium, & ibi fiat Justicia.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

JOH'ES Fraunceys, detentus in prisona de Flete per annum et dimid' per preceptum Thome de Weylaund pro quodam compoto quod Agnes de Valenc' ab eo exigit, petit qđ scđm consuetudinem & legem Angl' possit deliberari.

Nº 23.

Responsio. Inveniat manucaptores coram Justic' de Banco, ad faciend' eidem quod justum fuerit in octab' Sce Trinitatis; Ita qđ si non venerit, revertatur ad prisonam. Et sciatur qualiter exivit sine brī & sine waranto.

Nº 24. COM'UNITAS Ville Glouc' conqueritur qđ potentes Ville multotiens ipsos talliarunt in modico tempore sine causa, et suplicat Dño Regi, qđ inquiri faciat de causa talliagiorum, & quantitate eorumdem, & ubi pecunia devenit, & in quos usus, unde depauperantur petunt eis subveniri in casu.

Responsio. Assignentur Egideius de Berkel' una cum Vic' ad inquirend' de premissis, et qđ inde certificent Regem & ejus Consilium.

Nº 25. THOMAS de Verdon, de Comit' Kanc', feoffavit Willm de Grey de xxx librat' terre, Ita qđ idem Wills refeoffaret eundem Thomam cum Agn' fil' ipius Willi post maritagiū inter eos inde contractum, et feofamentum predcm recogn' in Banco, & prefatus Wills similiter conventionem predcam: Set inde nich' est irrotulatum, nec Scriptura inde confecta, occasione favoris Thome de Weylaund, cujus sororem prefatus Wills duxit in ux'; nec prefatus T. refeoffatus est, nec fil' suam habet in ux'; & sic deceptus est ad dampnum ipsius c c libr' & petit inde remedium a Rege de gratia.

Responsio. Perquirat sibi per legem communem si sibi viderit expedire.

Nº 26. INQUISITIO remansit capienda, per mortem Regis Scotie, de quadam terra quam Prior de Kirkeham petit in Marchia Scotie, que capi debuit de assensu utriusque Reg' & per homines utriusque Regionis. Petit etiam idem Prior qđ Rex provideat qđ Inquisitio illa capiatur & Justicia fiat.

Responsio. Exspectetur inde quousque Rex fuerit in Scotia, qui possit consentire & jus suum vendicare.

Nº 27. MERCATORES de Hispan' & alii applicantes apud Suhtlm' & alibi cum Mercandisis de pondere conqueruntur qđ per deceptionem tronagii, & suptilitatem manuum ponderantium, decipiuntur de Catall' suis favore tenentium, quandoque per tres clavos vel quatuor, & quandoque magis & quandoque minus; unde clavus ponderat VI li. & dimid', & si deficiat dim' li. perdunt clavum. Unde petunt qđ Rex jubeat quod per ballancias ponderetur, vel aliud remedium inde fac'.

Responsio. Vocentur partes ad plita Reg' et ibi fiat Justic'.

Nº 28. PLURES de Poplo suplicant Dño Regi & Consilio, qđ assignentur aliquos de Cur' qui cognoscere possunt, & mandent Judicibus Eccliasticis, in quibus cāibus superšedere debent pro prohibitione, & in quibus procedere, prohibitione non obstante.

Responsio. Cancell' vel Capital' Justic' ħeat inde potestatem.

Nº 29. ABBAS de Faversham versus Homines de eadem Vill' prosequatur coram Steph' de Peneceſtr' cui liberatur sua petitio.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

PENDENTE lite coram Consilio, de decimis de Kirkethneyt et Lyntethneyt, inter Epm Karl' & Priorem ejusdem loci, et Personam parochialem; post defensum R, Prior innovavit contentionem, asportando corpus mortuum, in prejudicium Persone & pacis Reg': unde petit qd Rex ei Justic' faciat.

Nº 30.

Responsio. Sit in respectu quousque Inquisitio capiatur inter eos.

Nº 31. INQUISITIO capta inter Johem Curpel, & Abbatem de Derham, taxavit dampna Abbatis ad XL. s. & Justic' condempnaverunt ad x li. & petit inde remed'.

Responsio. Ad placita coram Rege fiat Justic'; et, si fuerit erratum, corrigatur. Rex vult quod solvat decem li. predictas.

Nº 32. MULTI de Civitate Lond' dicunt quamdiu Clerici & Ministri nunc in officio Civitatis existunt nuncquam fiet conquerentibus Justic', propter conspirationes & machinationes eorum, & propter favorem, et eo qd fuerunt cum illis de quibus querela fuerint & similiter de se ipis.

Responsio. Preceptum est per Consilium Auditorum querelarum in Civitate Lond' qd suspecti de machinationibus, & conspirationibus, & procurationibus, amoveantur ab officiis suis, donec Inquis' & querele terminentur, & qd Magister Wills de Corbrigg' hoc eisdem dicat.

Nº 33. PH'S de Holecumbe tulit record' placiti sui versus Walterum de Hunyton coram Gilberto de Thornton de falso judicio per Salam' de Roff' lato, & per Radm de Hengham confirmato; Et petit qd Rex precipiat prefat' G. qd judicium & confirmationem videat, & ei judicium inde faciat.

Responsio. Preceptum est Gilberto de Thornton & Sociis suis qd, visis recordis judiciorum, faciant justiciam, & errorem Dni Regi ostendat.

Nº 34. (m. 2.) ABBAS de Sco Edmundo petit qd Rex concedat Bre Thes' & Baronibus de Scaccario, qd fac' amerciamenta sua et Cartas suas allocari quas Rex ei confirmavit, & qd al . . . . . Thes' . . . .

Responsio. Rex precepit . . . . sicut & pro ceteris qd alloc . . . fac' & qd habeat Breve Thes' &c.

§ IT' petit qd precipiat Thes' qd tenere possit ulterius Maneria de Wellnehm, & Culus, que fuerunt Thome de Weyland, de feodo suo, donec dirronetur ad que debeat pertinere, Respondendo de exitibus, si debeat respondere.

Responsio. Restituantur ei Maneria donec discutiatur ad que debeant pertinere, Ita qd si non debeant ad eum pertinere, respondeat Regi de exitibus, in fine temporis, & non antequam discutiatur; et si debeant ad ipm pertinere, de dictis exitibus sit quietus.

Nº 35. RIC'US K . . . . qui, per preceptum Domine Regine Cons' Reg', accessit apud Rokeburgh in Scoc' ad perficiend' mandatum suum de dote Is' que fuit uxor Johis de Vescy, Idem Ric' incarceratus fuit ibidem per Alex'm de Maxton Constabular' Castri, & male tractatus, & in prisona detentus a festo Sci Hillar' usque ad med' quadragesime, ita qd interim mandatum Dom' Reg' in Angl' exequi no potuit, nec nunciis obviare, & providentias facere, prout ei injunctum fuit, nec mandatum Regine exequi, nec officium suum . . Balia sua excercere . . contempt' Reg' de x mill' libr', ad dampnu suum & dedecus M. M. li. Petit qd Rex provideat qd Justic' sibi fiat. A. D. 1290. 18 Edw I.

Responsio. Rex mandabit per Nuncios suos, quod Trans' illa emendetur, & veniat ipse coram eis & pet' &c.

Nº 36. JOH' Malet de Wylegby, Thom' fil' Gerardi, & Henr' de Offyngton, utlagati pro defalt' in placito transgressionis versus Willm de Knapham, qui postea satisfecerunt, petunt gratiam Reg' de utlagar' pardonand'.

Responsio. Rex no pardonabit nisi sciat pro qua trans'.

Nº 37. PRIOR de Huntyngdo' conqueritur qd Wills de Brumpton impedivit ass'm ultie presentationis sue de Ecclesia de Suho, que sepius venit ad Ba . . . n anno x°, ita qd transire non potuit antequam dedisset Johi de Cestesye, Clerico suo c. s. de Camera, ita fuit prolongatus qd Epus contulit Eccam per lapsum temporis ad grave dampnu suu.

§ IT' petit qd dca lra ei restituatur cum xxx li. quas inde percepit injuste.

Nº 38. MAGR' Johis de Clarel, qui amerciatus fuit ad cent' . . . . pro uno cervo capto & duobus lutr' capt' in foresta de Pek, per Duke . . de Clifford, Ricm de H . . . gge, & Willm frem ejus, & extraneos quos non novit, licet presentatum fuisset qd essent de familia sua, & hoc dum fuit in obsequio Reg' in Lumbardia, unde pet' gratiam Regis qd . . . . . c. li. pardonentur.

Responsio. Rex intellexit per record' Justic' . . . . . io n'l inde fiet . . . . solvat den'.

Nº 39. WALTER Godelak de Walinford pet' aliquam consuetudinem dari de qualibet Carecta de Marcandisis transeun' per viam inter Jowemersh & Newenham, propter profunditatem, ad emendationem ejusdem Vie.

Responsio. Rex n'l inde faciet.

Nº 40. MAG'R Thom' de Brerelowe, qui quandam terram emit de Thom' de Orreby, tenend' de Dno Rege, & diu fuit inde seis' Redd' inde XII d. Regi per ann' & quam Bogo de K . . . . ll cepit in manu Reg' post mortem feoffatoris sui, eo qd no petiit licentiam eam ingrediendi, Petit gram Regis qd terram illam tenere possit per idem servitiu' de Dno Rege.

Responsio. Fac' finem pro transgressione coram Thes' antequam terra restituatur ei, tenend' de Rege; Ita qd ad manum mortuam non deveniat.

Nº 41. JOH' de Merk, qui oneratus est versus Regem de servitio duorum Militum, in singul' scutagiis, auxiliis, releviis, unde unum feodum est in Com' Hunted' & allud in Com' Essex', que feoda R remittit, unde Religiosi partem inde tenent, & partem alii qui nullo modo de eo tenere clam', set de R pro parte, & suis feoffatoribus qui terras de antecessoribus ipius Johis tenuerunt; Petit qd Rex velit precipere, qd ten' feoda predicta distringantur pro arr' serviciorum suorum, & quod Regi respondeant inde in futurum, & qd ipe sit inde quietus in perpetuum; Salvo Regi servitio qd debet pro serjantia sua, & pro aliis terris suis.

Responsio. Veniant ad Scaccarium omnes tenentes & feoffatores, & respondeant Regi de servitiis & arr' &c.

ABBAS

A. D. 1290. 18 Edw. I.

ABBAS Sĉi Martini de Aderyngton petit qđ perquirere poſſit de feodo ſuo proprio xx acras terre & unum meſuag' in Aderyngton, que fuerunt Rogeri Robet, et xxviii acr' terr' que fuerunt Willi Geneye in Hampton juxta Arundel, & unam acram terre que fuit Willi Spacy in Aderyngton, & unam acram & dimid'

Nº 42.

Reſponſio. Habeat Inquiſition'.

Nº 43.

CONVERSI Lond' ſupplicant Regi quod precipiat Templariis & Hoſpit' qđ ſcrutar' fac' ſi que Carte in Theſ' ſua inveniantur que ſue ſunt, et qđ eis reſtituantur.

Reſponſio. Preceptum eſt Theſ'.

§ IT' cum ſint xxiiii & plures, & eorum ſuſtentatio eis non ſufficiat ad vitam, eo qđ ſolutio ſua ad Scaccarium multipliciter & diverſimode retardatur; petunt qđ placeat Domino Regi providere eis in Eccĩs vel Eſcaetis ad eorum vitam, exonerando Scaccarium ſuum, et interim quandam portionem de Judaiſmo ſuo ſibi fac' aſſignari.

Reſponſio. Rex cogitabit cum viderit tempus.

§ IT' pet' qđ Rex concedat eis imperpetuum Deodanda, licet modici ſint valoris, niſi Rex illa aliis conceſſerit.

Reſponſio. Concedit eis ad voluntatem ſuam.

§ IT' petunt quod Rex aſſignet eis cuſtodem qui ſciat & poſſit tam in Sp'ualibus quam in Temporalibus ipſos regere & . . orum negotia procurare.

Reſponſio. Preceptum eſt Cancellario quod provideat de idoneo Cuſtode.

Nº 44.

CUSTOS Capelle de Colney en Schoule, unde Adam de Stratton fuit Advocatus & Patronus, & modo Rex eſt Patronus, petit Cartas de terris & redditibus ejuſdem Capelle, que ſunt in Cuſtod' Reg' cum Cartis predicti Ade ſibi reſtitui.

Reſponſio. Reſponſ' eſt, Reſtituantur ei Carte, ſi non alios contingant, et precipiatur Cuſtod' earumdem qđ eas prefato Cuſtodi reſtituant.

Nº 45.

AMICIA de Haſtynges de Appelby, cujus frater, Nichs de Appelby nomine, interfectus fuit per Johem Fraunceys, & Robm de Appelby, & ſocios ſuos, de qua morte appell' inde fcm per Adam de Prynge conſ' fuit caſſatum, et Nichs de Stapelton, qui pro ſecta Reg' inde fecit Inquiſ' illam cepit extra Com' illum apud Novum Caſtrum, qđ diſtat per ſexaginta leucas a Comit' Weſtmerl' ubi felonia facta fuit, et hoc per parentes & confederatos felonum, in prejudicium R & pacis ſue; Unde pet' remed'.

Reſponſio. Reſponſ' eſt, Coram Auditoribus fiat eis juſticia.

Nº 46.

MARGARETA, que fuit Uxor Rogeri de Colevill, petit dotem ſuam verſus Willm de Sco Quintino, qui vocat heredem ad warran' infra etatem, & in cuſtodia Regis exiſtentem, Petit qđ Rex precipiat Ricardo de Brehus, Cuſtodi, qđ reſpondeat ita quod petitio dotis ſue non prorogetur.

Reſponſio. Dictum eſt Juſticiariis quod procedant, & quod Cuſtos reſpondeat.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

ABBAS de Creck cui Rex H. dedit decem li. redditus in Reyerſcrop in Comit' Norlit' ita qđ contingeret ipſum Regem dictum redditum rehabere qđ valorem eis faceret alibi, petunt qđ Rex eis alibi provideat, ex quo pater ſuus poſt ſeiſiam annorum dictum redditum reſumpſit.

Nº 47.

Oſtendant Cartam; qua viſa, reſpondebitur ei prout juſtum fuerit. Reſponſio.

Nº 48.

WILL'S de Nerford, qui habet in ux' unam de hered' Johis de Vallibus, petit quod Rex velit terminare cc li. quas Regi nunc debet ad Scaccarium.

Rex non fac' gram, nec fcm Theſ' mutabit. Reſponſio.

Nº 49.

STEPH'S de Aſſeby de Lond' petit quod Rex miſeriatur ſui, & concedere velit quod poſſit ingredi Civitatem Lond' & ſupervideri bona ſua que habet ibidem, que non vidit quatuor annis elapſis, & pereunt per ejus abſentiam.

Juret quod non faciet quicquam contra Regem, nec Coronam, nec contra Pacem, & Rex recipiet ipſum ad gratiam & ad moram in civitate. Reſponſio.

Nº 50.

PRIOR Karl' qui petit . . . . . mr annue penſionis de Eccleſia de Roubyry, ſupplicat Domino Regi quod audiatur verſus Dũm Jacobum de Iſpan' de jure & et arr' ejuſdem.

Oſtendat Regi qđ inde habet; quo viſo, Rex habebit inde conſilium. Reſponſio.

Nº 51.

SIMON de Ludgate, incarceratus de precepto Regis, cum Rogero homine ſuo, pro Bulla quam impetravit ſub baſtardia objecta filio ſuo in Cur' in prejudicium Reg' Epi & partiũ p . . . gram Regis ut deliberetur a priſona, ad defendend' filium ſuum infra etatem exiſtentem.

Inveniat manucaptores de ſatisfaciendo Regi, et deliberetur a priſona. Reſponſio.

Nº 52. (Dorſ.)

RAD'S Pypard, qui uſus fuit regalibus Libertatibus in Manerio de Twyford, poſt feoffamentum Reg' H. ſucceſſori ſuo inde fcm, & cujus Libertas ſeyſ' fuit in manum Domini Regis pro cauſa quam ignorat, optulit ad Scaccarium reddere annuatim ſex marc' pro eiſdem Libertatibus integraliter habend' ibidem tam de parte Johis Giffard per avunculum ipſius feoffati ibidem, cujus Libertas fuit in man' Dñi Reg' pro eo qđ alium titulum inde non habet quam feoffamentum predictum pro parte ſua quam prius habuit per Regem, Petit qđ Rex velit ei priſtinum ſtatum concedere abſque redditu, vel totum ei admittere pro redditu ſupradicto.

Conceſſum eſt per Regem, quod ille qui plus habet de terra plus ſolvat de redditu pro portione ſua, ſi poſſint concordare; abſque Vic' heat libertatem & reſpondeat de Dño Regi de firma. Reſponſio.

§ IDEM Rađs dicit quod, occaſione cujuſdam mandati quod detulit ad Scaccarium a Rege in Vaſcon' non fuit ei permiſſum habere ſeyſinam regalem libertatem in manerio predicto, pro quibus habendis ſibi & . . . . . ibus & heredibus ſuis integraliter finem fecit ad Scaccarium, & coram Juſtic' & dictas Libertates arentavit ad ſex marcas annuas; unde petit quo ex quo dictas Libertates hucuſque non habuit, ſicut Johes Giffard coram Rege recognovit, qđ de fine predicto & redditu predicto

A. D. 1290. 18 Edw. I.

predicto uſque ad ſeiſinam quam inde recepturus eſt per novam conceſſionem Reg', ut predictum eſt, ſit quietus.

Reſponſio. Conceſſum eſt per Conſilium, quod ſic fiat, & Baronibus de Scaccario mandetur in forma predicta.

Nº 53. EDWARDUS ſil' Rogeri de Clifton & Clementia Uxor ejus implacitaverunt Willm de Monte Canif' de Edwardeſton, Thom' de eadem, Ranulphum de eadem, per Breve de ingrū de uno Meſuag' & uno Molendino, & tertia parte Manerii de Lilleſeye, quouſque perdiderunt Breve ſuum per impriſonamentum ipſius Willi, et petunt inde gratiam Domini Regis.

Reſponſio. Veniat ad Bancum reſponſurus, & remittatur priſone.

Nº 54. JOH'ES de Garſton, qui habet Cartam Domini Regis quod non poneretur in aſſiſis jurat', amerciatus fuit ad x li. pro eo qđ non juravit coram Juſtic' de Banco, contra Cartas ſuas quas habet de Rege H. & de Rege nunc antequam eſſet Rex; et inde petit gratiam Domini Regis de pardonatione, & eo libentius qđ diu eſt qđ Domino Regi ſervivit, & languidus eſt, & multos pueros habet.

Reſponſio. Rex pardonat ei medietatem . . . . . de alia medietate.

Nº 55. TELARII Oxon' qui quindecim eſſe ſolebant ad reddend' Dño Regi XLII .s. per annum, modo non ſunt niſi ſeptem, & mendici; petunt quod propter paupertatem eorum reddant Domino Regi dimid' marc' per annum, vel parati ſunt reddere Domino Regi Cartam ſuam quam habent, & alibi commorari, & domos ſuas ibidem dimittere.

Reſponſio. Reddant firmam, vel recedant.

Nº 56. (m. 3.) RIC'S de Loges conqueritur qđ, propter eſſonium Euſtacii de la Hatche de ſervitio Regis, non poteſt hucuſque attincta capi quam impetravit contra eum, et petit quod Rex aſſignet ei tempus ut ei reſpondere poſſit ſine eſſon' de ſervitio Reg'.

Reſponſio. Dicatur Euſtacio, quod non fac' eſſonium de ſervitio Reg'; et mandetur Juſtic' quod eſſon' non recipiant.

§ IT'M Terra ipſius Rici cum Boſco capta fuit in manum Domini Regis, pro tranſgreſſione quam pater ſuus fecit dum fuit Foreſtarius de Kannock de feodo, et terra ſua reddita fuit per finem c. lib. & non Boſcus, unde petit quod Rex dictum Boſcum redd', ex quo nullus fuit exheredatus pro tranſgreſſ' foreſt', ut dicit, ſi moretur ſicut hactenus.

§ ID'M Rics dicit quod Eps ipm implitavit & excommunicavit, inponendo ei quod fecit cum perdere altum Cannok. Preterea dicit qđ Pria de Brewod ſolebat eſſe in foreſta de Cannok, quouſque Epi Ceſtr' impedierunt regardatores Foreſte ejuſdem, per ſententiam excommunicationis, quo minus poter.t officium ſuum excercere.

Reſponſio. . . . . Conqueratur de Epo, audietur.

Nº 57. WILL'S de Notyngham, Clericus, implacitavit Augm de Rypun in Curia Romana, per appellationem de Jure Eccleſie ſue, de qua ſpoliatur, per prohibitionem, impeditur ne proſequatur; petit quod Cauſam ſuam Eccleſiaſticam poſſit proſequi in Curia Romana, non oſtante prohibitione de privilegio Rx. A. D. 1290. 18 Edw. I.

Reſponſio. Rex non conceſſit quod privilegium ſuum infringatur, ſet inpetret infra Regnum ſi ſibi viderit expedire.

Nº 58. ABBAS de Fiſcampo petit licentiam cariandi meeremium ultra Mare, ad emendationem Eccleſie ſue.

Reſponſio. Rex conceſſit, & revocat ad voluntatem ſuam defenſum ſuum quod prius inde fecit.

Nº 59. ROGERUS de Martyneſton queritur de Magiſtro Willo de Luda, & de Rico de Waldechaf, qui convicti ſunt per Inquiſ' de rediſſia de LXIIII ſolid' redditus, & non permittunt ipſum habere ſeiſinam tenementi ſui, et inde petit Juſtic'.

Reſponſio. Vocentur partes & reſpondeant: Wills & Rics inpetrent de novo aſſm propter Inquiſitionem minus bene captam, & contra mand' Rx miſſum in Angl' & revocetur id quod actum eſt, et inquiratur ſi petens fuerat in ſeſia vivente anteceſſore hered' vel non, et ſecundum hoc procedatur ad judicium rite.

Nº 60. PRIORISSA de Amerbir', cui Rex conceſſit amerciamenta hominum ſuorum, petit ulteriorem gratiam, qđ Rex ei concedat fines & redemptiones hominum & tenentium, & exitus terrarum eorum, per diſtrictionem forisfactam pro defectu, et quod capere poſſit eſtoveria ſua in Boſcis ſuis ſine viſu for' & aliorum Ballivorum foreſte, et omnes ſint deafforeſtate, et quod ſi Libertatibus predictis, aut aliis eis conceſſis, hucuſq; uſi non fuerint.

§ IT'M Carte eorum allocentur ad Scaccarium.

Reſponſio. Rex precepit ad Cancell' qđ fieri faciat in forma proviſa.

§ IT'M petit qđ concedat qđ XXXIX .s. VIII denar' annui redd' quem percipere conſueverunt de Johe de Betyl, de Manerio de Woderowe membro de Melkelham, quam Regina Conſors Regis tenet, ei reddatur . . . . . cum ſecta tenentium de Woderowe extenditur ei in valorem ejus maner' qđ ħent de dono Reg' in valorem tertii precii . . . . . .

Reſponſio. Oſtendant qđ ita ſit, & Rex eis reſpondebit.

§ IT'M petit qđ Rex precipere velit Seneſcallo Nove Foreſte, qđ non diſtringat ipſam, & homines ſuos, pro cheminagio ſect' cur' hundr' & ſummonitionibus, unde quieti ſunt per Cartam Rx.

Reſponſio. Oſtendant Cartam Cancellar' &c.

§ IT'M petit Confirmationem Cartarum.

Reſponſio. Rex conceſſit, & gratis fiat.

Nº 61. PETR' de Noylace, Burgenſ' Caſtri Penn', & Arnulph' frater ejus, habuerunt ad feodi firmam quaſdam terras ibid' de Raterio de Duro forte pro M li. tu.n quas ei non ſolverunt ante mortem ejuſdem Aug' de moneta tunc ſeneſcall' Agmenſ' cepit ad opus Rx eaſdem terras retinend' pro eodem precio, ut propinquior & capital' Dūs feodi. Petunt qđ Rex permittat

A. D. 1290. 18 Edw. I.

mittat eis dictas terras tenere de gratia sua, cum parati sint solvere dicto Regi pecuniam suam.

Responsio. Rex inteligit, qd alias in partibus illis eis fuit respons' qd Rex solvit Denar' illos, et qd Terram illam non dimittet, cum sit ei in Castro suo necessaria.

No 62. WILL'S Barry petit qd Rex velit sibi concedere Balliam septem Hundr' de Kanc' tenend' ad totam vitam suam, vel ad terminum xx annorum, pro XII libr' annuatim Dño Regi solvend'.

Responsio. Rex precipit quod eat ad Scaccarium, & ibi faciat secundum quod Thes' & Barones providebunt, & cum eis poterit convenire.

No 63. FRATRES de Camel' Cant' petunt quod Wills de Hamelton possit eis dare unam domum quam habet in Villa Cant', ubi possint de novo edificare, quia modo manent extra Villam, ubi patiuntur in hieme multa & magna detrimenta propter inundationem aquarum, nec scolares ad eos accedere possunt ad Theologiam audiend' nec . . . . . ad Villam pro victu suo habendo.

Responsio. Respons' est, qd habeant Inquis'.

No 64. JOH'ES le Sauuage & Rogerus Frater ejus petunt quod Rex permittat & concedat eis solvere Vic' ad duos anni terminos redditum suum, quem reddere solebant ad sex anni terminos.

Responsio. Rex non mutabit terminos consuetos.

No 65. PAUPERES Homines de Lincoln' conqueruntur de cc marc' levat' de eis per tall' assẽ . . . per Osb̃m le Long, & XIX socios suos, divites, indictatos de concelamento Catellorum Judeorum dampnatorum; que cc marc' levari debuissent de eisdem indictatis, & non de Communitate ville predicte, & inde petunt remed'.

Responsio. Johes de Metingham, & Elyas de Bek, cum venerint ad partes illas, audiant partes; Et, si ita fuerit, tunc satisfaciant, & pauperes indempnes conservari, et inde Justiciam fieri.

No 66. HERES Radi Bugge, qui se obligavit pro Rege Ricardo de Bedeford per literas suas in M & C marc', petit quod Rex jubeat Hered' Ric̃i predicti qd litera obligatoria sibi reddatur, ex quo Dũs Rex eidem Ric̃o satisfecit.

Responsio. Fiat Breve heredi vel exec' Ric̃i de Bedeford, quod restituant, vel respond' quare non debeant restituere.

No 67. HOMINES de Cestrehyr', qui onerati sunt de servientibus pacis sustentand', petunt exonerari de oneribus statutorum Wynton' ne ampl' onerentur quam ceteri de regione.

Responsio. Rex non habet Consilium mutandi consuetudinem servientum, nec statuta sua revocand'.

No 68. RIC'S de Weylond, & Margeria de Muze, & Alienora fil' ejusdem Margerie, qui conjunctim cum Thom' de Weylond feoffati sunt de pluribus maneriis, ut patet per Fines factas in Cur' Reg', petunt qd, cognita veritate, restituantur eis maneria. A. D. 1290. 18 Edw. I.

Brevia sunt emissa. Responsio.

THOM' fil' Thom' de Weylond, qui feoffatus fuit conjunctim cum patre suo de quodam redd' in Massingham, petit illud idem. §

Respons' per Regem per se absq; petitione. Responsio.

JOH'ES de Weylond, qui conjunctim feoffatus fuit cum Thoma de Weylond de diversis Maneriis, petit illa eadem. §

Respons' est per Regem per se absque petitione. Responsio.

No 69. ABBATES Ordinis de Ciste'ns in Angl' petunt, pro paupertate sua, qd possent se apropriare de feodis suis propriis, ne deveniant ad alienas manus ad grave dampnum eorum.

Rex non habet Consilium nunc concedendi ita generaliter. Responsio.

IT'M pet' quod cum exempt' sint ab omni Jurisdictione Ordinar' preterquam de questione fidei, qd capco non procedat contra eos per . . . . onium alicujus Judicis Ordinar' preterquam de questione fidei, ut dictum est. §

Rex concessit qd aliter non fiat cap. . . quam fieri consuevit. Responsio.

IT'M pet' qd sint liberi in Angl' de passag' Mar', sicut hactenus fuerunt per Cart' Reg' & sicut quieti sunt ultra Mare. §

Sicut hactenus tempore Regis & Antecessorum suorum factum fuerat sic fiat in futurum. Responsio.

No 70. WILL'S de Wanton petit qd Rex concedat . . . . . super Inquisitione capta coram Justic' de Banco de quadam terra in Thaxsted in Comit' Essex'.

Concessum est. Responsio.

No 71. (Dors.) PUERI Willi de Parles, qui injuste fuit suspens' prout postea per confessionem aliorum lequebat, petunt qd Rex eis gratiam faciat de terris patris sui.

Rex nichil facere potest. Responsio.

No 72. HOMINES de Appelby petunt quod Rex faciat eis unum Molendinum aquaticum de firma sua xx marc' unius anni, sicut promissum fuit per Episcopum Elyens' et quod Rex concedat eis Tolnetum in Mercatis, sicut illi de Karliolo habent; Et dabunt Regi xx libris annuatim, ubi non dant modo nisi xx marc'.

Rex precipit Thes' quod inquirat cujusmodi commodum Rex poterit inde habere, & ad cujus dampnum vel nocumentum; Et, cum Rex fuerit inde certioratus, respondebit. Responsio.

IT'M depauperantur, quia non habent returnum Brevium, & alias Libertates per Cartas Reg' et Confirmationem Reg' eis concessas, & petunt inde auditores &c. et etiam de aliis transgressionibus. §

Ad Scaccarium audiantur, & Justicia fiat. Responsio.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Nº 73. ARCHID' Dorſ', qui clamat Juriſdictionem in Eccleſia de Wymburn' conqueritur qđ Inquiſ' inde facta nuper per preceptum Reg' facta fuit ipo inſcio & non vocato, et per Judicem ſuſpectum, Canonicum ejuſdem, & etiam per parochianos ejuſdem Eccleſie: Petit quod alia Inquiſitio fiat per Judicem ſuum non ſuſpectum, & Juratores non ſuſpectos, in preſentia ſua.

Reſponſio. Rex reſpond' quod ſi hec Inquiſ' ſibi non placeat, ipſe aliam fieri fac' pro voluntate ſua, & ibi non vocabitur, nec inde ſciet, quia inde vult certiorari qualiter inde debeat reſpondere.

Nº 74. ABBAS de Thorney, qui tenuit Hundr' de Normanneſcros per cartam Regis pro c .ſ. per annum reddend' Vic', & quod captum fuit in manum Regis pro retentione xx .ſ. ann' provenientium de Maneriis Abbatis de Burgo de Alneton & Pletton, petit Hundredum predictum ſibi reſtitui, et quod Domus ſua ſuſtineatur in eodem ſtatu quo ſolebat eſſe tempore predeceſſor' Reg'. Item dic' quod Judicium ſuum pendet ad ſccacarium, & prorogatur inter ipm Abbatem de Burgo de arrer' ejuſdem.

Nº 75. JOH'ES de Staunford, qui tulit quandam aſſiſam mortis anteceſſor' verſus Johem filium Reginaldi, Perſonam Eccleſie de Bedehalton, coram R. de Hengham, & T. de Sodyngton, de Manerio de Tekeham, ad quam reſponſ' fuit ei, quod idem Johes nichil clamat in Manerio predicto niſi ad voluntatem Regis, propter qđ Juſtic' predicti ſuperſederunt capt' ejuſdem aſſi'e & Eſcaetor cepit in manum Domini Regis Manerium predictum, petit quod Juſticia ſibi fiat, ne per hoc injuſte exheredetur.

Reſponſio. Remaneat terra in man' Regis, & vocentur partes & coram Juſtic' ad placita Regis, & ibi fac' Juſtic'.

Nº 76. JOH'ES fil' Johis Horn, & Alic' uxor ejus, quibus Rex conceſſit quandam Inquiſ' capiend' coram R. de Hengham, & Willo de Saham, de quadam diſſeiſina eis facta per Adam de Stratton, unde nichil ſit eo quod de officio ſunt amoti, unde pet' alios Juſtic' ſibi aſſignari.

Reſponſio. Coram Cancell' qui petita concedat.

Nº 77. ABBAS & Conventus de Langhedon, qui per caſus fortuitos ad tantam devenerunt inopiam quod opportebit de Conventu illo diſp'ionē fieri, niſi ſubveniatur, petunt quod Rex conferat ad relevationem ſuam quandam terram in Langedon, que valet octo marc' per annum, quam Rex dedit Willo Ciſſori Regine, tenend' ad vitam ſuam; iidem enim ſatisfecer' dicto Willo pro termino ſuo.

Reſponſio. Rex aſſignavit redd' illum alii, & ideo nichil inde fiet.

Nº 78. ABBATISSA beate Marie Wynton' petit quod Rex concedat ei ſex marc' redd' in Thenene Staundon, percipiend' de certis tenentibus, quem Adam de Stratton de ea tenuit per certum ſervic' ut Eſcaetam ſuam.

Reſponſio. Ad Scaccarium, ſicut reſponſ' eſt aliis ſupra in hoc caſu.

Nº 79. CUM Rex dediſſet Maritag' hered' Johis de Nevill Thome de Weylond ſine diſparagatione, Conqueruntur Amici ſui qđ diſparagatur in fil' ipſius Thome cui maritatur, poſtquam catalla ſua forisfacta fuerunt R in prejudicium Reg' . . . . . catalla & ad Regem debeat pertinere. A. D 1290. 18 Edw. I.

Reſponſio. Rex non poteſt revocare, quia bono zelo dedit maritag'.

Nº 80. REX Vic' Kanc' ſalutem. Precipe Willo de Valenc' & Johne uxori ejus, quod juſte &c. reddant nobis Commotum de Oſcelaw in Weſtwall', quod Canau ab Howel tenuit de Domino Rege Henrico patre noſtro, quod ad nos reverti debet ut jus & eſcaetam noſtram per forisfacturam predicti Canau, ut dicitur; Et niſi fecerint, tunc ſum' per bonos ſum' quod ſint coram nobis a die Sancte Trinitatis in xv dies, ubicumque tunc fuerimus in Angl' oſtenſ' quare non fecerint.

T. me ipſo apud Weſtm' xviii die Maii anno regni noſtri xviii.

Nº 81. LICET in Cancell' non ſunt niſi tres forme Brevium de Eſcaeta, Quia utlagatus, vel ſuſpenſus, vel Quia abjuravit regnum; tum quia Canau exivit contra R H. de guerra forisfecit Ten' ſua, nec utlagatus fuit, nec ſuſpenſus, nec abjuravit regnum &c. Et quia dur' eſſet in hoc Caſu ſi Rex excluderetur pro defectu Brevis, unde videtur a quibus iſtud eſt concedendum ſcđm ſtatutum.

Nº 82. ROB'S de la Ward conqueritur de Rađo de Hengham, qui poſtquam cepit iiii Inquiſ' qui ipſum quietarunt de tranſgr' coram eis facta, ut ei inpoſuit, nichilominus ipſum incarceravit in contemptum ipius, & grave dampnum, & contra conſuetudinem regni.

Reſponſio. Veniat Rađs de Hengham ad Placita coram Rege in quinden' Sci Johis Bapte ad ſectam predicti Roberti, & ibi fiat Juſticia de premiſſis.

Nº 83. PAUPERES & mediocres de Comit' Norff' qui deſtructi ſunt per Johm de Brilond, qui proſ' eſt contra eos pro Mercatoribus de Lubek, et qui miſſi fuerant in alio Parliam' ad placita coram Rege, pro eo quod proſecutio eorum eſt tedioſa, & ibidem ſequi non poſſunt propter ſuam paupertatem, petunt quod Rex aſſignet eis Juſtic' in Com' qui fac' eis Juſtic'.

Reſponſio. Sequantur placita ſua coram G. de Thornton, & ſociis ſuis Juſtic' ad placita Regis, quia alios Juſtic' non habebunt.

Nº 84. SIMON de Kyngeſemed, & Matill', Relicta Johis le Waleys, uxor ejus, quos Johes & Matill' Johes de Midelton, & quatuor partipes ſui, feoffaverunt de uno Gardino, & med' c & xx iiii acr' & trium virgatarum, & octo acr' prati, & viii. acr' Boſci in Netherhupton &c. que Ten' remiſerunt per Concordiam ſub duello factam contra Willm Giffard, unde record' adhuc habent ſub ſigillo Scaccarii, & poſt dyutinam ſeyſinam eorumdem, Hamo de Hauteryne qui adeptus partem Willi, procuravit radi Rotulos coram Juſtic' de Banco de Concordia predicta, & alia verba ſcribi, per quod habito recordo de Rotulamento raſo coram R. de Hengham, Idem R. non vocatis partibus, ipſos Simonem, et Matill' per breve R . . injuſte; Unde petunt, qđ de veritate predicta velit Rex cognoſcere, & juxta recordum ſuum priſtinam ſeiſinam liberar' vel aliter Juſtic' exhiber'.

Reſponſio. Veniant omnes nominati per Breve ad placita coram Rege in Craſtino Sancti Johis Bapte, & audiantur & diſcutiantur

A. D. 1290. 18 Edw. I.

discutiantur de veritate præmissorum, et postea Rex certificetur.

Nº 85. FR'ES Sci Lazari de Wynton' petunt sesi'am Hospital' Sancti Egidii quem habuerunt per Reg' & J. Elyens' Epm pro XL marc' quas percipiunt annuatim ad Scaccarium.

Responsio. Rex precipit Cancell' quod certificet Regem, post visitationem suam ibi factam, si Rex possit dictum Hospital' conferre absque prejudicio alicujus, Ita qd . . . eorum qui nunc feoffantur ibidem semper . . . in futur', Ita quod Rex exoneretur de feodo quod percipere consueverunt ad Scaccarium.

Preceptum est Thes' pro IIII mr solvend' ut acquiet' fac' de septingentis marc' pro arrer' XL marc' annuarum, & pro Hospital' habendo. Cancell' R. visitabit & de statu Regem certificabit.

§ IDEM Fres petunt quod Rex solvat eis $\frac{XX}{IIII}$ marc' pro quibus parati sunt remittere R. DCC marc' quas R. eis debet de arrer' feodi sui ad Scaccarium.

Responsio. Rex precipit Thes' quod satisfaciat eis de $\frac{XX}{IIII}$ marc' & recipiat quietanc' de predcis DCC marc'.

Nº 86. COUTASSA, que fuit uxor Rogeri de Clifford pris, petit gram R. qd no' distringat' p debitis que idem Rogus debet, ex quo nichil habet de eo nisi per Reg'.

Responsio. De dote sit quieta nisi sit exe . . ix . p aliis terris si quas het . esponde . . petitionibus prout tenetur.

Nº 87. AUGER' de Osebernby in prisona de Neugate detempt' ad sectam Dni Elye de Hamult petit gram Reg' qd venire possit coram Rege & respondere eidem vi . . . conquere . . de ipo veniant omes prisones forinseci in hoc ca . usq; ad Trim Lond' & exinde veniant coram Justic' ad plita coram Rege in psentia Elye de Hamult . . . . receptur' Et similit' pfatus Auger' ven . . coram pfatis ad diem.

Nº 88. AD' de Anney de quo Thom' de Weylons tenuit Man' de Ohus in . . . diate qd Maner' commissum est Abbti de Sco Edm' ad respond' Regi de exit' petit qd si possit doce & ostendere qd tenuit de eo . . . . & satisface possit Dno R' de anno & vasto & seisiam recupare.

Responsio. Respons' est ostendat . . . . ad scm, et si jus heat restitu . t' ei terra & ibi faciat f . ne p anno & vasto.

Nº 89. (m. 4.) MONIALES de Cesterhunte depauperantur per conbustion': petunt subsidium a Rege de gratia sua speciali & pro Deo.

Responsio. Nichil fiat hac vice.

Nº 90. ROB'TUS de Ufford petit quandam attinctam super Inquisitione nuper capta coram Thoma de Weylond, pro Com' Maresc all', de Wrecko Maris extra feodum Com' in Brandreseye, qd Manerium idem Robtus et Prior de Bothele tenent.

Responsio. Conceditur qd in Cancellar' fac' ei Breve . . . . .

§ IDEM Robertus pet' qd dcs Rex fac' ei recompensationem de IIII^or libr' & XIIII s. reddit' pertinen' ad sokam de Wyk' in Gipiwyco qm habet de dono Reg' quos Wills de Rothing, dum fuit Custos de Gipiwyco, ei subtraxit.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Sequatur versus heredes W. de Rothing de arrerag', Et ostendat Cartam, et fac' ei deinceps secundum tenorem Carte. Responsio.

Nº 91. HOMINES de Wycumbe de Com' Wylt' petunt attinctam de Jurata capta in Cur' nostra Reg' de Marleberge de uno Messuagio cum pertin' ibidem, & que attincta cap' coram Rogero le Rus, & sociis Justic' assignatis.

Responsio. Veniat recordum et postea petat attinctam.

Nº 92. PERSONA Ecclesie de Phillingham, qui petit decimas de Abbate de Blanka Landa, quas percip' in parochia sua, de dono Antecessorum Hugonis de Bardof, petit quod possit procedere in placito in Cur' Christianitatis, non obstante prohibitione per quam impeditur.

Responsio. Cancellar' respondeat, vel Capital' Justic' ad placita coram Reg' si proceder' debeant Judices vel . . proceder'.

Nº 93. Essex'. GILBERTUS filius Willi de Dunmawe & Clemens de Coxham petunt quandam attinctam super quadam Jurata capta coram Domino Thoma de Weylond de placito transgressionis versus Johannem filium Herberti de Herlawe, & non assignat causam.

Responsio. Nichil fiat inde quia in plito transgressionis Rex non . . . et . . . coram Auditoribus . . . querela agitat'.

Nº 94. CRISTIANA, que fuit Uxor Simonis Robly, dimisit dotem suam Ade de Stratton ad firmam pro LX sol. per annum, unde XVIII libr' ei a retro sunt; petit qd Rex velit ei suam rest . . . r' & ipm ad satisfactionem compeller'.

Responsio. Ostendat Cartam coram Cancellar' qd ita sit, et dos reddetur ei, et sequatur Breve versus dictum Adam de Denar'.

Somers' § PETIT etiam eadem Cristina qd Rex fac' ei justic' de quodam prato in Stratton, qd eadem Cristina vendid' predicto Ade, redende ende eid' Cristiane per annum I denar' & qd Com' Hereford' ten' ex redditione Dni Reg' per quandam Inquisitionem captam de Terris quas prefatus Adam tenuit de predicto Com', at si dictus Adam predictum pratum teneret de eadem Cristiana, pet' de Com' terram suam vel pratum qui illud habet per Inquisitionem, ut liberum ten' & escaetam.

Nº 95. WALTERUS de Wymborne attachiar' fec' Wilm de Pateneye, per Marescall' Reg', ad respondend' subito coram eo de libero Ten' suo querelam Agn' de Sparkeford, sine br'i, & Inquisic' inde cepit per homines transeuntes & non premunitos per bre . . . . sc non posuit . . . . . propter quod ejectus fuit de Terra sua, & Agn' in seysyna, et feoffavit Reginam q . . modo ten' Un' pet' Willms filius suus qd Rex velit de predicto facto recognoscere, & precipere qd Terra predicta filio suo restituatur.

Responsio. Vocentur Walterus de Wymborn & attornati Regine, Et veniant partes in quindena Sancte Trinitatis coram Justic' ad Placita Reg', & fiat justicia coram eis.

A.D. 1290. 18 Edw. I.

Nº 96. WILL'M'S de Stratton petit quod Rex velit ei restituer' Manerium de Schuesle & Eggeswer', & unum messuag' & unam carucatam terre in Titeburst, & IX acr' prati in Mariseo de Parva Stanmere, de quibus predictus Wills feoffatus fuit & seysitus . . . . . Adam de Straton frater ipius Willi, sicut patet per Cartas feoffamenti predictorum Tenementorum q̃ fuit in Custodia Magistri Willi de Luda, quas quidem Cartas idem Willms supplicat Domino Regi qd̃ ei restit' fac'.

Responsio. Videantur Carte, & veniant feoffatores et Capital' Dñi in crastino Sancti Johannis Baptiste coram Justic' ad Placita Regis, et fiat Justic' coram eis.

Nº 97. WILL'M'S de Chambirnon petiit versus Abbatem de . lme dimid' carucat' terre in Banco de Manerio de Brampton, qd̃ habet de Reg' ad firmam, qui non potest inde respond' sine Reg' ut dicit. Et predictus Wills dic' qd̃ non est de eodem Manerio, et petit quod inquiratur, & Justic' non procedunt ad inquis': petit qd̃ Rex precipere velit quod procedant.

Responsio. Preceptum est quod, in presentia Pet' Abbatis, Justic' procedant ad inquirendum; Et, si non sit de Manerio, respondeat Abbs ulterius. Et, si id quod petitur sit de Manerio, certificetur R̃ ut habeat Consilium.

Nº 98. HENR' de Stratton petit quod Rex velit precipere Mag'ro Wilto de Luda quod reddat ei unum scriptum obligatorium annue pensionis XL s̃. sub nomine ipsius Henrici factum per Priorem et Conventum de Bermundeseye; quod scriptum residet inter scripta Ade de Stratton fratris sui, que sunt in custodia Domini Regis.

Responsio. Vocetur Prior si sciat dicere quare non debeat ei scriptum restitui coram Justic' ad Placita Regis in crastino Sancti Johannis Baptiste.

Nº 99. WILL'S de Morlee, qui desponsavit Johannam Relictam Willi de Rothing, que feoffata fuit cum viro suo de quibusdam terris quas Rex seysivit, et pet' eas sibi restitui.

Responsio. Quia Terra empta fuit de denar' Reg', Rex non tenetur ei terram restituer' ut sibi videtur, set si velit firmas & wardas recipere, & debita solvere, habeat terram, soluta pecunia.

Nº 100. EMMA filia Ricardi de Gilmanneby, & Isabell' soror ejus, pauperes, petunt attinctam super Inquisitione pridie capta in Banco inter ipsas et Johm Deba.

Responsio. Conceditur ei.

Nº 101. GILBERTUS de Humfravill' pet' licensiam quod possit feoffar' Gilbertum filium suum primogenitum et Margaretam uxorem ejus de Manerio suo de Querton, Tenend' de ipso Gilberto patre suo tota vita ipsius patris sui, Et postea decessum suum de Capitalibus Dominis feodi illius per servitia inde debita et consueta &c.

Responsio. Rex non vult aliquem medium, Et ideo non concessit.

Nº 102. ROBERTUS de Rogate, cui promissum fuit per Episcopum Bathon' nomine Regis quod Rex provideret alicui de liberis suis pro Carta de Spigurnar' quam Reg' reddit, petit quod Rex provideat Filio suo de Garisona. A.D. 1290. 18 Edw. I.

Responsio. Rex precip' Cancellar' quod conservet eum indempn' ut promisit.

Nº 103. PRIOR de Warham petit licensiam Reg' ut possit recipere duas Carucatas terre de Petro Docket de Corf unde prius habuit Inquisition' & modo assensum Capital' Domini, prout ei responsum fuit per Reg'. in alio Parliamento.

Responsio. Concessum est ei, viso assensu Dñorum.

Nº 104. MAGISTER Johes de Luco, qui amerciatus fuit ad viginti libr' quia cepit sex libr' et XII denar' qui ei debebantur nomine Domini Parceuall, de Waltero Persona de Mulso Decano suo, qui fugerat pro indictamento de morte cujusdam hominis, & cujus catalla forisfacta fuerunt Domino Regi, & petit inde gratiam Domini Regis pro Domino suo Parceuall.

Responsio. Solvat amerciamentum.

Nº 105. . UGO de Audele petit quod Rex velit ei dimittere terram de Pentelin citius quam alii ad feodi firmam pro valor'.

Responsio. Nondum committ' ad firmam, set, si dimitteretur, ei dimitteretur.

Nº 106. WILL'M'S de Wotton et Matild' uxor ejus petunt gratiam Regis de attincta habenda de Inquis' male procurat' super quodam Brevi de ingressu inter ipsos et Willm Pannell.

Responsio. Concessum est per Regem.

Nº 107. (Dors.) PRIOR et Conventus de Gisseburn pet' quod Dominus Rex concedat eis quod de licentia possint sibi apropriar' Ecclesias de Ossington, Beringham, et Hessarton, que sunt de advocatione sua propria, ad relevationem Prioratus sui per infortunium nuper combusti, cum Libris, reliquiis, et aliis que heat in eodem.

Responsio. Rex concessit quantum in ipso est.

Nº 108. ROGERUS Tyrel de Com' Salap' petit quod Dominus Rex velit atterminar' XXXVI libr' quas ei debet, sicut ei atterminar' promisit.

Responsio. Rex respondebit cum sibi constiterit de causa debiti.

Nº 109. ABBAS de Wardon', cui Rex H. concessit XX marc' annuas, pro jactur' suis in obsidione Bedeford, ad Scaccarium percipiend' quousq; d. x libr' terre ei providisset, de quibus satisfactum est ei usque ad sextum annum Reg' nunc, Petit quod Dominus Rex ei satisfac' de predictis x marcis annuis, et arrerag' eorumdem, vel provideat ei de x libratis terre, juxta promissionem predictam.

§ IDEM petit gratiam Regis de eo amerciat' fuit ad XL s̃. in ultimo Itinere Hertf' pro defectu communis summonitionis dum Abbatia vacavit.

A. D. 1290. 18 Edw. I.

Nº 110. EDMUNDUS frater Regis petit quod Dominus Rex velit ei concedere eſcambium de tribus feod' militar' que habet in Com' Lanc' pro aliis tribus feodis alibi; unde Inquiſitio retorn' eſt ad Scaccarium ℞ et p̃ſens ſigillta.

Reſponſio. Rex fac' extent' de feod' Domini Edmundi; Et Rex viderit valorem ex utraque parte, reſpondebit.

Nº 111. PETR' Atteſtrete, ſerviens Matr' Reg', petit 1 domum in Glouc' de dono Reg' ſibi conceſſit ad terminum vite ipſius Regin' ut dic'.

Reſponſio. Rex conceſſit quod teneat domum Matr' ſue, quouſque aliud audie'it inde.

Nº 112. CIVES London' petunt quod Rex velit ei priſtin' ſtatum ſuum, ſcilt major̃m concedere, & antiquas libertates.

Reſponſio. Rex non habet inde conſilium, quia ſunt in bono ſtatu ut ſibi videtur; Et hac vice ſtatum non mutabit, ex quo o͂ia bn̄ fuerunt et etiam ſunt in pace, et null' comod' appar̃t.

§ IT' petunt quod Rex appon' remedium de eo quod alienigene Mercator' dominantur & ditantur de Mercandiſis in Civitat' & Cives depauperantur, qui onera ſuſtinent quotiens neceſſe eſt: non enim conſueverant morar' ultra quadraginta dies, infra quos ſolebant vendere aliis de regno, qui de lucro vivebant, Et nunc extranei illud lucrum aſportaverunt.

Reſponſio. Rex intend' quod Mercatores extranei ſunt ydonei, & util' Magnatibus, et non habet conſilium eos expellendi.

§ ITEM petunt Muragium, propter deteriorationem Murorum.

Reſponſio. Rex non videt quod ſit neceſſe.

Nº 113. EPISCOPUS Exon' cui Rex conceſſit quod dare poſſit Manerium ſuum in elemoſinam Capitulo Oxon' petit quod illud dare poſſit Monialibus de Legh' que pauperes ſunt.

Reſponſio. Redd' literam ſi quam habet a Rege de conceſſion' et eandem formam habeat pro Monialibus.

Nº 114. TOT' Com' Suthamton' offerunt Regi ducentas marc' per ſic quod Rex velit quod Magna Carta teneatur de articulis Foreſte, Ita quod terre ſue deafforeſtantur, prout in eadem Carta continetur.

Nº 115. HOMINES de Chardeboht, qui per Cartam Regis non debent extra villam reſpondere, petunt quod Juſtic' Domini Edmundi Fratris Regis, qui diſtringnt eos ad reſpondend' apud Pikering, de articulis foreſte, et eos amerciar̃t ad XL li. quia non venerunt ibidem, ubi non ſolebant venire, & amerciamenta in utroque Itinere ad opus Regis habere; Et nunc aliter facere compelluntur.

Nº 116. CONVEN' inter Mathm de Forneus, & Simonem de Monte Acuto, cui quiet' clam' jus quod habuit in diverſis terris, quas patebat pro octo libratis terre et quadraginta libratis redditus ad vitam ſuam; Unde Cyrographum retardatur, pro eo quod idem Simon poſtea feoffavit Reg' de terris ſuis poſt mortem ejus, Pet' quod Rex jubeat Cyrographum levar'. A. D. 1290. 18 Edw. I.

Nº 117. ALIANORA de Wautham conqueritur de fraude ſibi facta per Attornatum ſuum. Continetur in petitione ſua veteri rotulo atachiata.

Nº 118. FR'ES Hoſpital' Sc̃i Michii de Porteſmwe petunt gratiam Dn̄i Reg' de Quindecima, & Triceſima, que ab eis exiguntur ad Scaccarium. Unde Rex eis facere promiſit de p̃donis; Et inde petunt Breve Reg' ad Scaccarium.

Nº 233. Eborum. INQUISITIO facta per T. de Normanvill, et W. de Veſcy, utrum Rex ſit in ſeyſina de ſervitio quod dicitur Gildabile, proveniente de terris & ten' a loco qui dicitur Manſlaghtre ſuper Montem de . . othowe uſque ad Kirkeby Malſard, ſcilicet per totam Terram Rogeri de Moubrey.

Reſponſio. Reſponſ' eſt, Attachietur Com' Richemund' . . . . ad reſpond' de Injuriis Domino Regi illat' coram Juſtic' ad placita R̃ et alii Ballivi ad reſpond' Willo de dampnis.

Nº 234. Eborum. RANULPHUS de Nevill petit quod ipſe dare poſſit Priori de Kyrkeham ducentas acras Mariſci in Hoton Viſcunt. Unde Inquiſitio.

Reſponſio. H'eat Inquiſition' ſecundum novam formam.

Nº 235. Wyk'. RIC'US de Manſton petit quod ipſe dare poſſit unum meſuagium & duas carucatas terre in Dunheuede Abbatiſſe & Conventui de Shafton. Unde Inquiſitio.

Reſponſio. H'eat Inquiſ' ſecundum novam formam.

Nº 236. Eborum. INQUISITIO facta per Thom' de Normanvill quantum novem Toſta & quatuor Bovate terre et dimid' in Killing, & Beghum, valeant per annum, in omnibus exitibus.

Reſponſio. Reſponſ' eſt, quod adeat Scaccarium, et Rex bene erit contentus de facto Theſ' & Baron' in hoc caſu.

Nº 237. Exped'. INQUISITIO facta pro Petro filio Elye Rabayn de quibuſdam terris & ten' in Ware Bayns, de quibus Elyas Rabayn pater ſuus ipſum diu ante mortem ſuam feoffavit.

Nº 238. INQUISITIO facta de viginti libr' quas dictum fuit quod Wills Attelythe debuit inveniſſe inter Wycumbe et Ouhandandedecruche, et eas malicioſe concelaſſe &c.

Reſponſio. Rex pardonat ei predictas viginti Libras.

Nº 239. Somer'. (Dorſ.) RECORD' Johannis Cury Rivel, capti & detenti in priſona de Somerton, pro morte Ricardi de Gorwelle, interfecti apud Taunton; unde rectatus eſt, et ipſe ſe inde po . . in patriam. Juratores dicunt ſuper

A.D. 1290. 18 Edw. I.

ſuper ſacramentum ſuum quod, mota contentione inter predictos Johannem et Ricardum, in quodam Crofto quod vocatur Aufreys Croft, quod incluſum eſt inter duas Riparias, per quam contentionem dictus Ricardus traxit cultellum ſuum verſus predictum Johannem, volens ipſum Johannem cum eodem cultello percuſſiſſe et interfeciſſe, Idem Johannes hoc videns, et propriam mortem dubitans, fugit cum clamore levato. Et cum vidiſſet ſe nullo modo evadere quin eſſet ſubmerſus in Riparia, et revertit ſe, & percuſſit ipſum Ricardum ſub auricula dextra; per quod ſtatim obiit. Et dicunt aperte quod hoc fecit ſe defendendo.

Reſponſio. Habeat pacem Domini Regis.

Nº 240. INQUISITIO facta per Henricum de Bray tunc Exchaetorem, quantum terre Radulphus de Gateleye ſenior, qui diem clauſit extremum, tenuit de Domino Rege in capite die quo obiit; Et quantum de aliis; Et per quod ſervitium; Et quantum terre ille valeant per annum in omnibus exitibus; et quis propinquior heres ejus ſit &c.

Reſponſio. Quia diverſi tenentes tenent tenementa petita de dono & feoffamento Radulphi patris Radulphi qui nunc petit, de ſeyſina Radulphi ſenioris avi ſui perquirat ſibi per legem . . . . &c.

Nº 241. Lanc'. ROGERUS filius Johannis de Halewelle, nuper captus & detentus in priſona Lanc' pro morte Ricardi Smaltrot quem interfecit ſe defendendo, ita quod mortem propriam aliter evadere non potuit, ſicut Inquiſitio inde facta expreſſe teſtatur, ſupplicat Domino Regi, pro Deo, quod ipſe velit ei condonare mortem illam et ei inde concedere cartam ſuam.

Nº 242. Suſſex. ROGERUS de la Ware petit quod ipſe dare poſſit Abbati et Conventui de Begeham unum meſuagium et unam carucatam terre cum pertinen' in Eyſete. Unde Inquiſitio.

Reſponſio. Habeat Inquiſitionem ſecundum novam formam.

Nº 243. Cantebr'. WILL'US de Hamelton petit quod ipſe dare poſſit Fratribus ordinis Beate Marie de Monte Carmeli de Cantebr' tria meſuagia cum pertinen' in Cantebr'. Unde Inquiſitio.

Reſponſio. Habeat Inquiſitionem ſecundum novam formam.

Nº 244. Glouc'. ROBERTUS le Hunt petit quod ipſe poſſit dare Abbati et Conventui Eccleſie Sancti Petri Glouceſtr' medietatem unius virgate terre in Upton. Unde Inquiſitio.

Reſponſio. Nichil ei fiet, quia ad dampnum Domini Regis.

Nº 245. Deron'. WILL'US Ernewey petit quod ipſe dare poſſit unum meſuagium et unam carucatam terre cum pertinen' in Legham juxta Plumpton Priori et Conventui de Plumpton. Unde Inquiſ'.

Reſponſio. Nichil ei fiet.

A.D. 1290. 18 Edw. I. Nº 246. Cantebr'. CECILIA, filia Walteri filii Willi de Sancto Edmundo, quod ipſa dare poſſit Magiſtro et Fratribus ordinis de Sempringgham duas acras terre cum pertinen' in Cantebr' et Advocationem Capelle Sancti Edmundi ejuſdem Ville.

Nº 247. Lanc'. INQUISITIO Rogeri filii Johannis de Halewelle capti et detenti in priſona de Lanc' pro morte Ricardi Smaltrot, unde rectatus fuit.

Juratores dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod, die Dominica prox' poſt Feſtum Sancti Johannis Baptiſte, anno regni Regis nunc ſextodecimo, venit predictus Ricardus Smaltrot ad domum Elye de Lenere, et ibi invenit predictum Rogerum, ubi cito cepit litigare cum eo: Et ibi dictus Ricardus percuſſit ipſum Rogerum cum quodam baculo. Johannes de Halewelle, pater predicti Rogeri, hoc vidit, et inter eos voluit pacem facere, & non potuit, cauſa dicti Ricardi, qui ſemper voluit plus percutere dictum Rogerum, et ea de cauſa idem Rogerus fugit infra portam, et Johannes, pater predicti Rogeri, clauſit dictam portam. Dictus Ricardus hoc videns fregit quandam parvam portam, et intravit, et ſecutus fuit dictum Rogerum, cauſa ipſum occidendi, uſque ad parietem cujuſdam domus, ubi idem Rogerus ultra non potuit evadere, et ibi ſe retrovertit, et percuſſit dictum Ricardum, unde habuit mortem. Et hoc fecit ſe defendendo, quia aliter evadere non potuit. Et ideo petit dictus Rogerus, qui pauper eſt, et nichil habet in Bonis, quod Dominus Rex velit pro Deo condonare ei ſectam ſuam; Ita quod ſtet recto ſi quis verſus eum inde loqui voluerit.

Reſponſio. Dūs Johs Wogan recepit Attorn' p Canc'.

Nº 248. JOHANNA, uxor . . . . de Valencia, ponit loco ſuo Milonem de Weſeford verſus Dominum Regem et Alienoram Conſortem, de Plto.

Nº 249. Ceſtr'. (m. 10.) HUGO Payn petit quod ipſe dare poſſit Fratribus de Monte Carmeli ſeptem meſuagia in ſuburbio Ceſtr'. Unde Inquiſitio.

Reſponſio. Habeat Inquiſitionem ſecundum novam formam.

Nº 256. Devon'. JOHANNES de Valletorta, de Chepyngtanton, petit quod ipſe dare poſſit Fratribus de Monte Carmeli Briſtoll' unum meſuagium in Sutton, quod vocatur la Lake. Unde Inquiſitio.

Reſponſio. Habeat novam Inquiſitionem.

Nº 251. Cantebr'. ROBERTUS de Tybotot petit quod ipſe dare poſſit Priori & Conventui de Cruce Royſ' viginti ſolidatas decem & octo denaratas annui Redditus. Unde Inquiſitio.

Reſponſio. Habeat novam Inquiſitionem.

A. D. 1291. 19 Edw. I.

Placita de Parliamento apud Aſsherugg' in Craſtino E'ph'e Anno XIX.

A. D. 1291. 19 Edw. I.

Nº 1. Inter Margeriam Uxor' Thome de Weylaund, & Com' Glouc'. (m. 12.)

MARGERIA de Moſe, uxor Thome de Weylaund, & Ricardus, filius ejuſdem Thome, monſtraverunt Domino Regi, & ejus Conſilio, apud Klypſton, a die Sancti Michaelis in unum menſem proximo preteritum, Quod cum idem Dominus Rex, ob forisfacturam ipſius Thome, ſeiſire fecit in manum ſuam Manerium de Sobbirs cum pertinenc' clamando annum & vaſtum in eodem Manerio;

Et ſuper hoc veniſſent iidem Margeria & Ricardus in Cur' Domini Regis, monſtrantes quod ipſi conjunctim feoffati fuerunt de predicto Manerio ſimul cum predicto Thoma, tam per cartas quam per finem in Cur' Domini Regis levatum, que protulerunt, et que hoc idem teſtabantur, Ita quod liberum ten' ejuſdem Manerii, tam in perſona ipſius Margerie quam predicti Thome, a tempore levationis predicti Finis ſemper remanſit, & adhuc remanet, et feodum ejuſdem Manerii in perſona ipſius Ricardi: Propter quod concordatum fuit quod ipſi, Margeria & Ricardus, ſeiſinam ſuam inde rehaberent.

Et Breve Domini Regis Vicecom' Glouc' ſuper hoc habuerunt.

Poſtea exiit quoddam Breve de Cancellaria Domini Regis de recapiendo Manerium predictum in manum Domini Regis, abſque hoc qd predicti Margeria et Ricardus in Cur' eſſent vocati, vel ad r'onem inde poſiti.

Et quia eis videbatur qd in hoc eis fuit facta quedam voluntas, nec ſuper hoc in Cancellaria Domini Regis, vel alibi in Curia ſua, aliquem invenerunt qui ſibi remedium faceret; Petierunt quod Dominus Rex, ſi ſibi placeret, ſuper hoc remedium eis facere vellet precipere. Protulerunt etiam quoddam cyrographum cujuſdam Finis in Cur' Domini Regis de Manerio predicto levati, in hec verba,

Hec eſt finalis concordia facta in Curia Domini Regis apud Weſtmonaſterium, in craſtino Purificationis beate Marie, anno regni Regis Edwardi filii Henrici Regis ſexto, coram Magiſtro Rogero de Seyton, Magiſtro Radulpho de Freningham, Johe de Louetot, & Rogero de Leyceſtr' Juſtic' & aliis Domini Regis fidelibus, tunc ibi preſentibus, Inter Magiſtrum Galfridum de Aſpale querentem per Henricum de Thyſteldene poſitum loco ſuo ad lucrand' vel perdend', et Thomam Weylaund deforc' de Manerio de Sobber' cum pertinenc' Un' Placitum Conventionis fuit inter eos in eadem Curia, ſcilicet, quod predictus Thomas recognovit predictum Manerium cum pertinen' eſſe jus ipſius Magiſtri Galfridi; Et pro hac recogn' fine & concordia idem Magiſter Galfridus conceſſit predict' Thome, & Margerie Uxori ejus, & Ricardo filio eorum Thom' & Marger' predictum Manerium cum pertinenc'; Habend' & tenend' eiſdem Thome, et Margerie, & Ricardo, & heredibus de corpore ipſius Ricardi procreatis, Ita tamen, quod iidem Thomas & Margeria habebunt & tenebunt predictum Manerium cum pertinenc' de Capit' Domino Feodi illius per ſervitia que ad illud Manerium pertin' tota vita utriuſque ipſorum Thome & Margerie; Et poſt deceſſum ipſorum Thom' & Margerie, predictum Manerium cum pertinen' remanebit predicto Ricardo, & heredibus ſuis de corpore ſuo procreatis, ut predictum eſt; Tenend' de rectis heredibus predicti Thome per ſervitia que ad illud Manerium pertin' in perpetuum. Et, ſi contingat quod predictus Ricardus obierit ſine hered' de corpore ſuo procreat', Tunc predictum Manerium cum pertinen', poſt deceſſum predictorum Thome, & Margerie, & Ricardi, integre remaneat heredibus ipſius Thom' Maſculis, quos idem Thom' de predicta Margeria procreaverit; Tenend' de rectis heredibus ipſius Thom' per predicta ſervitia in perpetuum. Et, ſi forte contingat quod predicti Heredes ipſius Thome Maſculi obierint ſine herede de ſe, Tunc predictum Manerium cum pertinen' poſt deceſſum predictorum Thome, & Margerie, & Ricardi, integre remanebit rectis heredibus predicti Thome; Tenend' de capit' Dominis feodi per predicta ſervitia in perpetuum. Et ſciendum eſt quod ſi predicti Thomas, & Margeria, & Ricardus, vel heredes ipſius Ricardi predicti, ſive heredes ipſius Thome predicti, de cetero inplacitentur de predicto Manerio, ſive de aliqua parte ejuſdem Manerii, Idem Magiſter Galfridus, vel heredes ſui, non tenebuntur eis warantizare, acquietare, vel defendere. Prefati etiam Margeria & Ricardus dixerunt, quoad annum et vaſtum quos Dominus Rex in eodem Manerio habere clamavit, qd non pertinuit ad ipſum Dominum Regem annum & vaſtum inde per forisfacturam predicti Thome habere; Eo qd idem Thomas nichil in eodem Manerio habuit niſi liberum ten' tantum, ſimul cum ipſa Margeria, prout predictus Finis expreſſe teſtatur; nec, de Conſuetudine Regni, debeat Dominus Rex annum & vaſtum alicujus tenementi per forisfacturam alicujus habere, niſi de liberis tenementis que idem Forisfactor tenuit in feodo &c.

Et ſuper hoc Comes Glouc' monſtravit ipſi Domino Regi et ejus Conſilio quod, cum prefatus Thomas tenuit de eo per ſucceſſionem hereditariam Manerium predictum, et inde fecit ei homagium, idem Thomas poſtea per quemdam extraneum fecit feoffare ipſum, & predictos Margeriam uxorem ſuam, & Ricardum Filium ſuum conjunctim de eodem Manerio, et Finem inde coram ipſo Thom' & ſociis ſuis Juſticiariis Domini Regis de Banco levare fecit. Qui quidam Thomas, in homagio ipſius Comitis ſemper exiſtens de Manerio predicto, poſtea Feloniam fecit, pro qua regnum abjuravit. Et idem Comes, poſt abjurationem illam, Domino Regi ſatisfeciſſet pro anno & vaſto ejuſdem Manerii, eo qd idem Thomas illud de eo tenuit; predicta Margeria uxor ipſius Thome, ratione predicti feoffamenti et etiam predicti finis levati, petit predictum Manerium ſibi reddi; Habendum & tenend' juxta formam predicti Finis, et per quoddam Breve ſuper ſua ſuggeſtione formatum abſque Brevi originali & placitabili, & per Breve illud nititur ipſum Comitem de ſtatu ſuo de predicto Manerio, in quo ipſe clam' feodum & jus, repellere et amovere; qd nuncquam antea in regno iſto videbatur, nec in Itinere Juſtic' nec alibi, qd ux' alicujus felonis Terras aut Tenementa aliqua, que fuerunt ipſius Viri ſui felonis ante feloniam factam, vivente ipſo Viro felone, haberet, vel ad ea petenda audiretur; Cum multis videatur qd hoc cedere poſſet in magnum prejudicium Domini Regis, & leſionem Corone & dignitatis ſue: Quia ſic quilibet feloniam facere proponens ſeu volens poſſet facere feoffare conjunctim Uxorem ſuam de terris & tenementis ſuis, tam de hereditate ſua quam de perquiſito, tali intentione, qd terre & tenementa ſua, poſtquam feloniam fecerat et Regnum abjuraverat, uxori ſue remanerent per conſimilem finem in Cur' levatum, ut ipſum virum ſuum felonem de proficuo earumdem terrarum & tenementorum ſuſtineret.

Et etiam per hoc tam Dominus Rex quam ceteri Magnates de Regno ea que ad ipſos pertinent, videlicet Annum et Vaſtum, et Eſchaet' amitterent, ſi predicta Margeria ad Petitionem ſuam predictam poſſet attingere.

Et, quia Caſus conſimil' nuncquam antea evenit, predictus Comes Domino Regi ſupplicavit quod precipere vellet ſcrutari Rotulos de Itineribus Juſtic' de antiquis temporibus, ut de tempore Martini de Pateſhulle et aliorum

A. D. 1291. 19 Edw. I.

aliorum Juſticiariorum ante et poſt; Et etiam Rotulos tam de Banco quam de Cancellaria, & de Scaccario, de conſimili caſu ſi inveniri poterit; Et, ſi inveniri non poterit, qđ ad dampnum ipſius Domini Regis, vel ad leſionem dignitatis ac Corone ſue, & deterioracionem populi, nichil de novo verſus ipſum Comitem fiat, quod temporibus futur' trahi poterit in exemplum, deſicut ipſe paratus eſt in Cur' Domini Regis reſpondere, per Breve originale, & ſecundum Legem et Conſuetudinem Terre placitabile, cuicunque debuerit.

Prefatus etiam Comes monſtravit Domino Regi quod quia quidam Juſticiarii, qui fuerunt ſocii predicti Thome, aliquos fecerunt intendentes qđ idem Thomas Legem terre pfurmavit, et qđ eſt ad pacem Domini Regis ubi moratur, qđ quibuſdam ſic non videtur, quia ſi idem Thomas infra Regnum Anglie inveniretur, nec pacem Domini Regis haberet, qđ judicium p . . ret &c. Ita qđ tunc per ipſum Dominum Regem preceptum fuit, quod tam Juſticiarii ſui de utroque Banco, quam ceteri de Regno ſuo, tam Milites quam Servientes, in Legibus et Conſuetudinibus Regni experti, mandarentur quod eſſent coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio, in craſtino Epiphanie Domini, ubicumque &c. ad certiorandum ipſum Dominum Regem qualiter & quo modo in cau' iſta fuerit procedendum, et qualiter temporibus preteritis & anteceſſorum ſuorum in ca'ibus conſimilibus fieri conſuevit.

Ad quem diem, coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio, apud Aſſerigge, venit predicta Margeria, & ſimiliter quidam de Conſilio predicti Com' & ex parte ſua miſſi. Et, queſiti hinc inde ſi aliud dicere vellent, vel plus quam prius dixerunt, Petierunt quod Dominus Rex, auditis rationibus ſuis predictis, & coram Conſilio ſuo recitatis, ſibi faceret quod ſibi placeret, et de jure & conſuetudine Regni ſui fuerit faciendum. Quibus recitatis & intellectis, & per Conſilium ipſius Domini Regis in preſentia ſua diſputatis, quia predictus Finis quem predicta Margeria profert manifeſte teſtatur quod predictum Manerium cum pertinen' conceſſum fuit predicto Thome & ipſi Margerie & Ricardo Filio eorumdem Thome & Margerie, Habend' & tenend' eiſdem Thome, & Margerie, & Ricardo, & heredibus de corpore ipſius Ricardi procreatis; Ita tamen quod iidem Thomas & Margeria tenerent predictum Manerium cum pertin' tota vita utriuſque ipſorum Thome & Margerie, et poſt deceſſum ipſorum Thome & Margerie, predictum Manerium cum pertin' remaneret predicto Ricardo, & heredibus ſuis de corpore ſuo procreatis; nec in regno iſto provideatur, vel ſit aliqua ſecuritas major ſeu ſolempnior p quam aliquis vel aliqua ſtatum certiorem habere poſſit, vel ad ſtatum ſuum verificand' aliquid ſolempnius teſtimonium producere, quam Finem in Cur' Domini Regis levatum; qui quidem Finis ſic vocatur, eo quod Finis & Conſummatio omnium Placitorum eſſe debet, & hac de cauſa providebatur: Et etiam quia ſi predictus Thomas, dum fuit ad pacem & fidelitatem Domini Regis, ab aliquo fuiſſet implacitatus ſolus de predicto Manerio per Breve Domini Regis, ipſa Margeria in Brevi non nominata, & predictum Finem porrexiſſet, affirmans ſe ſine predicta Margeria, que conjunctim feoffata fuit de eodem Manerio, non debere inde reſpondere per Finem illum abſque alia probatione qualibet, Breve quodcumque ceſſaſſet. Et etiam ſi, juxta petitionem predicti Comitis, procederetur ad inquirendum per Patriam, utrum predictus Thomas, ratione predicti Finis levati, uncquam ſtatum ſuum mutavit, vel ſtatum aliquem predictis Margerie & Ricardo fecit, ſic predictus Ricardus, in cujus perſona remanet jus et feodum predicti Manerii, forſitan jure ſuo privaretur, per dictum inquiſitionis illius cujus pars non fuerit, et ipſo adhuc non vocato, quod non eſſet juri conſonum.

Et ſimiliter, quia ſi predictus Com' jus in predicto Manerio ut in Eſchaeta ſua habere intendat, ſuum recuperare per Breve de Eſchaeta habere poterit; et predicta Margeria, ſi predictum Manerium ipſi Comiti ſic remaneret, nullum recuperare per aliquod Breve in Cancellar' uſitatum poterit habere, quod eſſet inconveniens, ex quo tam ſolempne teſtimonium ad ſtatum ſuum affirmandum oſtenderet: Concordatum eſt quod ex parte predicti Comitis nichil dictum eſt quare ſeiſina predicti Manerii predicte Margerie ad preſens liberari non deberet, juxta formam predicti Finis, niſi quedam alie cauſe obſtarent, ſuper quibus Dominus Rex & ejus Conſilium nondum plene certiorantur.

A. D. 1291. 19 Edw. I.

Et ideo datus eſt dies predicte Margerie coram Domino Rege et ejus Conſilio in octab' Purificationis Beate Marie, ubicumque &c.

Et interim querantur Rotuli de Itineribus Juſtic' & alii, per quos Dominus Rex melius certiorari poterit de conſimilibus ca'ibus.

Et quia predicta Margeria queritur quod predictus Comes, & ſui, in Manerio predicto vaſtum faciunt & deſtructionem, videlicet de Boſcis, Parcis & Feris in eiſdem; Concordatum eſt quod predictum Manerium cum pertin' in manum Domini Regis reſeiſietur.

Et Preceptum Vic' &c.

Poſtea, in quindena Purificationis Beate Marie, anno decimo nono, ſcrutato Theſ' Domini Regis, inventus eſt pes cujuſdam cyrographi levati in Cur' Domini Regis nunc, anno ſexto, inter Magiſtrum Galfridum de Aſpale, & Thomam de Weylaunde, & Margeriam uxorem ejus, & Ricardum filium ipſorum, de Manerio de Sobbyry cum pertinen' in Com' Glouc' de quo ſine predicta Margeria protulit unam partem de verbo ad verbum.

Compertum eſt etiam per Rotulos de Itinere Rogeri de Turkelby, in Com' Berk', anno regni Domini Henrici Regis patris Domini Regis nunc xxxii°, in placitis Corone recordum quod tale eſt:

N° 2.

ROBERTUS Ciſſor, de Migeham, occidit Thomam Aſculph, et Robertus fugit, & malecreditur, Ideo exig' & utlag' Catalla ejus &c. Idem habuit terram unde annus & vaſt' Domini Reg' x ſ. unde Vicecom' reſpon'.

Poſtea teſtatum eſt quod predicta terra fuit Maritagium Matild' Ux' predicti Roberti, que venit & finem fecit pro habenda predicta terra in pace, pro x ſ. per pt Johannis de Euerinton.

Et quia, licet prius non videbatur aliquibus juri conſonum fuiſſe qđ Ux' Felonis in vita viri ſui, ſecundum ſanctam Eccleſiam, qualitercunque deliquiſſet quoad forum regium, non poſſet nec deberet a viro ſuo ſeparari, et ſic quicquid foret in poſſeſſione Ux' converteretur in poteſtatem viri, et hoc manifeſte imineret contra conſuetudinem regni; Et etiam, quia quidem dubitabant qđ de Poſſeſſionibus & Bonis Ux' vir poſſet aliqualiter ſuſtentari, Tamen coram Conſilio Domini Regis, apud Weſtm' in predicta quindena, vocatis Theſ' & Baron' & Juſtic' de utroque Banco, concordatum eſt quod predicta Margeria rehabeat talem ſeiſinam qualem prius habuit de predicto Manerio, ſecundum proportum predicti Finis, ſalvo jure cujuſque: Patet ẽm per predictum exemplum inventum de tempore Domini Henrici Regis, qđ ux' in vita viri ſui, rectati de homicidio & fugitivi, rehabuit ſeiſinam terre ſue, dubitatione aliqua premiſſorum non obſtante.

Videtur etiam quod durum eſſet, & non juri conſonum in caſu iſto, qđ Uxor propter delictum viri pateretur exheredationem, per quod liberum tenementum in manu Ux' adnullatum fuiſſet vel extinctum; maxime, cum delictum illud ſit perſonale, nec debet in perſonam alterius transferri quam Delinquentis, niſi tamen a caſu uxori poſſet obici qđ conſentiens vel alio modo inde culpabil' eſſet, et ſuper hoc rationabiliter in Cur' Domini Regis convinci. Inhibend' eſt etiam prefate Margerie, ſub pena qua decet, qđ non exhibeat alimentum vel ſuſtentationem clam' vel palam viro &c.

Et ſciend' eſt quod negotium iſtud oſtendend' eſt primo Domino Regi, et poſtea precipiat fieri qđ ſibi placuerit in hac parte. Quia inconſulto Domino Rege non vult Conſilium ulterius procedere &c.

A. D. 1291. 19 Edw. I.

Adhuc de Placitis Parliamenti apud Aſsherugg'.

A. D. 1291. 19 Edw. I.

Nº 3. Inter Johannem de Sancto Johanne & Will'm de Valenc'. (Dorſ.)

JOHANNES de Sancto Johanne petiit, coram Juſtic' de Banco, verſus Willm de Valenciis, Manerium de Cumpton' cum pertin' ut jus ſuum, & per Breve de Eſchaeta per mortem Roberti de Pundelarche, qui Manerium illud de eo tenuit &c.

Et Willus venit, et dixit quod Dominus Henricus Rex, Pater Domini Regis nunc, conceſſit ipſi Willo omnes terras que fuerunt Roberti de Pundelarche, Habend' & tenend' eidem Willo & heredibus ſuis de Uxore ſua procreatis, per Cartam ſuam quam protulit, et que hoc teſtabatur; unde dixit qđ non potuit predicto Johanni ſine Domino Rege inde reſpondere; propter quod dictum fuit ibidem eidem Johanni qđ ſequeretur verſus Dominum Regem ſi ſibi videret expedire; Ita quod poſtea coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio, apud Aſſerigge, in craſtino Epiphanie Domini, venerunt predicti Johannes & Wills; et idem Johannes inſtanter petiit qđ predictus Wills ſibi ulterius inde reſponderet, ſi Domino Regi & ejus Conſilio videretur qđ ſibi reſpondere deberet.

Et predictus Wills, ſicut prius, dixit qđ ſine Domino Rege reſpondere non potuit nec debuit, ratione Carte predicte Domini Henrici Regis, Patris &c. quam protulit in hec verba,

Henricus, Dei gratia, Rex Anglie &c. Salutem. Sciatis nos conceſſiſſe dilecto Fratri & Fideli noſtro Willo de Valenc' omnes Terras que fuerunt Roberti de Pundelarche, Habend' & tenend' eidem Willmo, & heredibus ſuis de Uxore ſua procreatis, donec nos vel heredes noſtri predictas Terras rectis her' reddiderimus; ſalva Conſtanc', que fuit Uxor predicti Roberti, dote ſua de predictis Terris, quam ei fecimus aſſign' quamdiu vixerit, et que ad ipm & heredes ſuos de Uxore ſua procreat' poſt mortem ipſius Conſtanc' reverti debet. Et ſi nos, vel heredes noſtri, predictas Terras reddidimus rectis heredibus ſicut predictum eſt, Non diſſeiſiemus nec diſſeiſiri faciemus predictum Willm Fratrem noſtrum, vel heredes ſuos de Uxore ſua procreatos, de predictis Terris, donec ei, vel heredibus ſuis de Uxore ſua procreatis, de aliis Terris equivalens eſcambium fecerimus. Nolumus etiam qđ, occaſione hujus conceſſionis, aliquid decidat predicto Willmo vel heredibus ſuis de Uxore ſua procreatis de Quingentis libris quas ei conceſſimus, ſingulis annis percipiend' de Scaccario noſtro. Quare volumus, & firmiter precipimus, pro nobis et heredibus noſtris, quod predictus Willus, & heredes ſui de Uxore ſua procreati, habeant & teneant omnes terras que fuerunt predicti Roberti de Pundelarch, donec nos vel heredes noſtri predictas Terras rectis heredibus reddiderimus; Salva Conſtanc', que fuit uxor predicti Roberti, dote ſua de Terris predictis quam ei fecimus aſſign' quamdiu vixerit, et que ad ipſum Willm vel ad heredes ſuos de Uxore ſua procreatos, poſt mortem ipſius Conſtanc', reverti debet. Et ſi nos, vel heredes noſtri, predictas Terras reddiderimus rectis her' ſicut predictum eſt, non diſſeiſiemus nec diſſeiſiri faciemus predictum Willm Fratrem noſtrum, vel heredes ſuos de Uxore ſua procreatos, de predictis Terris, donec ei, vel heredibus ſuis de Uxore ſua procreatis, de aliis Terris equivalens eſcambium fecerimus. Nolumus etiam quod, occaſione hujus conceſſionis, aliquid decidat predicto Willo, vel heredibus ſuis de Uxore ſua procreatis, de Quingentis libris quas ei conceſſimus, ſingulis annis percipiend' de Scaccario noſtro ſicut predictum eſt. Hiis Teſtibus, Venerabili Patre F. Lond' Epiſcopo, Willmo de Fortibus Com' Albemarl', Johanne Mauncel Prepoſito Beverlac', Roberto Paſſel' Archido Lewon', Rado fil' Nichi, Galf' de Langel', Willmo de Bello Monte, Willmo Gernun et aliis. Dat' per manum noſtram apud Weſtm' XII die Martii.

Unde petiit quod Dominus Rex, inſpecto tenore predicte Carte, et coram Conſilio ſuo recitato, ſibi faceret qđ de jure fuerit faciendum, et ſecundum qđ ſibi facere placeret in hac Parte, & facere deberet juxta formam Carte predicte. Propter quod Dominus Rex tam Petitionem predicti Johannis quam reſponſum predicti Willi et etiam Cartam predictam coram ſe & ſuo Conſilio recitari fecit & examinari.

Et quia predicta Carta, quam predictus Wills profert, teſtatur quod predictus Henricus Rex, Pater &c. conceſſit Tenementa predicta predicto Willmo, Tenend' ſibi & heredibus ſuis de Uxore ſua procreatis;

Et etiam idem Dominus Henricus Rex conceſſit, pro ſe & heredibus ſuis, quod ipſi non diſſeiſirent vel diſſeiſiri facerent predictum Willm vel heredes ſuos de Uxore ſua procreatos, de predictis ten', donec ei, vel heredibus ſuis de Uxore ſua procreatis, de aliis terris equivalens eſcambium fecerint;

Et etiam, quia nuper per ipſum Dominum Regem concordatum fuit qđ ſi aliqua pars tenens in Curia ſua coram Juſtic' ſuis Cartam ſuam vel anteceſſorum ſuorum porrexerit dicendo ſe ſine ipſo Domino Rege non poſſe reſpondere, ſi videatur Curie qđ alia perſona cõis per conſimilem Cartam & verba conſimilia, ſi inter perſonas communes facta ẽet, tenenti in tali cau' teneretur warantizare, qđ eadem pars tenens auxilium de Domino Rege habeat; Et ſi non, Quod ſine Domino Rege reſpondeat;

Et etiam, quia Dominus Rex, per Cartam predictam, ſi communis eſſet perſona, tam ratione reverſionis predictorum ten' ad ipſum Dominum Regem & heredes ſuos poſt mortem predicti Willi ſpectantis, ſi idem Wills obierit ſine herede de Uxore ſua procreato, teneretur ad warran' vel qđ in jure reverſionis eorumdem ten' nichil clamaret, quod ipſi Domino Regi ẽet inconveniens, quam ratione eſcambii in predicta Carta nominati, qđ naturalit' vult in ſe warantiam, Concordatum eſt qđ predictus Wills ſine ipſo Domino Rege prefato Johanni inde reſpondere non poſſit.

Et etiam, quia non eſt veriſimile qđ Dominus Henricus Rex, qui toto tempore ſuo tam circumſpecto, nobili, et provido fultus erat Conſilio, Terras aliquas dediſſet, niſi eas ſana conſcientia, & abſque aliqua injuria alicui facienda, illas dediſſe potuiſſet; nec tempore ipſius Domini Henrici Regis, vel poſtea uſque nunc, predictus Johannes, nec aliquis anteceſſorum ſuorum, aliquid in predictis Ten' clamavit;

Nec eſt intelligendum qđ anteceſſores predicti Johannis, qui tam diſcreti fuerunt & providi, tacuiſſent de jure ſuo in hoc petendo ſicut in aliis, ſi jus habuiſſe intellexiſſent; Dictum eſt tam predicto Willo quam predicto Johanni qđ, quoad hoc, eant inde ſine die &c.

Nº 4. Inter Will'm de Valenc' & Ballivos R. de juriſdictione infra Baron' de Cammoys.

WILL'S Martin alias coram Domino Rege & ejus Conſilio, videlicet apud Clypſton', a die Sancti Michaelis in unum menſem proximo preterit' monſtravit qđ Wills de Valenciis injuſte &c. cum equis et armis, in Terris ſuis infra Baroniam de Cammoys intravit,

A. D. 1291. 19 Edw. I.

intravit, & ipſum et homines ſuos de Baronia ſua predicta ad ſectam faciend' ad Comitatum ſuum de Pennebrok diſtrinxit; Et petiit qđ Dominus Rex ſuper hoc remedium ſibi faceret ſi ſibi placeret; Ita quod ad diem illum venit predictus Wilts de Valenciis, et dixit qđ, in pleno Com' de Penebrok, per conſiderationem totius Comitatus illius conſideratum fuit quod predictus Wilts Martyn, ob plures defaltas quas fecerat in ſecta facienda quam ad Com' illum facere debet, ad veniendum ad Comitatum illum diſtringeretur, & ad reſpondendum diverſis hominibus qui de eo queſti fuerunt. Et ſuper hoc venerunt Ballivi Domine Regine, Conſortis Domini Regis &c. Et pro ipſa Domina Regina dixerunt qđ ad ipſam Dominam Reginam, & Ballivos ſuos de Haverford' pertinet omnia placita Corone, & omnia placita que coram Vic' & Sen' ſunt placitabilia, infra predictam Baroniam de Cammoys emergentia, ad Curiam ſuam de Haverford' placitare, & non ad Com' predictum de Haverford'.

Et predictus Wilts de Valenc' dixit quod, tempore quo hereditas Walteri le Mareſchal, quondam Domin' totius Comitatus de Penebrok, poſt mortem ipſius Walteri inter heredes ſuos parata fuit, cujus heredum Johanna uxor ſua una eſt, aſſignata fuerunt proparti predicte Johanne omnia proficua, exitus, & amerciamenta placitorum Corone, & aliorum quorumcumque, que ad Vic' pertinent placitand' tam infra Baroniam predictam de Cammoys emergentia, quam alibi infra Procinctum Comitatus de Penebrok; Ita quod iidem Wilts et Johanna, toto tempore poſtea, per Ballivos & Miniſtros ſuos Comitatus ſui de Penebrok, ſum' et attachiamenta eorumdem placitorum infra Baroniam predictam fecerunt, & exitus, proficua, & amerciamenta eorumdem placitorum perceperunt, quouſque due partes Baronie de Haverford' in manum Domine Regine devenerunt, per quod Ballivi ipſius Domine Regine homines predicte Baronie de Cammoys ad veniendū ad Curia' ſuam de Haverford' attraxerunt, in exheredationem dicte Johanne manifeſtam.

Et petiit quod Domina Regina ſuper hoc gratiam ſibi facere velit & remedium &c.

Et quia predicta Domina Regina, tam per Rotulos de Scaccario Domini Regis, de propartibus predicte Hereditatis predicti Walteri factis, quam aliis modis quibus melius poterit, certiorari vult, utrum exitus & proficua placitorum predicti Comitatus aſſignata fuerunt proparti predicte Johanne necne,

Et etiam, ſi ad Ballivos ſuos de Haverford' pertineat placita predicta placitare, vel ad Seneſcallum & Ballivos predictorum Wilti & Johanne in Comitatu ſuo de Penebrok',

Datus eſt dies predicto Wilto de Valenc' coram Domino Rege & ejus Conſilio, in craſtino Epiphanie Domini, ubicumque &c. Et interim querantur Rotuli.

A. D. 1291. 19 Edw. I.

Poſtea ad diem illum, queſitis Rotulis predictis, & aliis quibus ſuper ſtatu Domini Regis Ballivi predicti intellexerunt . . . . me certiorari quia nichil invenitur per quod Juriſdictio predicta Domino Regi ad preſens debeat remanere,

Ideo, de gratia ipſius Domini Regis, remaneat Juriſdictio predicta predictis Wilto & Johanne, ſicut eam habere conſueverunt;

Salvo jure Domini Regis cum inde loqui voluerit; Et ſalvis Domino Regi, & heredibus ſuis, homagiis & ſervitiis predicte Baronie, in equitatura, & exercitu, wardiis, cuſtodiis, maritagiis, & aliis ſervitiis quibuſcunque, ratione Terrarum & Ten' debitis.

Et ſciendum quod bene licebit predictis Wilto & Johanne, & eorum Seneſcall' & Ballivis de Com' ſuo de Penebrok', homines predicte Baronie aſſumere ad executiones judiciorum in eodem Com' redditorum perficiend' quotienſcumque necc̃ee fuerit, et per judicium Com' conſideratum fuerit qđ ipſi Ballivi aſſumant ſecum Poſſe Comitatus predicti, abſque aliqua contradictione ſeu impedimento Ballivorum Domini Regis de Haverford', prout facere conſueverunt &c.

Nº 5. Petitio Comitis Glouc' verſus Abbatem de Burgo.

COMES Glouc' ſupplicavit Domino Regi quod preciperet Juſticiariis ſuis de Banco quod Abbas de Burgo ſibi reſponderet de Manerio de la Bygginge, quod idem Com' petiit verſus ipſum Abbatem in ultimo Itinere Juſtic' in Com' Northt' et ſemper poſtea ſectam ſuam fecit; Et que quidem Loquela dilationem cepit, eo qđ predictus Abbas dixit quod predictum Manerium eſt de feodo Domini Regis, et de pertinentiis ville de Undel, Quam quidem villam cum pertin' quidam Rex Anglie quondam dedit Eccleſie de Burgo, & quod donum alii Reges poſtea conceſſerunt. Propter quod idem Abbas dicit ſe ſine Domino Rege non poſſe reſpondere, cum idem Comes ſemper paratus fuit, et adhuc eſt, verificare quod demanda ſua non tenetur de Domino Rege in capite, nec eſt de Pertinentiis predicte ville de Undel, nec de feodo, nec infra Bundas contentas in Donis Regum, nec de ipſo Rege per tale donum tenetur. Immo eſt de feodo de Clare; per quod ipſi Comiti videbatur quod per talem reſponſionem non deberet Loquela ſua retardari, ex quo talē verificationem pretendit.

Poſtea apud Aſsherigg', in craſtino Epiphanie, anno decimo nono, preceptum eſt per Dominum Regem Juſticiariis ſuis predictis quod ipſi procedant ad inquirendum juxta articulos in predicta Petitione contentos, et ſecundum qđ viderint eſſe faciendū. Et quod in Loquela illa procedant poſt Inquiſitionem captam, prout de jure fuerit procedendū &c.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

De Parliamento apud London' in craſtino Epiphanie Domini anno R. E. xx^mo.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Nº 1. Magnum Placitum inter Comites Glouc' & Herford' apud Bergeveny. (m. 1.)

QUIA Dominus Rex, ex querela Humfridi de Bohun Comitis Hereford' & Eſſex', intellexit quod Gilbertus de Clare Comes Glouc' et Hertford', Johannes de Crepping', Wills de Valers, Ricardus le Flemyng, & Stephanus de Cappenore, et alii homines ejuſdem Com' Glouc' de Morgannon, terram prefati Comitis Hereford' de Brekennouk vi & armis ingreſſi, Homicidia, Depredationes tam infra Eccleſias quam extra, Incendia, & alia enormia prefato Comiti Hereford' & hominibus ſuis, in Terra predicta de Brekennouk fecerunt, contra pacem &c. poſt inhibitionem &c.

Idem Dominus Rex inde remedium, prout decet, fieri volens,

Aſſignavit Willm Elienſ' Epiſcopum, Willm de Valenc' avunculum ſuum, Johannem de Metingham, & Robertum de Hertford', ad querelas predicti Comitis Hereford', et hominum ſuorum, de omnibus Tranſgreſſionibus, Injuriis, & Exceſſibus, eis per prefatum Com' Glouc' & prefatos Johannem de Crepping, Willm de Valers, Ricardum, & Stephanum, & alios homines ejuſdem Comitis Glouc' factis in Terra predicta de Brekennouk, poſt inhibitionem Dñi Reg' eidem Comiti Glouc' factam, ne prefato Comiti Hereford', aut hominibus ſuis moleſtiam, injuriam, aut gravamen inferret, videlicet, poſt octo dies ante Purificationem beate Marie, anno regni Domini Regis nunc decimo octavo,

Et Reſponſiones ejuſdem Comitis Glouc', & hominum ſuorum ſuper eiſdem audiend', exceptis Tranſgreſſionibus, Injuriis, & Exceſſibus, factis ante tempus predictum, de quibus Placitum inter Partes predictas per Breve Domini Regis in Curia ſua pendet coram eo, Quod quidem Placitum Dominus Rex ſibi vult reſervari,

Et ad inquirend' per ſacramentum proborum & legalium hominum de Com' Hereford', Kermerdyn, & Kardygan, et de partibus Gouer, Kedwelli, Ewyas, & Gromund, per quos rei veritas melius &c. de Tranſgreſſionibus &c. plenius veritatem.

Propter quod Dominus Rex prefatis Epiſcopo, Willo de Valenc', Johanni de Metingham, & Roberto, Mandavit per Literas ſuas patentes, qđ ad certos diem & locum &c. premiſſa faciant in forma predicta; Et de eo quod inde invenerint ipſum Regem a die Paſch' in xv dies, ubicunque tunc fuerit &c. diſtincte & aperte reddant certiorem, ut extunc inde fieri faciat quod de Conſilio ſuo duxerit ordinand'.

Mandavit enim Dominus Rex Vicecomiti ſuo Berk' qđ ſcire fac' prefato Comiti Glouc'.

Et ſimiliter mandavit dilecto & fideli ſuo Roberto de Typetot, Juſticiario ſuo Weſtwall', qđ ſcire fac' prefatis Johanni de Crepping', Willo de Valers, Ricardo, & Stephano, qđ ad certos diem & locum, quos prefati Epiſcopus, Wills de Valenc', Johannes de Metingham, & Robertus de Hertford', eiſdem Vic' Berk', & Roberto de Typetot ſcire fac', coram eis ſint, ſi ſibi viderint expedire.

Mandavit inſuper Rex Vicecomiti ſuo predicti Com' Hereford', & predicto Juſticiario ſuo Weſtwall', necnon & Ballivis Galfridi de Geneuile, & Theobaldi de Verdun de Ewyas, et Ballivis Edmundi Fratris ſui de Gromund, qđ ad certos diem & locum, quos predicti Juſticiarii Domini Regis eis ſcire fac', venire fac' coram eis tot & tales probos et legales homines, per quos rei veritas in premiſſis melius ſciri poterit & inquiri.

Unde preceptum fuit Vicecomiti Berk' quod ſcire fac' prefato Comiti Glouc' quod eſſet apud Stratuwelly in Terra de Brennouk, prima die lune Quadrageſime, videlicet in Feſto Sancti Gregorii, anno regni Regis nunc decimo nono.

Et ſimiliter mandatum fuit Roberto de Typetot, Juſticiario Weſtwall' qđ ſcire faceret prefato Johanni de Crepping', Willo de Valers, Ricardo, & Stephano, quod tunc eſſent ibi ad eundem diem, ſi ſibi vidiſſent expedire.

Mandatum fuit inſuper Vicecomiti Hereford', & predicto Juſticiario Weſtwall', necnon & Ballivis Galfridi de Geneuyle, & Theobaldi de Verdun de Ewyas, & Ballivis Edmundi Fratris Domini Regis de Gromund, quod venire facerent ad prefatum Terminum tot et tales &c. per quos &c.

Preterea, Dominus Rex animadvertens poſtea qđ Tranſgreſſiones et Injurie predicte, ſi ſint facte poſt inhibitionem factam predicto Comiti Glouc' ne prefato Comiti Hereford' aut hominibus ſuis moleſtiam, injuriam, aut gravamen inferret, ſicut plenius predictum eſt, per non proſecutionem utriuſque eorumdem Com', vel colluſionem inter eos factam, forſitan remanere poſſit impunite; Idem Dominus Rex, per alias literas ſuas patentes, mandavit prefato Epiſcopo et ſociis ſuis, qđ licet contingeret prefatos Comites, vel eorum alterum, a Proſecutione, ſeu defenſione, negotii predicti ſe ſubtrahere velle, tamen qđ ſi quid inde factum eſſet, vel attemptatum, in prejudicium, ſeu contemptum, vel etiam leſionem Corone ſue, & dignitatis Regie, vel contra pacem &c. poſt Inhibitionem ſuam predicto Comiti Glouc' poſt tempus ſuperius dictum, pro ſtatu & jure Reg' per predictum Epiſcopum, & ſocios ſuos inde rei veritas inquireretur.

Et ideo eis mandavit quod, per ſacramentum tam Magnatum quam aliorum proborum & legalium hominum, de Partibus Wall', & Com' Glouc', et Hereford', per quos rei veritas melius ſciri poſſet, cujuſcunque conditionis fuerint, ita quod nulli parceretur in hac parte, eo qđ res iſta Dominum Regem & Coronam & dignitatem ſuam tangit, ſuper premiſſis plenius inquirerent veritatem;

Mandavit enim Dominus Rex, per literas ſuas, dilectis & fidelibus Johanni de Haſting', Johanni fil' Reginaldi, Edmundo de Mortuo Mari, Rogero de Mortuo Mari, Theobaldo de Verdun, Johanni Tregoz, Willo de Breuſe Galfrido de Cammill, & Rogero de Pycheworth, quod, prima die lune Quadrageſ', coram prefato Epiſcopo & ſociis ſuis interſint apud Brakennouk; Et ſimiliter Seneſcall' eorumdem, de terris ſuis in Wallia; Et Seneſcallis Edmundi Fratris Regis de Monemuth' et de terra de Gromund, Skenfrich, & Albo Caſtello, & Seneſcallo de Kyrkehowel', & Vic' Glouc' & Hereford', quod quilibet eorum venire fac' coram prefato Epiſcopo & ſociis ſuis, ad prefatum terminum, viginti & quatuor tam Milites quam alios de Balliva ſua, ad faciend' qđ idem Epiſcopus & ſocii ſui eis ex parte Domini Regis ſuper Premiſſis injungent;

Et de eo quod idem Epiſcopus & ſocii ſui inde inverunt Dominum Regem, a die Paſch' in xv dies, ubicunque &c. diſtincte & aperte reddant certiorem.

Poſtea, prima die lune Quadrageſime, apud Brekennouk, coram predicto Epiſcopo et ſociis ſuis, bene tempeſtive venerunt Johannes de Haſting', Johannes fil' Reginaldi, Rogerus de Mortuo Mari, Theobaldus de Verdun, Johannes Tregoz, et Galfridus de Caumill; & ſimiliter Juratores de terra Edmundi Fratris Regis; et etiam de Balliva Roberti de Typetot de Weſtwall',

A. D. 1292. 20 Edw. I.

& de terra Johannis fil' Reginaldi in Wall', Theobaldi de Verdun, & de Com' Hereford' & Glouc', Quibus dies datus eſt die mercur' proximo venturo apud Laundon, ad faciend' qđ prefatus Epiſcopus & ſocii ſui eis injungent.

Et ſciend' quod idem Epiſcopus & ſocii ſui, incontinenti, eodem die lune poſt hec facta, acceſſerunt apud Strathuethly, Ita quod ibidem venerunt circa horam tertiam :

Et Comes Herford' ibidem venit :

Et Comes Glouc', Johannes de Crepping', Wills de Valers, Ricardus le Flemyng, & Stephanus de Cappenore, non veniunt.

Et Vicecom' Berk', cui mandatum fuit quod ſcire faceret eidem Comiti Glouc' quod eſſet hic, ſcilicet apud Strethuethly, ad hunc diem, ſi ſibi vidiſſet expedire, mandavit quod ſcire fecit eidem Comiti &c.

Et ſimiliter Robertus Typetot, Juſticiarius Weſtwall', mandavit quod ſcire fecit predictis Johanni de Crepping', Willo de Valers, Ricardo, & Stephano quod eſſent hic ad hunc diem, ſi ſibi vidiſſent expedire.

Ideo datus eſt dies prefato Comiti Hereford', predicto die Mercur' apud Landon &c.

Et quia Comes Glouc', Johannes de Crepping', & alii non veniunt, & premuniti ſunt, ſicut ſuperius teſtatum eſt, Ideo procedat Inquiſitio juxta mandatum Domini Regis &c. ſet ponitur in reſpectum uſque ad predictum diem mercur' apud Landon, ubi Jur' adjornati ſunt.

Poſtea apud Landon, predicto die mercurii, Comes Hereford' venit,

Et ſimiliter Johannes de Haſting', Johannes Filius Reginaldi, Edmundus de Mortuo Mari, Rogerus de Mortuo Mari, Theobaldus de Verdun, Johannes Tregoz, & Galfridus de Cammill,

Et ſimiliter Juratores predicti ven' &c.

Et predictus Comes Hereford queritur quod predicti Comes Glouc', Johannes de Crepping', Wills de Valers, Ricardus, & Stephanus, & alii homines ejuſdem Com' Glouc' de Morgannon, Terram ipſius Comitis Hereford' de Brakennouk vi & armis pluries invaſerunt, Homicidia, Depredationes tam infra Eccleſias quam extra, Incendia, & alia enormia eidem Comiti Hereford', & hominibus ſuis in predicta Terra de Brakennok inferrentes, contra pacem & inhibitionem &c.

Propter quod inſtanter petit quod ad inquirend' veritatem in premiſſis ſecundum mandatum regium procedatur ;

Et quia Dominus Rex per literas ſuas patentes mandavit Juſticiariis ſuis hic, qđ licet contingeret prefatos Com', vel eorum alterum, a proſecutione ſeu defenſione negotii predicti ſe ſubtrahere, voluit idem Dominus Rex, pro ſtatu & jure ſuo, per ipſos Juſticiarios qđ inde rei veritas inquireretur, per ſacramentum tam Magnatum quam aliorum proborum & legalium hominum, de partibus Wallie, & Com' Glouc', & Hereford', per quos rei veritas &c. cujuſcunque conditionis fuiſſent : Ita qđ nulli parceretur in hac parte, eo quod res iſta Dominum Regem & Coronam & dignitatem ſuam tangit ;

Ac modo ita eſt quod predictus Comes Glouc' ad defenſionem iſtius querele non venit ;

Dictum eſt, ex parte Domini Regis, Johanni de Haſting', & omnibus aliis Magnatibus ſupranominatis, qđ pro ſtatu & jure Regis, et pro conſervatione dignitatis Corone & pacis ſue, apponant manum ad librum ad faciend' id quod eis ex parte Domini Regis injungetur.

Qui omnes unanimiter reſpond' quod inauditum eſt quod ipſi vel eorum anteceſſores hactenus in hujuſmodi caſu ad preſtand' ſacramentum aliquod coacti fuerunt.

Dicunt etiam quod nuncquam conſimile mandatum regium venit in partibus iſtis, niſi tantum qđ res tangentes Marchiam iſtam deducte fuiſſent ſecundum uſus & conſuetudines partium iſtarum.

Et licet prefatis Johanni et aliis Magnatibus expoſitum fuiſſet qđ nullus in hac parte poteſt habere Marchiam Domin' R̃ qui, pro com'i utilitate, per prerogativam ſuam in multis caſibus eſt ſupra leges & conſuetudines in regno ſuo uſitatas, ac pluries eiſdem Magnatibus ex parte ipſius Regis, conjunctim & ſeparatim, libroque eis porrecto, injunctum eſt, qđ faciant ſacramentum, Reſponderunt demum omnes ſingillatim, qđ nichil inde facerent ſine conſideratione parium ſuorum.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Et Sciend' quod Wills de Breuſe non venit, quia non fuit premunitus, eo quod teſtatum eſt quod Terre ſue in Wall' adhuc ſunt in man' Domini Regis.

Et ſimiliter Rogerus de Pycheworth non venit, et teſtatum eſt quod non eſt in partibus iſtis aliquis qui tale cognomen gerat. Ideo nichil de eo, ſive de jure Terre ipſius. Set revera quidam Rogerus Pychard venit, de quo ſimiliter nichil, quia videtur Cur' quod venit ſine waranto &c.

De Galfrido de Geneuill teſtatum eſt quod nichil habet in Wall' nec habuit die quo Brevia Domini Regis exierunt : Feoffavit enim de hoc quod prius habuit quendam Petrum Filium ſuum.

De jur' Terre Johannis de Haſting' de Bergeveny, teſtatur Seneſcallus ejuſdem Johannis quod nullum Breve Domini Regis ei inde venit.

Et licet de Terra de Kyrkehowell venerunt aliqui Jur', Tamen de eis nichil, Quia veniunt ſine waranto.

Teſtatur enim Seneſcallus, qui preſens eſt, quod nunquam aliquod Breve Domini Regis inde recepit.

Et de Jur' Terre Rogeri de Mortuo Mari in Wall', Nichil, Quia teſtatum eſt, quod idem Rogerus Terram illam tenet de Com' Herford'.

Et de Jur' de Terra Edmundi de Mortuo Mari in Wallia, Nichil, Quia Seneſcallus ſuus non porigit inde aliquod Breve Domini Regis. Et preterea teſtatum eſt quod ſunt valde longinqui.

De Terra Johannis Tregoz, neque de Terra Galfridi de Cammill in Wall', non venerunt Jur' neque Seneſcalli. Et preterea Terra ipſius Galfridi eſt in Com' de Kermerdyn, ubi Juſtic' Weſtwall' de hujuſmodi ſe intromittit &c.

(Dorſ.)

Set de Com' Hereford' & Glouc' veniunt Vic' et ſimiliter tam Milites quam alii liberi et legales Homines de Ballivis ſuis.

Et de Terra Edmundi Fratris Regis ven' Seneſcalli & Jur'.

Et de Terris Johannis fil' Reginaldi, Theobaldi de Verdun, & de Balliva Juſtic' Weſtwall', ven' Jur' & Ballivus ipſius Juſtic'.

Et injunctum eſt, ex parte Domini Regis, tam Vic' & Seneſcallis & Ballivis, qui prefatos Jur' hic venire faciunt ad hunc diem, in fide qua Domino Regi tenentur, quod eligant de validioribus & probioribus & legalioribus hominibus de Ballivis ſuis, tam Militibus quam aliis, neutri parti ſuſpectis, per quos &c. Qui quidem Vic', Seneſcalli, & Ballivi, conceſſerunt quod ita facient, Et tales coram Juſtic' hic in forma predicta fideliter ut aſſerunt preſentabunt.

Ideo procedat Inquiſitio.

Et ſuper hoc Theobaldus de Verdun calumpniat Libertatem ſuam, quoad hoc, quod dicit quod homines de Terra ſua non debent hic jurare &c.

Juratores dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod Wills de Valers, Ricardus le Flemyng, & Stephanus de Cappenore, cum multitudine tam equitum tam peditum de hominibus Com' Glouc', exierunt de Terra ipſius Com' de Morgannon, cum vexillo de armis ipſius Com' explicato, die veneris proxima poſt Feſtum Purificationis Beate Marie, anno regni Domini Regis nunc decimo octavo, verſus Terram Com' Hereford' de Brakennouk, & ingreſſi fuerunt Terram illam, per ſpacium duarum leucarum ultra locum ubi predictus Com' Glouc' firmavit caſtellum de quo contentio eſt, & illam depredati fuerunt, & bona illa depredata uſque in Terram dicti Com' Glouc' adduxerunt.

Dicunt

A. D 1292. 20 Edw. I.

Dicunt etiam quod iidem Wills, Ricardus, & Stephanus, cum multis aliis tam equitibus quam peditibus de hominibus dicti Com' Glouc', cum predicto vexillo explicato, die lune proxima ante Feſtum Sancti Barnabe Apoſtoli proximo ſequens, intraverunt Terram predicti Com' Hereford' de Brakennok' per ſpacium quinque leucarum, & Terram illam depredati ſuerunt, et bona ſic depredata uſque in Terram dicti Com' Glouc' abduxerunt.

Dicunt etiam quod iidem Wills, Ricardus, et Stephanus, ſimul cum multis aliis tam equitibus quam peditibus, cum predicto vexillo explicato, die lune proxima ante Feſtum Sancti Andree Apoſtoli, anno regni Regis decimo nono, Terram predicti Com' de Hereford' de Braghennok' per ſpacium ſeptem leucarum intraverunt, et illam depredati fuerunt, et bona ſic depredata uſque in Terram dicti Com' Glouc' adduxerunt.

Dicunt etiam qd̃ latrones & eſkectores de Terra de Morgannon per plures alias vices intraverunt predictam Terram de Brakennok', & illam depredati fuerunt, & bona ſic depredata uſque in Terram de Morgannon adduxerunt. Set dicunt quod prefati Wills, Ricardus, & Stephanus, tunc non interfuerunt.

Et, queſiti ſi predicti depredatores aliquos de hominibus predicti Com' Hereford' occiderunt, vel aliquas Domos predictorum hominum combuſſerunt, ſive aliquas Eccleſias in Terra predicti Com' Hereford' depredati fuerunt, Dicunt quod predicti eſkettores quandam Domum in Terra in Breghennok' apud Tyraph' combuſſerunt, et quandam Eccleſiam que vocatur Peñyderyn fregerunt, et tam calicem quam ornamenta et alia bona quecunque ibidem inventa ceperunt, et aſportaverunt.

Dicunt etiam quod tam predicti Wills, Ricardus, et Stephanus, cum ſuis complicibus, quam predicti eſkettores, plures de hominibus predicti Com' Hereford' interfecerunt infra Terram de Breghennok', ſet de numero ignorant.

Dicunt etiam quod ſumma boum, vaccarum, et juvencarum, & hujuſmodi generis averiorum depredatorum, eſt MLXX. Summa equorum, jumentorum, pullanorum depredatorum L. De ſumma bidentum, porcorum, & caprarum, penitus ignorant.

Queſit' ſi predicte depredationes facte fuerunt ex precepto & ſcitu predicti Comitis Glouc', Et ſi aliqua bona depredata ad proficuum ejuſdem Comitis devenerunt,

Dicunt quod predictus Comes Glouc' bene ſcivit de tribus depredationibus factis cum vexillo explicato, et quod habuit tertiam partem bonorum ſic depredatorum, prout decet Dominum tempore guerre habere, ſecundum uſum et conſuetudinem Marchie.

Queſit' ſi predictus J. de Crepping' predictis depredationibus interfuit, vel conſenſit, Dicunt qd̃ non interfuit perſonaliter, ſet bene conſenſit, et partem ſuam bonorum ſic depredatorum habuit, Et ſimiliter quoſdam de predictis depredatoribus, quando exierunt cum vexillo, de Balliva ſua miſit.

Et dicunt quod predicti Johannes, Wills, Ricardus, & Stephanus, Ballivi ipſius Comitis Glouc' partem ſuam habuerunt de omnibus bonis depredatis, tam per eſchettores, quam per alios depredatores, exceptis bonis inventis in Eccleſia de Penyderyn, eo quod de roberia facta in Eccleſia neque Com' Glouc' neque Ballivi ſui aliquid ſciverunt.

Et Jur' taxant dampna ipſius Comitis Hereford', que habuit occaſione Terre ſue ſic vaſtate et populi ſui depauperationis, ad centum libr'.

Poſtea, die lune proxima poſt Feſtum Nativitatis Beate Marie, anno regni Domini Regis nunc decimo nono, apud Aumberbur', coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo venerunt predicti Com'.

Et, quia idem Dominus Rex voluit quod ſuper Inquiſitione coram Epiſcopo Elienſ' et ſociis ſuis capta apud Landon, ſecundum quod juſtum fuerit, ad Judicium procedatur,

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Et etiam, quia datum eſt intelligi eidem Domino Regi qd̃ poſt Inquiſitionem illam captam apud Landon, ubi ex parte Domini Regis inhibitum fuit Com' Hereford' qui preſens erat, et ſimiliter hominibus Com' Glouc' dictum per ipſum Epiſcopum et ſocios ſuos, ne aliquis eorum curreret ſeu currere permitteret ſuper alium, Quod uterque predictorum Comitum, & homines ſui hinc inde, Terras alterius vi et armis invaſerunt, nullo habito reſpectu ad inhibitionem inde eis prius factam per Dominum Regem, in Parliamento ſuo apud Weſtm', in Termino Sancti Hillar', videlicet per octo dies ante Feſtum Purificationis beate Marie, anno decimo octavo; ſuper quo facto ſi tantus contemptus et tanta inobedientia contra Inhibitionem &c. facta fuit, Dominus Rex volens plenius certiorari, Fecit adjornare predictos Comites, quod ſint coram illo apud Bergeveny a die Sancti Michaelis in tres ſeptimanas ſuper hoc juſticiam recepturi;

Et inſuper, Quia res iſta ſpecialiter tangit Dominum Regem, et Coronam & dignitatem ſuam, per quod in omni eventu quamplurimis de cauſis requirit cum omni celeritate qua fieri poterit et debuerit verificari; Mandatum eſt Juſtic' Weſtwall', et ſimiliter Vic' Hereford', & Glouc', et Ballivis Edmundi Fratris Domini Regis de Monemuta et de tribus Caſtellis, qd̃ venire faciant de Ballivis ſuis Milites & alios liberos & legales homines ad prefatum Terminum, ad audiend' et faciend' preceptum Domini Regis in hac parte.

Ad quem diem, apud Bergeveny, ſcilicet a die Sancti Michaelis in tres ſeptimanas, coram Domino Rege & Conſilio ſuo venerunt predicti Comites, Et ſimiliter Milites & liberi homines de Ballivis predictis venerunt,

Et queſit' eſt a Comite Hereford', qualiter vult ſe acquietare, qd̃ poſtquam inhibitum fuit ei per Dominum Regem, in Parliamento predicto, ne invaderet Terram Comitis Glouc', inferendo eidem aut hominibus ſuis de Morgannon injuriam, moleſtiam, ſeu gravamen,

Et ſimiliter, poſtquam ei per Epiſcopum Elienſ' & ſocios ſuos, apud Landon iterato prohibitum erat quod non inferret per ſe aut ſuos prefato Comiti Glouc' aut hominibus ſuis aliquam injuriam ſeu gravamen, qd̃ nichil ſuper premiſſis poſtea facere attemptavit,

Dicit quod paratus eſt ſe inde acquietare modis omnibus, prout Dominus Rex per Conſilium ſuum duxerit conſiderand'.

Et, quoad Com' Glouc', quia Dominus Rex attendit qd̃ tranſgreſſiones eidem Comiti impoſite, et facte, ut dicitur, ante captionem Inquiſitionis coram predicto Epiſcopo et ſociis ſuis apud Landon, per Inquiſitionem illam ſufficienter ſunt convicte, per quod videtur quod non eſt neceſſe ad preſens ſuper hoc ipſum Comitem alloqui iterato,

Queſit' eſt ab eodem Comite, qualiter velit ſe acquietare de hoc, qd̃ poſtquam Inquiſitio predicta capta fuit apud Landon, videlicet a die mercur' proxima poſt Feſtum Sancti Gregorii, anno decimo nono, uſque nunc, nullam moleſtiam, injuriam, ſeu gravamen intulit, ſeu inferri fecit, predicto Comiti Hereford', aut hominibus ſuis in Terra de Braghennok, contra Inhibitionem predictam;

Dicit quod a die Mercur' predict' uſque nunc nichil moleſtie ſeu gravaminis per ipſum, ſive per ſuos, illatum eſt eidem Comiti Heref' aut hominibus ſuis in Terra de Braghennok. Et bene vult quod hoc inquiratur, ſecundum qd̃ Dominus Rex conſideraverit.

Et, quoad Inquiſitionem captam coram predicto Epiſcopo & ſociis ſuis, ſupplicat inſtanter Domino Regi idem Comes Glouc' quod non interfuit ubi Inquiſitio illa capta fuit, quod ipſe poſſit audire Inquiſitionem illam cum proceſſu. Et conceditur ei per Dominum Regem de gratia ſpeciali.

Audita vero Inquiſitione una cum proceſſu, Petit idem Comes quod placeat Domino Rege quod ꝛones ſuas, quas habet proponere contra Inquiſitionem illam, coram ipſo Domino Rege audiantur. Et poſtea, ſecundum quod juſtum fuerit, ei allocentur.

Et

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Et ideo dictum est ei, quod dicat in hac parte quicquid viderit sibi expedire &c.

Et Comes dicit, quod Breve, per quod Inquisitio capta fuit, vocatur Scire fac', Et sumebatur in Cancell' quasi Originale. Et cum hactenus, secundum legem et consuetudinem usitatam, tale Breve semper consuevit fieri de aliquo Recordo & Processu prius habitis in Cur' Domini Regis, veluti Breve de Judicio, & non sumi sive impetrari a Cancell' quasi Breve originale, petit quod per processum habitum, sive per Inquisitionem captam, super tali Brevi minus rite concepto & formato, nullum ei indebitum fiat prejudicium seu gravamen.

Dicit etiam, quod Inquisitio predicta est quedam Inquisitio capta ex officio, que ipsum Comitem sive aliquos de suis non debet aut potest ligare, ex quo nunquam in Inquisitionem illam se posuerint.

Dicit similiter, quod Ricardus quondam Comes Glouc', pater suus, tempore Domini Henrici Regis patris Domini Regis nunc, ex missione ipsius Regis, Et similiter idem Comes, tempore Domini Regis nunc, per preceptum ipsius Regis, exierunt pluries in exercitu contra homines provinciarum de Kardygan & Kermerdyn, debellando eos & expugnando, et multa alia mala et dampna eis inferrendo, & pro Rege principaliter occidendo p'res, cognatos, & parentes eorum qui fuerunt in Inquisitione illa, quasi super mortales inimicos Domini Regis; Unde videtur ei, quod Inquisitio, capta per tales Jur' qui merito sunt emuli & inimici sui manifesti, et semper extiterunt, occasione predicta, non debet ei nocere.

Supplicat preterea Domino Regi idem Comes Glouc' quia precise defendit omnem contemptum & inobedientiam, & quicquid est contra pacem Domini Regis, aut Coronam, & Dignitatem suam, qđ possit super premissis fateri veritatem; Unde ex post veritate cognita submittit se exnunc discretioni Domini Regis.

Et dicit, quod verum est quod inhibitum fuit ei in Parliamento predicto Sancti Hillar' videlicet per octo dies ante Festum Purificationis Beate Marie, anno decimo octavo, apud Westm' quod non inferret aliquod gravamen Com' Hereford', & hominibus suis de Braghennok'; set quia homines sui de Morgannon, tunc per diversa loca & sparsa ejusdem patrie congregati ad exeund' versus Terram de Braghennok, secundum qđ eis bene licuit tunc temporis secundum usag' & consuetud' Marchie, non poterunt bene premuniri a predict' (m. 2.) die Inhibitionis sibi facte, usque predictum diem Veneris quo exierunt &c. propter brevitatem temporis; videtur ei, quod brevitas temporis & loci distancia sufficienter ipsum excusant in hac parte &c.

Et, quoad exitum quem homines de Morgannon fecisse debuerunt die lune proxima ante Festum Sancti Barnabe proximo sequent', Dicit, quod Terra de Morganon tunc temporis fuit in seisina Domini Regis; unde, si quid mali hora illa fecerunt alicui, hoc non debet eidem Comiti imputari.

Et, quoad tertium exitum quem homines de Morganon fecisse debuerunt, scilicet die lune proxima ante Festum Sancti Andree, Dicit, quod bene recolit Dominus Rex qualiter ipse ante diem illum feoffaverat eundem Comitem & Johannam uxorem ejus de tota Terra de Morganon cum pertin'; per quod quidem Feoffamentum idem Comes, una cum eadem Johanna ux' ejus, sumpsit statum novum; per quod intendit et credit, quod ab inhibitione prius sibi super premissis facta pure & omĩo per admissionem illius novi status extitit absolutus; Unde desicut de novo nunquam postea in premissis facta fuit ei Inhibitio, videtur ei, quod in nullo deliquit in hac parte per quod debeat calumpniari sive inpescari.

Et idem Comes Glouc', quef' si aliquid plus velit dicere ad presens quoad rem istam, Dicit quod videtur ei sufficienter dixisse.

Et quia ambo Comites de contemptu et inobedientia Domino Regi, in lesionem Corone & Dignitatis sue, illatis, ut dicitur, per ipsos Comites diversis temporibus secundum qđ excessus & transgressiones fiebant juxta tem-

A. D. 1292. 20 Edw. I.

pus superius limitatum, uterque ipsorum optulerit hinc inde acquietantiam de omnibus transgressionibus sibi impositis, prout Dominus Rex consideraverit, Concordatum est per Dominum Regem & Consilium suum, qđ rei veritas inde distincte & aperte inquiratur per bonam patriam.

Ideo procedat Inquisitio in forma predicta; Ita quod secundum hoc quod invenietur per Inquisitionem illam, et similiter secundum quod superius propositum est & allegatum per Com' Glouc', decernat Dominus Rex per Consilium suum quod justicia requirit. Et Jur' in presentia partium, et earum consensu electi, dicunt super sacramentum suum, quoad predictum Comitem Hereford', quod postquam Episcopus Elienſ' & socii sui in recessu prohibuissent Comitibus predictis, ne quis in Terris alterius intraret vi et armis ad aliquod malum faciend' in eisdem,

Quod homines Comitis Glouc', die Jovis proxima post Festum Sancti Petri ad vincula proximo preteritum, quedam averia sua fugaverunt ad pasturand' in quadam placea de qua contentio est inter predictos Comites; Et cum Ballivi et homines predicti Comitis Hereford' hoc perceperunt, cum equis & armis exierunt ad predicta averia capiend'; Et cum homines Comitis Glouc' hoc perceperunt, retraxerunt se cum averiis suis usque in Terram Com' Glouc'.

Et Ballivi et homines Comitis Hereford', videlicet Johannes Purpoynt, Ballivus suus & Constabularius suus de Brekennok, cum multa sequela sua ipsos insequebantur ultra Terram de qua Contentio est usque in Terram Comitis Glouc', et quosdam homines ipsius Comitis occiderunt, et averia illa ceperunt & fugaverunt usque Castrum de Brekennok', ipso Com' de Hereford' in nullo sciente, nec factum precipiente; Set, cum idem Comes de hoc scivit, statim mandavit Ballivis et hominibus suis ibidem quod averia que ceperunt deliberarent capt' securita . . de emend' faciend' de hoc qđ in Terra sua depasti fuerunt.

Dicunt etiam, quod predictus Comes Glouc' non precepit hominibus suis predictis predictam placeam depascere, nec ibidem venire, nec aliquid inde scivit; Set dicunt, quod averia predicta remanserunt penes predictum Comitem Hereford' et Ballivos suos predictos, et quod Ballivi sui quandam partem eorumdem mactaverunt & manducaverunt, et quedam averiorum predictorum adhuc remanent, & sunt in custod' Ballivorum Castri predicti.

Dicunt etiam, quod postea, die lune proxima post Festum Assumptionis Beate Marie proximo sequens, quidam homines Com' Glouc' de Terra sua noctanter intrārunt in Terram Com' Hereford' ut latrones; Et cum homines Com' Hereford' per clamorem levatum hoc intellexissent, se aggregarunt, et latrones illos refugaverunt usque Terram Com' Glouc' per tres leucas, et averia sua inde rescusserunt, et quedam alia averia in eadem Terra ibidem depredarunt, et ea in Terr' Com' Hereford' fugaverunt, et sic adhuc remanent in manibus Johannis Perpoynt, Joliis Deueroys, Philippi Seys, Howel Vauhan, Howel Abtrahan, qui averia illa cum sequela sua ceperunt.

Et dicunt, quod Comes Hereford' de predicto facto nichil scivit, nec fieri precepit, nec acceptavit, Immo incontinenti postquam de facto illo scivit precepit homines suos, quos intellexit inde culpabiles, per pleuinam & manucaptionem mitti, et sic adhuc sunt.

Et similiter dicunt, quod predictus Comes Glouc' de facto hominum suorum nichil scivit, nec precepit, nec acceptavit.

Preterea dicunt, quod Comes Hereford', post Inhibitionem per Dominum Regem sibi factam, pupplice et solempniter tam in Mercatis quam Ecclesiis et alibi in locis solempnibus proclamari fecit, et hominibus suis inhiberi, Ne quis eorum in Terris Com' Glouc' ad malefaciend' in eisdem intraret.

Et, quoad Querelas porrectas in cedul' Com' Glouc', dicunt, quod quedam facta et transgressiones ille per latrones

A. D. 1292. 20 Edw. I.

trones in eiſdem Querelis nominatos facta fuerunt, ſet non per preceptum Comitis Hereford', nec ipſo ſciente, nec aſſentiente, nec aliquid inde ad comod' vel opus ſuum devenit.

Dicunt tamen, quod quidam Ballivi et homines ſui forinſeci de aliquibus factis predictis in cedulis illis nominatis ſciverunt, et aliquam partem inde habuerunt, ut predictum eſt.

Et, quoad Com' Glouc', dicunt, quod nec idem Comes, poſt receſſum predicti Epiſcopi et ſociorum ſuorum, nec aliquis per preceptum ſuum, aut ipſo ſciente aut conſentiente, in Terris predicti Comitis Hereford' ad malefaciend' in eiſdem intraverunt; nec idem Comes Glouc' poſt diem predictum aliquid in contemptum aut inobedientiam Domini Regis fecit, aut fieri precepit, ſicut ei imponitur.

Et, quoad Querelas porrectas per Comitem Herford' in quadam cedula, Dicunt, quod alique tranſgreſſionum illarum ſibi facte ſunt, et poſt receſſum Epiſcopi &c.

Set dicunt, quod non per Comitem Glouc' aut Ballivos ſuos, aut preceptum ſuum, immo per latrones & homines de Terr' ipſius Comitis Glouc' ignotos.

Queſ' ſi latrones illi, quos dicunt eſſe de Terr' predictorum Com' et qui tranſgreſſiones & depredationes predictas fecerunt, ſunt de familia utriuſque Com' predictorum, vel alterius eorum, in obſequio ſuo, de manupaſtu ſuo, vel de advocatione ſua, Ita quod ipſi Com' vel eorum alter, a predictis latronibus, vel eorum aliquo, aliquid ceperunt vel cepit, ut per eorum advocationem premiſſa facerent, vel ſi aliqua de Bonis ſic depredatis ad opus vel comod' predictorum Comitum devenerunt, Dicunt, quod quidam eorumdem latronum communes latrones ſunt, et vagabundi, nec aliquid habentes niſi de latrocinio ſuo: Et quidam eorum in Terr' eorumdem Comitum ſunt reſidentes, et domos tenentes; ſet de nominibus eorum penitus ignorant.

Set expreſſe dicunt, quod nec unus nec alter predictorum Comitum de facto predictorum latronum ſcivit, fieri precepit, nec eorum facta acceptavit, nec aliquid de Bonis per eoſdem latrones depredatis ad opus eorumdem Comitum devenit &c.

Et quia per Inquiſitionem iſtam convictum eſt, quod Johannes Perpoynt, Conſtabularius de Brakennok', Johannes de Eueroys, & Philippus Sheys, Howel Wachan, et Howel Abtrahan, cum multitudine hominum tam equitum quam peditum, vi et armis exierunt de Terra de Brekennok' audito rumore de hoc qđ homines de Morgannon venerunt cum averiis ſuis depaſti Terram de qua contentio eſt, qui percipientes adventum Conſtabul' & aliorum, fugerunt cum averiis verſus partes proprias, quos idem Conſtabul' & alii ſtatim inſequentes, attinxerunt per duas leucas infra Terram de Morgannon, et quoſdam eorum occiderunt, et predicta averia ceperunt et fugaverunt uſque Caſtrum de Brekennok; unde ſtatim poſtea fecerunt Domino ſuo Com' Hereford' ſcire et intelligere quod averia predicta capta fuerunt in Terra de qua contentio eſt. Quam quidem captionem factam in Terra illa litigioſa bene ratificavit et acceptavit idem Comes, Et precepit, quod ſi homines de Morgannon vellent averia illa replegiare, et de dampno facto emendas facere, extunc habuiſſent averia illa deliberata. Et ex hoc evidenter cenſetur qđ, per emendas exigere, in hoc caſu occupavit et apropriavit ſibi de facto ſuo proprio, contra inhibitionem predictam, Terram quam aſſerũt ſuper ipſum prius ocupatam, et de qua nondum per judicium Cur' Domini Regis conſecutus eſt ſeiſinam, Immo pendet adhuc placitum inde in Cur' Domini Regis coram eo inter ipſum et Comitem Glouc' indeciſum. Et in hoc idem Comes Hereford' manifeſte deliquit, contra prohibitionem Domini Regis; maxime cum placitũ adhuc eſt pendens de ipſa Terra que eſt origo & occaſio totius mali, ut homicidiorum, incendiorum, depredationum hinc inde factorum; Et etiam quia homines ejuſdem Comitis Hereford' mactaverunt de averiis predictis ſic imparcatis, quod quidem illicitum fuit in hoc caſu, et contra omnia jura;

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Et etiam, quia hec omnia audacius et preſumptuoſius per ipſum Comitem et homines de Brekennok' fiebant, credentes qđ per Libertatem ſuam Marchie poſſent evadere a pena et periculo, que merito incurriſſe debuiſſent ſi extra Marchiam alibi in regno talem exceſſum perpetraſſent; et ſic puniendus eſt Dominus Libertatis, tam in re illa que ſibi & ſuis temeram prebuit audaciam delinquendi, quam in perſona propria propter contemptum & inobedientiam Domino Regi factam contra inhibitionem predictam,

CONSIDERATUM eſt, quod idem Comes committatur Gaole: Gaola.

Et Libertas ſua de Brakennok' cum pertin' capiatur in manum Domini Regis &c.

Et ſimiliter predicti Johannes Porpoynt et alii capiantur.

Et, quoad Com' Glouc', intellectis calumpniis, exceptionibus, allegationibus, et excuſationibus, ipſius Comitis, et ponderatis, & cum majori deliberatione per Dominum Regem & Conſilium diligenter diſcuſſis, Reſponſ' eſt ad primam ſonem ſuam, videlicet ad hoc, Quod calumpniat Breve, quod vocatur Scire fac', quod quidem Breve de jure eſt et eſſe debet Breve de Judicio, exiens de Proceſſu prius habito in Cur' Domini Regis, et recordo rotulorum, ut aſſerit; Videtur Conſilio Domini Regis, qđ ex quo incumbit Domino Regi ſpecialiter, pro conſervatione pacis ſue et ſalvatione populi ſibi commiſſi, quam cito rumor de tam enormi tranſgreſſione contra inhibitionem ſuam facta ad ipſum pervenerit, incontinenti debetur ſuper hoc veritas inquiri per omnes vias quibus citius ſine juris offenſa poſſit fieri, et per Breve illud, propter exhibitionem celeris juſticie, unicuique indigenti preſtand', feſtinius patet remedium quam per aliquod aliud Breve adhuc in caſu iſto proviſum, ſive formatum, ad intollerabilia mala evitand' et impediend', veluti homicidia, ſacrilegia, incendia, depredationes, & alia enormia que, preter mala prius illata, emerſiſſe poterunt a caſu, niſi celerius remed' apponeretur in facto predicto;

Et etiam, quia Dominus Rex, qui eſt omnibus & ſingulis de regno ſuo juſticie debitor, non potuit in hoc caſu, niſi Injuriam Corone ſue intuliſſet, diſſimulaſſe quin conceſſiſſet Breve, per quod citius et celerius pervenire poſſet ad cognitionem veritatis rei predicte, cum petitum fuerat;

Decretum eſt per Conſilium, quod Breve predictum, in caſu iſto, et in caſibus conſimilibus, eſt neceſſarium et rationabile.

Preterea, cum idem Comes Glouc' aſſeruit, quod Breve predictum jacet in caſu ubi prius Proceſſus & Record' fuerint ſuper placito, quaſi Breve de Judicio; Videtur Conſilio Domini Regis, quod Dominus Rex, a quo omnes Miniſtri ſibi ſubjecti habent recordum, eſt ſuperlativum & magis arduum record' & ſupra omnes Miniſtros ſuos & proceſſus & record' rotulorum precellens.

Et etiam antequam Dominus Rex inhibet, circumſpicit & conſiderat judicio interiori, propter utilitatem communem, ut evitetur deterius quod oriri poſſit & ſubſequi a malo incepto niſi Inhibitio interveniret, Et ſic procedit Inhibitio ex premeditato judicio conſcientie Domini Regis, propter bonum pacis; contra quod judicium ſi quis preſumpſerit attemptare, quanto citius et brevius debitus poſſit haberi proceſſus ut ſuper hoc convincatur veritas ſuper delinquentem in hoc caſu, tanto honorabilius eſt Regie Majeſtati, & Regno & Populo utilius & magis neceſſarium; per quod videtur in hac parte, quod Inhibitio procedit proprie ex judicio a quo predictum Breve, quod vocatur Scire Facias, debite ſumi poteſt; Maxime cum res ſupradicta ſpecialius in hoc caſu tangat Dominum Regem, Coronam, & Dignitatem ſuam, quam aliam certam perſonam; Unde cum idem Dominus Rex recoluerit et recordetur, quod placitum ſuper Querela ſibi oſtenſa dudum pendebat in Curia ſua coram ſeipſo inter prefatos Comites, per quod inhibuit eis ne

A. D. 1292. 20 Edw. I.

aliquis ipsorum super alium, aut homines suos curreret, nec Terras alterius invaderet:

Et super hoc, postea per Comitem Hereford' ostens' fuit, qd̄ in contemptum & inobedientiam Domini Regis, Com' Glouc' & homines sui de Morgannon Terras ipsius Comitis Hereford' de Brakennok' invaserunt, homicidia, incendia, & alios excessus inferrendo, contra Inhibitionem predictam, licite & debite potuit Dominus Rex, de tam solempni recordo, ut de recordo suo proprio, fieri precipere predictum Breve in hoc casu.

Ad hoc, qd̄ idem Comes Glouc' dicit, quod predicta Inquisitio capta coram predicto Episcopo & sociis suis non debet ipsum ligare, sive ei nocere, eo quod nunquam se posuit in Inquisitionem illam; Immo capta fuit quasi de Officio; Verum est, quod idem Comes non posuit se in Inquisitionem illam, & tū Inquisitio ipsa non est Inquisitio de Officio, immo Inquisitio que ligat partes, et decidit inter eas, secundum qd̄ convictum est per Inquisitionem illam, ad quam capiend' processum est per
(Dors') Breve superius aprobatum est, et per quod Breve Vicecom' Berk' fecit ipsum Com' et etiam Justic' Westwall' homines ipsius Com' predictos premuniri, tempore competenti, veniendi coram predicto Episcopo & sociis suis, si voluer': Ita qd̄, per defaltam ejusdem Com' & hominum suorum predictorum, Inquisitio illa capta fuit; Que quidem defalta merito est eidem Comiti et hominibus suis predictis imputand' & nulli alio.

Set est Inquisitio de Officio, quando aliquis queritur de dampno sibi facto in parco, vel vivario, vel alibi, per homines ignotos; Et Dominus Rex super hoc, ad sectam querent' fac' inquirere qui malefactores fecerunt talem transgressionem vel tal .. Et cum alique certe persone inde per talem Inquisitionem rectate sint, Inquisitio talis est Inquisitio de Officio, et quasi quoddam accusamentum.

Preterea, quia Dominus Rex mandavit per Literas suas patentes predicto Episcopo & Sociis suis, quod licet contingeret alterum predictorum Comitum coram eis non venire, ad prosecutionem seu ad defensionem predicti negotii, eo quod res ista specialiter tetigit Majestatem Regiam, Coronam, & dignitatem suam, tñ propter eorum absentiam non omitterent quin ad captionem Inquisitionis predicte procederent;

Videtur Consilio Domini Regis, quod predictus Episcopus & Socii sui bene & rite processerunt in hac parte, Et quod ad judicium super tali Inquisitione in hoc casu contra predictum Com' & homines suos predictos, per eandem Inquisitionem convictos, et etiam in consimili casu contra alios de consimili transgressione simili modo convictos bene potest procedi.

Ad hoc etiam, quod Comes dicit, Quod predicta Inquisitio capta fuit per emulos & mortales inimicos suos, per quod videtur ei quod ipsa non debet ei nocere; Responsum est ei ad hoc, Quod non est moris in Cur' Domini Regis, quod quando Inquis' jurata vel assisa aliqua capta fuerint per defaltam partis, Que quidem defalta semper penam requirit, Et precipue in hujusmodi cau', Quod post captionem earundem non possit vel debeat pars absens admitti ad calumpniand' personas aliquas Jur'.

Cumque etiam idem Comes superius supplicaverit Domino Regi, Quod cognita veritate per confessionem ipsius Comitis super exitibus factis per homines de Morgannon infra Terram de Brakennok' et decernat postea super facto illo Dominus Rex secundum discretionem suam, auditaque & intellecta super hoc Confessione ipsius Comitis, Videtur Consilio Domini Regis, quod per brevitatem temporis sive loci distantiam idem Comes nullam excusationem habere potest, quoad primum exitum factum per homines de Morgannon, die Veneris proxima post Festum Purificationis Beate Marie, anno decimo octavo, ex quo recepit Inhibitionem predictam per octo dies ante diem Festi Purificationis; Unde per Dominum Regem et Consilium computatis di..is tempore & numero dierum, evidenter compertum est tempus sufficiens infra quod homines suos de Morgannon premuniisse super Inhibitione predicta potuit competenter, si volebat. A. D. 1292. 20 Edw. I.

Ad hoc etiam, quod idem Comes quoad exitum factum die lune proxima ante Festum Sancti Barnabe, anno predicto, Dicit, quod eodem die, et per longum tempus antea, fuit Terra de Morgannon in seisina & in manu Domini Regis; Unde si homines ejusdem Terre tempore illo exissent, et equitationem infra Terram de Brekennok' fecissent, Hoc non debetur eidem Comiti imputari; bene liquet Domino Regi per inspectionem Rotulorum de Cancell', dat' Brevium, & alias evidentias, quod Terra de Morgannon plene restit' fuit & reddita eidem Comiti Glouc' per Dominum Regem per novem dies ante equitationem illam factam. Unde factum illud manifeste censetur factum fuisse tempore Com' & non tempore Domini Regis.

Ad hoc etiam, quod idem Comes attendit se exonerare de tertia equitatione facta, scilicet die lune proxima ante Festum Sancti Andree, anno decimo nono, eo quod optinuit novum statum, conjunctim cum Johanna uxore ejus, de predicta Terra de Morgannon, per feoffamentum sibi inde factum per Dominum Regem, per quod idem Comes credidit in hoc casu, quod ab inhibitione sibi prius super premissis facta plene fuerat absolutus,

Respons' est, Quod Inhibitio prius sibi facta in pleno Parliamento tenet & ligat semper Com' superstite, quousque placuerit Domino Regi illam revocare. Facta enim fuit Inhibitio persone ipsius Com' & non Terre; unde, quia audito veredicto Inquisitionis in quam predictus Comes Glouc' hic coram Domino Rege se posuit, per quam convictum est, quod idem Comes, postquam Inquisitio illa capta fuit coram prefato Episcopo & sociis suis apud Landon, nullam fecit transgressionem in Terra de Brakennok' predicto Com' Hereford', aut hominibus suis, contra prohibitionem predictam, Consideratum est quod Comes Glouc', quoad hoc, eat inde quietus.

Et quia per Inquisitionem coram prefato Episcopo & sociis suis apud Landon nuper captam, et nunc per Dominum Regem & Consilium approbatam, convictum est, quod idem Comes Glouc' et quoad predictas tres equitationes & exitus, fact' cum vexillo de armis ipsius Comitis explicato, nec per allegationes suas quas, pro se excusando proposuit, se potest super premissis aliquatenus excusare, rōnibus predictis, Immo quod idem Comes & homines sui predicti, per Inquisitionem predictam approbatam, sunt convicti de transgressionibus predictis sufficienter;

Et etiam, quia hec omnia audacius & presumptuosius per ipsum Comitem & homines suos de Morgannon fiebant, credentes qd̄ per Libertatem suam Marchie possent evadere a pena & periculo que merito incurrisse debuissent, si extra Marchiam alibi in regno talem excessum perpetrassent;

Et sic puniendus est Dominus Libertatis, tam in re illa que sibi & suis temeram prebuit audaciam delinquendi, quam in persona propria, propter contemptum & inobedientiam Domino Regi factam contra Inhibitionem predictam,

Consideratum est, quod idem Comes, & similiter predictus Johannes de Crepping' qui presens est, committantur Gaole. Gaol'.

Et predictus Wills de Valers, Ricardus le Flemyng, & Stephanus de Cappenore, capiantur.

Et etiam Libertas predicti Comitis de Glamorgan cum pertinen' capiatur in manum Domini Regis &c.

Postea, postquam predicti Com' et Johannes de Crepping' prisone committebantur, et in eadem ad voluntatem Domini Regis moram feciissent, venerunt Edmundus Frater Domini Regis, Wills de Valenc' avunculus ipsius Domini Regis, Henricus de Lacy Comes Linc', & Johannes de Hasting', ad petitionem predicti Comitis Glouc', et supplicaverunt Domino Regi, quod ipsi, de gratia sua speciali, manucapere possent corpus ipsius Comitis Glouc' ad habend' coram ipso Domino Rege pro voluntate sua, et ad voluntatem suam aud' & faciend';

Et

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Et etiam Reginaldus de Grey, Robertus Typetot, Robertus filius Walteri, et Walterus de Bello Campo, eodem modo, ad petitionem predicti Comitis Heref' ſupplicarunt Domino Regi quod manucapere poſſent corpus ipſius Comitis ad habend' coram ipſo Domino Rege in forma predicta;

Ita quod poſtea, de ſpeciali gratia Domini Regis, conceditur, quod Comites predicti tradantur manucaptoribus predictis, Ita quod ipſi habeant corpora eorumdem Comitum coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio, apud Weſtmonaſterium, in craſtino Epiphanie proximo futur' in forma predicta.

Et Sciend', quod Libertates predicte predictorum Comitum, que per judicia predicta in man' Domini Regis capiantur, ut predictum eſt, eiſdem Comitibus repleg' videlicet utrique ipſorum ſua Libertas, uſque terminum predictum.

Preterea, predictus Comes Glouc' ſupplicavit Domino Regi, quod idem Dominus Rex concederet ei, & traderet ei, corpus predicti Johannis de Crepping', ad habend' coram ipſo Domino Rege ad terminum predictum;

Et etiam, quod manucapere poſſet corpora predictorum Willi de Valers, Ricardi le Flemyng', et Stephani de Capenore, Ita quod corpora eorumdem haberet, ad prefatum terminum, coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio, ad audiend' voluntatem Domini Regis & faciend'.

Et ſimiliter, predictus Comes Heref' manucep' hendi ad prefatum terminum corpora Johannis Porpoynt, Johannis Deueroys, Philippi Seys, Howel ap Vauhan, et Howel ap Trahan, hominum ſuorum predictorum, coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio, ad faciend' et recipiend' id quod Dominus Rex de Conſilio ſuo duxerit ordinand'.

Ad quem diem, coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio, apud London' in domo Otonis de Grandiſſono, extra Palacium ipſius Domini Regis, apud Weſtmonaſterium, venerunt Comites predicti, et ſimiliter Edmundus Frater Domini Regis, Henricus de Lacy Comes Linc', & Johannes de Haſting', manucaptores predicti Comitis Glouc'; ſet Willis de Valenc', unus manucapt' ipſius Comitis, non venit.

Venerunt etiam Robertus Typetot, Robertus filius Walteri, manucaptores predicti Comitis Heref'; ſet alii manucaptores ſui non venerunt.

Et predicti manucaptores, qui venerunt, optulerunt predictos Comites Domino Regi, ad audiend' & faciend' voluntatem ipſius Domini Regis, ſecundum formam preſcriptam, et in forma qua eos manuceperunt.

Et ſimiliter, Com' uterque adduxerunt, et optulerunt, homines ſuos predictos quos manuceperunt, ut predictum eſt, ad faciend' et audiend' voluntatem Domini Regis, et ad recipiend' qd Dominus Rex de Conſilio ſuo duxerit ordinand'.

Et quia Dominus Rex, variis negotiis prepeditus & arduis, ſuper hiis que in premiſſis de Conſilio ſuo duxerit ordinand' & faciend' nondum conſultus eſt, Idem Dominus Rex, de gratia ſua ſpeciali, tradidit corpus predicti Comitis Glouc' predictis Edmundo Fratri ipſius Domini Regis, Henrico de Lacy Comiti Linc', et Johanni de Haſting'; Et etiam corpus predicti Comitis Heref' predictis Roberto de Typetot, & Roberto filio Walteri; Ita quod corpora eorum habeant coram ipſo Domino Rege, die veneris proxima poſt Epiphaniam Domini, ibidem ad voluntatem Domini Regis audiend' & faciend' ut ſuperius dictum eſt. Qui manucaptores ſub eadem forma eoſdem Com' manuceperuut.

Et etiam, de gratia Domini Regis ſpeciali, predicte Libertates predictorum Comitum eiſdem repleg' uſque diem predictum & in forma predicta.

Et ſciend' quod predicti homines predicti Comitis Glouc' traduntur interim Mareſcall' cuſtod', eo quod idem Comes manucapere noluit.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Et predicti homines predicti Comitis Hereford' ipſi Com' ſub manucaptione traduntur, uſque diem predictum, eo quod idem Comes inſtanter petiit quod eos manucapere poſſet.

Poſtea, die Mercurii proxima poſt predictum craſtinum Epiphanie, venit predictus Comes Glouc' in propria perſona ſua coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio, ad locum predictum, et ſupplicavit inſtanter & humiliter, quod Dominus Rex, de gratia ſua ſpeciali, ſibi concedere vellet quod ipſe manucapere poſſet predictos homines ſuos, qui in cuſtod' Mareſcall' ſunt; Ita quod corpora eorum habeat coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio, die veneris predicto, ad voluntatem ipſius Domini Regis audiend' & faciend', et recipiend' id quod Dominus Rex de Conſilio ſuo duxerit ordinand'. Et de gratia Domini Regis ſpeciali ei traduntur in forma predicta &c.

Poſtea, ad diem illum, manucaptores predicti manuceperunt Comites predictos, habend' corpora eorum coram ipſo Domino Rege, die jovis proxima poſt octab' Epiphanie, ibidem ad audiend' & faciend' voluntatem ipſius Domini Regis.

Et ſimiliter, iidem Comites manuceperunt homines ſuos predictos, habend' eos ad prefatum terminum in forma predicta.

Ad quem diem, venerunt predicti Comites Glouc' & Hereford' per manucaptionem predictam, et optulerunt ſe parat' facere & recipere prout Domino Regi, tam de eorum corporibus quam de Libertatibus ſuis, in Terris ſuis predictis, placuerit et eis facere voluerit.

Et quia iidem Comites predicti ſe in forma predicta voluntati Domini Regis omño ſubmiſerunt, ut de eis eorumque Libertatibus faciat quod ſibi placuerit, Dominus Rex ſuper hoc, non voluntarie tantummodo, immo prout de jure et ſecundum legem & conſuetudinem Regni fuerit faciend', & etiam per Conſilium Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Comitum, Baronum, ceterorumque de Conſilio ſuo exiſtentium, facere volens in premiſſis, Et ut voluntas ſua juſta ſit & rationabil', prout decet, eorumque aſſenſum in premiſſis petiit et conſilium.

Propter quod, habito Tractatu diligenti coram ipſo Domino Rege & Conſilio ſuo ſuper predictis, Tam ipſi Domino Regi quam ceteris Prelatis, & Magnatibus, & ſingulis de Conſilio ſuo, videtur quoad Com' Glouc', quod Libertas ſua predicta, videlicet totum regale in Terris ſuis predictis de Morgannon cum pertinen', pro ſe & heredibus ſuis forisfacta eſt ratione delicti predicti.

Set quia idem Comes Glouc' duxit in uxorem Johannam filiam Domini Regis nunc, et de qua ſuſcitavit prolem; Et que quidem Johanna tantum habet in predicta Libertate, et etiam in omnibus aliis Libertatibus, terr', et ten' ipſius Comitis, quantum & ipſe Comes habet, cum de Libertatibus, terris, & ten' illis ſint conjunctim feoffati; p quod idem Comes nichil habet, ſeu habere poteſt, in Libertatibus, terris, aut ten' predictis niſi ad terminum vite ſue tantum; Nec idem Comes Glouc' plus poteſt forisfacere quam ſuum eſt; Nec eſſet juri conſonum, quod ratione delicti ipſius Comitis predicta Johanna uxor ſua aut eorum exitus, qui in nullo deliquerunt, exheredarentur; (m. 3.)

Dictum eſt eidem Comiti Glouc', per conſid' & judicium Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Comitum, Baronum, & totius Conſilii Domini Regis, quod Libertas ſua predicta de Morgannon, videlicet totum regale in eiſdem terris, remaneat Domino Regi & heredibus ſuis, ut forisfacta, tota vita ipſius Comitis Glouc'.

Et idem Comes retornetur priſone, et inde redimetur ad voluntatem Domini Regis.

Et etiam, quod predictus Comes Hereford' recuperet verſus eum predict' centum libr' pro dampnis ſuis predictis &c.

Et ſimiliter, quoad predictum Comitem Hereford', eo quod videtur Domino Regi et ejus Conſilio, habito ſuper hoc

A. D. 1292. 20 Edw. I.

hoc tractatu diligenti, ut predictum est, Quod Libertas sua in terris suis de Brekennok' cum pertinen', videlicet totum regale Libertatis sue predicte de Brekennok', ratione delicti predicti, forisfacta est;

Dictum est eidem Comiti Hereford', per considerationem et judicium Archiepiscoporum, Episcoporum, Comitum, Baronum, & totius Consilii Domini Regis, Quod Libertas sua predicta remaneat Domino Regi, & heredibus suis, ut forisfacta de ipso Comite Hereford' & heredibus suis in perpetuum.

Et corpus suum prisone retornetur, et inde redimatur ad voluntatem Domini Regis.

Set quia videtur Domino Regi & ejus Consilio, quod transgressio, de qua idem Comes Hereford' convictus est, non est ita carcans, nec tantam penam requirit quantum & fac' transgr' predicta de qua predictus Comes Glouc' convincitur;

Et etiam, quia idem Comes Hereford' desponsaverat consanguineam Domine Regine, Consortis Domini Regis nunc, et quod quidem maritagium ipsa Regina fecit & acceptavit, per quod liberi ipsius Com' Heref' sunt parentes liberorum Domini Regis;

Idem Dominus Rex, de gratia sua speciali, v..t & concedit, quod predicta Libertas predicti Comitis Hereford' remaneat ut forisfacta in man' Domini Regis, & hered' suorum, ad terminum vite predicti Comitis Hereford' tantum. Ita quod heredes ipsius Comitis Heref' inde non exheredentur post mortem suam.

Postea, postquam predicti Comites prisone retornabantur et in eadem moram fecissent ad voluntatem Domini Regis; predictus Comes Glouc' finem fecit Domino Regi pro decem mille marc' pro transgressione predicta: Et recip' per pleg' Edmundi fratris Domini Regis, Willi de Valenc', Henrici de Lacy Comitis Lincoln', & Johannis de Hasting'.

Et similiter predictus Comes Heref' fecit finem Domino Regi pro transgressione predicta pro mille marcis: Et recip' per pleg' Roberti de Typetot, Roberti filii Walteri, Thome de Berkeleye, & Johannis Fylyol &c.

Et de predicto Johanne de Crepping', & aliis hominibus predicti Comitis Glouc' superius nominatis, Licet per Inquisitionem predictam, coram predicto Episcopo et sociis suis captam, compertum sit, quod iidem homines partem aliquam Bonorum depredatorum, ut predictum est, in terris predicti Comitis Hereford' de Brekennok' habuerunt, & eorum depredationibus assens' prebuerunt,

Non tamen satis liquide per Inquisitionem predictam invenitur, quod iidem homines Com' Glouc' sciverunt, ac premuniti fuerunt, per ipsum Com', aut alio modo competenti, de defensione predicta per ipsum Dominum Regem ipsi Com' Glouc' Domino suo pro se et hominibus suis: Nec esset conveniens, qd penam defensionis fracte incurrerent, si de defensione nichil scirent.

Et super hoc, predict' Johannes, et alii, petunt qd ratione defensionis predicte non sibi facte, immo de qua nichil sciverunt, prout parati sunt se acquietare omnibus modis quibuscunque Domino Regi placuerit, non puniantur ut transgressores contra eandem defensionem, de qua omõ fuerunt ignorantes.

Et quia Consilium Domini Regis non recordatur, utrum predicti Johannes, et alii, tempore defens' predicte facte predicto Com' Glouc', presentes fuerunt necne, vel si de defensione illa premuniti fuerunt, iidem Johannes & alii, quesiti qualiter se velint acquietare quod presentes non fuerunt tempore defens' facte, nec aliquid sciverunt de defensione predicta,

Dicunt, quod cum Domino Rege nolunt placitare, set alto et basso se ponunt voluntati Domini Regis; Et petunt, quod Dominus Rex fac' de se quicquid sibi placuerit, et quod sibi dignetur de eis & eorum Bonis facere, et pro voluntate sua, et ipsos Johannem, & alios, de facto predicto acquietare, & ad gratiam & benevolentiam suam reformare.

Propter quod, Dominus Rex, misericordia & pietate motus, et etiam ad instanc' Prelatorum, Comitum, et Baronum, et ceterorum de Consilio suo, gratiam facere volens prefato Johanni de Crepping' & aliis, precepit, quod iidem Johannes, et alii, finem facerent si vellent pro transgressione predicta: Et quod eorum fines admitterentur juxta eorum transgressiones & facultates.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Postea venerunt predicti Johannes de Crepping, & alii, et finem fecerunt coram Gilberto de Thornton, & sociis suis:

Videlicet, predictus Johannes de Crepping' per quinquaginta marcas; et recip' per pleg' Ricardi de Creppyng' de Com' Eborum, et Johannis Wogan de Com' Somers'.

Et Ricardus le Flemyng finem fecit pro xx libr'; et recipitur per pleg' Johannis le Waleys de Com' Somers', et Stephani de Haucumb' de Com' Cornub'.

Et Stephanus de Cappenore finem fecit pro xx marc'; et recipitur per pleg' Roberti de Typetot de decem marc' et Johannis Louel de Com' Norht' de aliis decem marcis.

Et Wills de Valers finem fecit pro x libr'; et recipitur per pleg' Johannis de Crepping' de Com' Linc', et Roberti de Fyllioll de Com' Cumbr'.

Et de predictis hominibus predicti Com' Hereford', eo qd nunquam premuniti fuerunt ad Inquisitionem aliquam audiend', nec pars alicujus fuerunt, propter quod predicta Inquisitio, videlicet coram Domino Rege capta, est quasi quoddam incusamentum, et non Inquisitio ligaris, Ideo procedatur versus eos prout de Jure fuerit procedend'.

No 4. Petitio Johannis de Britann' Comitis Richem' super Maneriis de Costesheye & de Bynyngton, (Dors.)

JOHANNES de Britannia, Comes Richemund', per quemdam Clericum & Attornatum suum ostendit Domino Regi, quod cum Manerium de Costesheye in dnico, et etiam Manerium de Byninton in dnio, inmediate debeant esse jus & hereditas sua, per redditionem quam Dominus Henricus Rex, pater Domini Regis nunc, fecit Johanni filio Ducis Petri, de Comitatu de Richemund' cum pertinen', adeo integre sicut Dominus Petrus quondam Dux, aut anteceSSores sui Com' predictum tenuerunt; Et de quibus Maneriis predictus Petrus, quondam Dux, fuit seis', videlicet de Manerio de Costesheye in dominico, et de servitio Manerii de Bynyngton; et unde idem Johannes qui nunc est non est seisitus.

Et petit quod Dominus Rex super hoc gratiam & remedium sibi facere velit &c.

Et super hoc idem Johannes profert Cartam Domini Henrici Regis, patris Domini Regis nunc, que testatur, Quod idem Dominus Henricus Rex reddidit predicto Johanni, fil' Petri Ducis &c. Comitatum Richemund' cum pertinen' suis, adeo integre sicut predictus Petrus Com' illum tenuit &c.

Ad quam petitionem, videlicet quoad Manerium de Costesheye, quod idem Com' petit in dominico, bene recolit Dominus Rex, & ejus Consilium, quod alias prefato Com' respons' fuit sub hac forma, scilicet, Quod Manerium de Costesheye aliquo tempore fuit cujusdam Vic' Rotomagens' qui Manerium illud tenuit in dominico suo ut de feodo; Et qui Vic' adhesit parti Regis Francie, contra fidem & partem predicti Henrici Regis Anglie; propter quod, omnia tenementa que fuerunt tam predicti Vic' quam aliorum quorumcumque in Regno isto, parti Regis Francie adherentium, et contra fidem Regis Anglie existentium, remanserunt prefato Domino Regi Anglie, ut eschaeta sua.

Et quia Manerium predictum cum pertinen' fuit predicti Vicecomitis Rotomagens', qui illud in dominico suo tenuit ut de feodo, et contra fidem & coronam Regis Anglie devenit, adherendo parti Regis Francie, ut predictum est; per quod predictum Manerium cum pertinen' integre remansit Domino H. Regi ut eschaeta sua, prout alia tenementa remanserunt que fuerunt aliorum quorumcunque contra fidem predicti Henrici Regis existentium; Et si forsitan predictus Petrus, quondam Dux, anteceSSor predicti Com', intrusit se in predicto Manerio,

A. D. 1292. 20 Edw. I.

eo quod predictus Vicecomes parti Regis Francie tempore predicto adhesit, Et de intrusione illa sic facta fuit seisitus; Predictus Petrus, si superstes esset et presens, nichil ratione illius seisine clamare posset in Manerio illo, Cum tenementa omnia in Regno isto que fuerunt predicti Vicecomitis, aut aliorum quorumcunque parti Regis Francie tempore predicto adherentium, Domino Regi remanserunt, & remanent, ut eschaeta sua, & nulli alii; Eo quod tantummodo contra Dominum Regem devenerunt et deliquerunt.

Et similiter, quia Carta que ex parte predicti Com' porrigitur, testatur, quod Dominus Henricus Rex pater &c. reddidit predicto Petro, Duci &c. predictum Comitatum integre cum pertinen'; Et hoc evidenter apparet, ex quo idem Dominus Henricus Rex, tempore redditionis illius, concessit eidem Petro quasdam Terras et tenementa cum pertinen' in recompensation' Manerii de Wysset' in Com' Suff', quod idem Dominus Henricus Rex dederat Johanni de Vallibus, & aliarum terrarum quas aliis dederat, Et de quibus predictus Petrus tunc temporis petiit allocationem et recompensationem sibi fieri; Et sic manifeste censetur, quod Com' ille adeo integre predicto Petro reddebatur, sicut antecessores sui Comitatum illum tenuerunt:

Respons' est ei per Dominum Regem, & Consilium suum, quod sufficienter alias ei fuit respons'.

Et quoad Dominium Manerii de Bynynton, Fiat Breve ad inquirend' de quo predictum Manerium tenetur, et de quo tenebatur, et per que servitia, et a quo tempore; Et tradatur Attorn' predicti Com' ad sequend' si voluerit; Et remandetur Regi Inquisitio; Et Rex habebit Consilium.

Quod quidem Breve idem Attorn' nomine predicti Comitis postea nec alius pro ipso Com' sequi voluit &c.

Et hoc idem respons' est cuidam Nicho de Tribeluile, petenti iddem Manerium de Costesheye, per quamdam Cartam Domini Henrici Regis; Et quod Rex sibi respondere non poterit, quousque inter ipsum Regem, et predictum Comitem, fuerit discussum ut predictum est super demanda ipsius Com' &c.

No 3. De illis qui supervenerint ante judicium.

CUM quis per Breve Domini Regis petat aliqua tenementa versus Tenentem per legem Anglie, per feodum talliatum nomine dotis, vel alio modo, ad terminum vite vel annorum; Et petens tantum fuerit pros' quod tenementa sint quasi amittenda, & sibi adjudicanda: Et super hoc venerit ante judicium redditum aliquis a latere, dicens se habere feodum et jus in tenementis illis, & Cur' supplicaverit, qđ ex quo ante judicium venerit, tenementum suum defensur' et paratus inde petenti respons'ur', Quod ad hoc admittatur, ratione cujusdam statuti Domini Regis nunc, inter cetera ultima statuta Westm' editi; per quod statutum, tam nullum jus habentes, quam illi qui jus habuerunt, multotiens in cãu predicto flõ & in deceptionem Cur' supervenerunt, et petierunt se admitti respons'ur' ut per admissionem suam possent petentes elongare de judicio & seisina demande sue habendis, et ad faciend' eosdem petentes de novo placitare, et sic petentes in Cur' Regis in casu predicto sepius elongantur jure suo, per maliciam supradictam, de statuto predicto supervenientem, quam ex justa causa aut rationabili, prout coram Justic' multociens contigit et invenitur.

Propter quod, Dominus Rex ad maliciam predictam in casu predicto destruend' remedium volens apponere; In pleno Parliamento suo, et de communi Consilio suo, statuit, et firmiter de cetero, videlicet a die lune proxima post Purificationem beate Virginis, anno regni sui xx°, Precepit observari; Quod cum aliquis a latere ante judicium in casu predicto supervenerit et petierit se admitti, Antequam admittatur, inveniat sufficientem securitatem, prout Cur' visum fuerit, ad respondend' petenti de valore ten' sic amittendi, a die quo recipitur respons'ur' usque diem quo judicium finale fiet super Petition' petent', si ille Petens demandam suam recuperet: Et graviter amercietur, si habet unde; Et si non habeat, committatur Gayole, ad voluntatem Regis.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Et si verificare poterit jus suum esse tale quale illud asseruit quando petiit ipsum admitti, eat quietus &c.

No 4. De Brevi de Inquisitione concedenda de Terris ad manum mortuam ponend'.

DE Religiosis terras aut tenementa de cetero de Feodis suis aut aliorum perquirere volentibus, per quod terre aut tenementa illa ad manum mortuam deveniant, contra formam statuti Domini Regis nuper super hoc editi; Per ipsum Dominum Regem, & Consilium suum, in pleno Parliamento suo provisum est, et concordatum, quod de cetero, videlicet de die lune predicto, non concedatur alicui Breve Domini Regis in Cancellar' de Inquisitione facienda, Si sit ad dampnum Domini Regis vel aliorum, si ipse dare possit et assignare aliquibus Religiosis, aut aliis, terras aut tenementa aliqua, juxta formam Brevis in Cancellar' usitate in casu predicto, Per quod terre aut tenementa illa in manum mortuam deveniant, nisi per Petitiones in pleno Parliamento porrectas: Et ita qđ si Religiosi illi, aut alii quibus terre aut tenementa illa sic fuerint concedenda, sint ita pauperes et exiles qđ de suo proprio vivere non poterint, Dominus Rex super hoc habito Consilio faciet de gratia sua quod sibi placuerit &c.

No 5. De presentibus vocatis ad warantu'. (m. 4.)

CUM Tenens in Placito Terre, temporibus retroactis, vocaverit aliquem ad Warant', et Petens super hoc verificare voluerit, qđ nec vocatus, nec aliquis antecessorum suorum, a tempore seisine antecessoris ipsius petentis, fuerit in seisina de tenementis predictis, nec in dominico, nec in servitio; si ille vocatus ad Warant' presens fuerit, et gratis Tenenti warantizare voluerit, predicta verificatio Petentis admitti non consuevit, nisi vocatus ad waran' absens fuerit: Et hoc, ratione cujusdam statuti Domini Regis nunc, editi inter cetera prima statuta sua Westm'. Propter quod, Dominus Rex animadvertens fraudem, deceptionem, et maliciam, et etiam dampnum suum, et exheredationem Corone sue, in casu predicto in Curia sua multotiens posse intervenire, et isto die intervenerit; cum, quidam tenentes de ipso Domino Rege in Capite, et per Baroniam integram, in quodam Placito pendenti coram Justiciariis de Banco nunc, vocaverunt ad waran' de demanda petentis particulariter quosdam garciones ignotos et extraneos, qu. . . presentes duxerunt, & quorum antecessores, aut ipsi, nunquam in ten' que warantizaverunt aliquid habuerunt, aut in aliquibus Terris aut ten' aliis in Regno isto, neque in dominico, neque in servitio, prout a diversis Domini Regis fidelibus testabatur; ut per cautelam, fraudem, et maliciam illam, ipsi per Baroniam tenentes auferre possent Domino Regi misericordiam suam, in quam inciderent si Petens versus eosdem demandam suam recuperaret. Et similiter, illi garciones waranti, videlicet quilibet de portione quam warantizavit, se defend. . . per corpus servientis, provisi & conducti per ipsos per Baron' tenentes; et sic super uno Brevi una demanda unius petentis jam sunt duo bella vel tria vadiata, quod durum est, et exemplum pernicioſum tempore futuro pro Pauperibus petentibus versus Magnates et divites, qui se per maliciam predictam defendere voluerunt, nec contra predictos warantos petẽs quando vocati fuerunt verificationem suam in forma predicta habere potuit, eo qđ ipsi vocati presentes fuerint, et gratis warantizaverint:

De communi Consilio statuit, et firmiter de cetero, videlicet de Festo Sancti Hillarii, anno regni sui vicesimo, precepit observari, qđ cum Tenens aliquem vocaverit

ad

A. D. 1292. 20 Edw. I.

ad war' et Petens in forma predicta verificare voluerit; Admittatur ejus verificatio, ſive vocatus abſens fuerit vel preſens, nullo habito reſpectu ad ejus preſentiam vel abſentiam.

Nº 6. Quod Heredes habeant actionem per Breve de vaſto facto tempore anteceſſorum ſuorum.

WILL'S le Botiler, qui eſt infra etatem & in cuſtod' Domini Regis, monſtravit Domino Regi, quod cum quidam Gawayn le Botiler frater ſuus, cujus heres ipſe eſt, nuper implitaſſet Walterum de Hopton, per Breve Domini Regis, de vaſto & deſtructione factis per ipſum Walterum, in quibuſdam Terris & tenemen' que idem Walterus tenuit ad terminum vite ſue, de hereditate predicti Gawani, in Wemme & in Tirlegh; Et idem Gawinus antequam judicium aſſecutus fuerit obiiſſet, Et poſt cujus mortem prefatus Wills per conſimile Breve predictum Walterum de predictis vaſto & deſtructione factis per multum tempus implacitaverit:

Idem Walterus, coram Gilberto de Thornton & ſociis ſuis ad placita ejuſdem Domini Regis tenend' aſſignatis, venit et dixit, quod non debuit ipſi Willo reſpondere de vaſto aut deſtructione factis tempore alieno, et antequam jus hereditatis predicte ei deſcenderat. Et ſuper hoc petiit judicium.

Et quia quidam Juſtic' in redditione predicti Judicii non concordarunt; Pro eo qđ quibuſdam videbatur, quod non eſſet juri conſonum, ſi per Breve predictum quod eſt quoddam Breve de tranſgreſſione, certe perſone fca, altera perſona comod' aut emendas exequeretur quam eadem perſona cui et in cujus tempore tranſgreſſio facta fuit;

Aliis autem Juſtic' & majori parte totius Conſilii Domini Regis in contraria opinione exiſtentibus, et per rationes diverſas aſſerentibus, quod predictus Wills audiri deberet & inde reſponderi, et etiam alii quicunque in caſibus conſimilibus, vel tranſgreſſiones conſimiles in caſu conſimili ſemper remanerent non emendate, et tranſgreſſores impuniti; Quod eſſet durum, & inconveniens pro hered' quibus talis tranſgreſſio facta fuerit:

Propter quod, poſtea Dominus Rex, habito tractatu diligenti in pleno Parliamento ſuo in craſtino Purificationis beate Marie, anno regni ſui viceſimo, de communi Conſilio ſuo ſtatuit, et extunc firmiter precepit obſervari,

Quod heredes, in cujuſcunque cuſtodia fuerint, & tam plene etatis quam infra etatem exiſtentes, habeant ſuum recuperare per Breve de vaſto, in caſu predicto, et aliis ubi Breve illud locum habet, tam de vaſto & deſtructione factis in Terris et tenemen' de hereditate ſua, tam temporibus anteceſſorum ſuorum quam a tempore quo jus & feodum hereditatis ei deſcenderunt et inde reſpondeantur. Et quod recuperent tenementa vaſtata, & dampna, prout ſtatuitur in ultimis ſtatutis Weſtm' de dampnis recuperand' per Breve de vaſto, ſi tenens de vaſto convincatur.

Et preceptum eſt per ipſum Regem predictis Gilberto de Thornton, et ſociis ſuis, quod in loquela predicta, et in conſimilibus, de cetero procedant; Et ſecundum quod inveniri contigerit Judicium reddant.

Et ſimiliter preceptum eſt Juſticiariis de Banco, in pleno Parliamento, Quod hoc idem coram eis de cetero faciant firmiter obſervari &c.

Nº 7. Quod omnes illi qui habent quadraginta Libratas terre fiant Milites.

DOMINUS Rex precepit, quod omnes illi de Regno Anglie qui habent Quadraginta libratas terre et ultra, in feodo & hereditate, et qui fuerint Domini terrarum ſuarum per tres annos, fiant Milites citra Natale Domini.

Et ſuper hoc emanarunt Brevia ſingulis Vicecomitibus Angl' et etiam Reginaldo de Grey pro Balliva ſua de Ceſtr' in forma ſubſcripta,

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Rex Vicecomiti Eborum Salutem.

Precipimus tibi, quod in pleno Comitatu tuo proximo pupplice proclamari, et omnibus illis de Balliva tua quorum intereſt ex parte noſtra ſcire fac', quod illi de Com' predicto qui habent Quadraginta libratas Terre in feodo & hereditate, et qui terras illas et tenementa per triennium ante dat' preſentium tenuerunt, et Milites eſſe debent et non ſunt, arma militaria recipiant ante feſtum Natal' Domini proximo futurum. Et qualiter iſtud mandatum noſtrum fueris executus nobis diſtincte & aperte ſcire fac' in feſto Sancti Johannis Baptiſte proximo futur'. Et habeas ibi tunc hoc Breve. Teſte &c.

Nº 8. Quod omnes Carte Regis in ſingulis articulis ſuis allocentur ad Scaccarium.

QUIA Dominus Rex, in Parliamento ſuo poſt Natale Domini Anno regni ſui decimo octavo, ex gravi querimonia tam Religioſorum quam aliorum de regno ſuo, quorum predeceſſoribus et anteceſſoribus progenitores ipſius Domini Regis per Cartas ſuas diverſas Libertates conceſſerunt, intellexit, quod Carte ille ad Scaccarium ſuum coram Theſ' & Baronibus ſuis non fuerunt allocate; Et ſuper hoc mandavit eiſdem Theſ' et Baronibus, Quod omnes Carte que allocate fuerunt decimo octavo anno Reg' Henrici patris ſui in eodem Scaccario, Et etiam quod omnes Carte perquiſite de tempore precedenti allocarentur. Et jam ad Parliamentum iſtud, videlicet in craſtino Epiphanie Domini anno regni ſui viceſimo, iterato ad aures ipſius Domini Regis gravior pervenerit querimonia, Quod Carte Regie per ipſum Dominum Regem & Progenitores ſuos Prelatis et Magnatibus Regni ſui conceſſe, in ſingulis articulis in eiſdem Cartis contentis & ſpecificatis ad Scaccarium ſuum, immo vix in aliquibus articulis, ſunt allocate; per quod ipſi Prelati & Magnates per diſtrictiones Vic' & Ballivorum per ſum' Scaccarii diſtringuntur, et multipliciter inquietantur:

Dominus Rex ſuper hoc gratiam ſpecialem & uberiorem Prelatis & Magnatibus Regni ſui facere volens, et etiam remedium ſalubre apponere in premiſſis, Conceſſit, et firmiter precepit obſervari, Quod omnes Carte que fuerunt allocate in dicto Scaccario decimo octavo anno Reg' Henrici patris ſui, ut predictum eſt; Et etiam omnes Carte quocunque tempore tam progenitorum ipſius Domini Regis quam tempore ſuo conceſſe, manuteneantur, et allocentur de cetero, in ſingul' articulis contentis in eiſdem, ſecundum quod Prelati et Magnates eiſdem uſi ſunt, Licet compertum fuerit, quod Carte ille, juxta tenorem earundem, in aliquibus articulis in eiſdem contentis tempore preterito non fuerint eiſdem allocate, dum tamen articulis illis uſi fuerint; Exceptis Amerciamentis quoſcunque per Conſiderationem Cur' Regis tangentibus pro propriis delictis ſuis, qui quietantiam inde per Cartas hujuſmodi clam' habere, de quibus Rex ſuam faciet voluntatem, prout alias inde ordinavit:

Ita quod Carte de Libertatibus perquiſite poſt predictum decimum octavum annum Regis Henrici, oſtendantur ad Scaccarium citra terminum unius anni, a die Sancti Michaelis proximo futur' ſub forisfactura eorumdem perquiſitorum.

Et ſi per earundem inſpectionem, aut alio modo, compertum fuerit, quod appropriationes alique de Amerciamentis, vel aliis Libertatibus, ultra ea que ſpecificata fuerint in Cartis illis, fiant auctoritate Cartarum illarum, Tunc omnes appropriationes hujuſmodi capiantur in manum Domini Regis, et ſalvo cuſtodiantur donec Rex aliud inde preceperit. Et quod ea que ſpecialiter in Cartis hujuſmodi contenta non fuerint, non allocentur de cetero ad Scaccarium.

Et ſuper hoc mandatum eſt Breve Domini Regis ſub hac forma:

Rex Theſ' et Baronibus ſuis de Scaccario Salutem. Cum Nos, anno regni noſtri decimo octavo, vobis mandaverimus, quod omnes Cartas quibuſcunque Prelatis vel Magnatibus a pro-

A.D. 1292. 20 Edw. I.

a progenitoribus noſtris Regibus Anglie ſuper quibuſcunque Libertatibus factas, que decimo octavo anno regni Domini Henrici Regis patris noſtri fuerunt ad Scaccarium predictum allocate, faceretis in eodem Scaccario pariter, et omnes Cartas de precedenti tempore perquiſitas, allocari; Et nos jam, ex inſinuatione Prelatorum & Magnatum Regni noſtri, acceperimus, quod Carte ſue, tam per nos quam dictum patrem noſtrum & alios progenitores noſtros predictos ſibi facte, in ſingulis articulis ſuis, juxta Conceſſiones noſtras et dictorum progenitorum noſtrorum, per vos in Scaccario predicto non ſunt allocate; Propter quod, ipſi per diſtrictiones Vicecom' et aliorum Ballivorum noſtrorum, per ſum' Scaccarii diſtringuntur, et multipliciter jacturas et diſpendia ſuſtinentes indebite pregravantur; Volentes ſuper hoc ſalubre remedium adhiberi, Providimus, conceſſimus, et firmiter precipimus, quod omnes Carte que fuerunt allocate in predicto Scaccario dicto decimo octavo anno regni dicti patris noſtri, et etiam omnes Carte quocunque tempore, tam tempore progenitorum noſtrorum quam noſtro, conceſſe, manuteneantur, et allocentur de cetero, in ſingulis articulis contentis in eiſdem, ſecundum quod Prelati & Magnates eiſdem uſi ſunt; licet compertum fuerit quod Carte ille juxta tenorem earundem in aliquibus articulis in eiſdem contentis tempore preterito non fuerint eiſdem allocate, dum tamen articulis illis uſi fuerint; Exceptis Amerciamentis quoſcunque per conſiderationem Curie noſtre tangentibus pro propriis delictis ſuis, qui quietantiam inde per Cartas hujuſmodi clam' habere, de quibus noſtram intendimus facere voluntatem, prout coram Nobis & Conſilio noſtro fuit alias ordinatum: Proviſo, quod inſpectis Cartis de Libertatibus, poſt tempus allocationum predictarum dicto decimo octavo regni dicti patris noſtri factarum, perquiſitis; quas Cartas per vos inſpiciend' citra terminum unius anni a die Sancti Michaelis proximo futuro ſub forisfactura perquiſitorum illorum coram vobis deferri faciatis; ſi compertum fuerit, quod appropriationes alique de Amerciamentis, vel aliis Libertatibus, ultra ea que ſpecificata fuerint de Cartis predictis, fiant auctoritate Cartarum illarum, Tunc omnes appropriationes hujuſmodi capiend' in manum noſtram eſſe decrevimus, et in manu noſtra cuſtodiend' donec aliud inde preceperimus; Et quod ea que ſpecialiter in Cartis hujuſmodi contenta non fuerint, de cetero nullatenus allocentur per vos in Scaccario predicto. Et ideo vobis Mandamus, quod hanc Proviſionem et Conceſſionem noſtram in Scaccario predicto coram vobis irrotulari, et in omnibus de cetero faciatis firmiter obſervari. Teſte meipſo apud Weſtm' VI° die Februarii anno regni noſtri Viceſimo.

Nº 9. De Aquietatione Scutagii ad Scaccarium. (Dorſ.)

QUIA Comites, Barones, et ceteri Magnates, Milites, et alii, qui de Domino Rege tenent, graviter diſtringuntur, et multipliciter inquietantur, pro Scutagio Domino Regi preſtando de Feodis Militum que de Domino Rege tenentur, et de quo tam ipſi Domino Regi de tempore ſuo, quam progenitoribus ſuis de eorumdem temporibus, per ipſos Comites, Barones, et alios, et eorum Anteceſſores ſatisfactum eſt, ut aſſerunt, Dominus Rex ſuper hoc remedium feſtinum volens apponere, Mandavit Theſ' et Baronibus ſuis de Scaccario, quod ſcrutatis Rotulis de Scutag' in cuſtodia ſua exiſtentibus de toto tempore bone memorie Ricardi quondam Regis Anglie, et ab eodem tempore uſque nunc, de Feod' Militum que de Rege tenentur in Regno iſto, Omnes illos qui per ſe, aut anteceſſores ſuos, ipſi Domino Regi aut progenitoribus ſuis de Scutagio ſuo ſatisfecerint, ſecundum qđ per Rotulos illos inveniri contigerit faciant eſſe quietos; Et diſtrictiones ea occaſione factas relaxent: Proviſo tamen, quod ſi quid de Scutagio per ipſos aut anteceſſores ſuos Domino Regi a retro fuerit, aut debeatur, Inde reſpondeatur Domino Regi ad Scaccarium ſuum predictum.

Et ſuper hoc mandatur Theſ' & Baron' Breve Domini Regis in hec verba; A.D. 1292. 20 Edw. I.

Rex Theſ' & Camerariis ſuis Salutem. Quia Magnates, & alii de Regno noſtro, per diſtrictiones varias eis per ſum' Scaccarii noſtri ſepius factas, multipliciter gravantur et inquietantur, pro Scutagio nobis preſtand' de feod' Militum que de nobis tenent in eodem Regno, de quo tam progenitoribus noſtris de tempore ſuo quam nobis de tempore noſtro ſatisfecerunt, ut accepimus; Nos eis ſuper hoc feſtinum remedium facere volentes, vobis Mandamus, quod ſcrutatis Rotulis de Scutagio in cuſtodia veſtra exiſtentibus, de toto tempore bone memorie Ricardi quondam Regis Anglie progenitoris noſtri, et ab eodem tempore uſque nunc, de feod' Militum que de nobis tenentur in Regno predicto, omnes illos qui per ſe aut anteceſſores ſuos nobis, aut progenitoribus noſtris, de Scutagio ſuo ſatisfecerint, ſecundum quod per Rotulos illos inveneritis .... quietos eſſe faciatis, diſtrictiones eis ea occaſione factas penitus relaxando: Proviſo tamen, qđ de Scutagio, ſi qđ nobis per ipſos aut anteceſſores ſuos debeatur, nobis reſpondeatur ad Scaccarium predictum. Teſte Rege apud Chamten' VII° die Februarii anno regni ſui viceſimo.

Mandatum eſt etiam Com' Mareſcall', & Com' Hereford' Conſtabular' Anglie, quod mittant ad Scaccarium omnes Rotulos qui ſunt in cuſtodia ſua, de ſervitiis Domino Regi et ejus progenitoribus factis in excercitibus ſuis Wall', per totum tempus predictum.

Et ſimiliter mandatum eſt W. de Valenc', et Petro de Huntingfeld, quod mittant Rotulos in cuſtodia ſua exiſtentes de ſervitiis factis in excercitibus predictis; Ita quod habeant Rotulos ſuos ad Scaccarium in quindena Paſch' prox' futur' Theſ' & Baron' liberand', ut iidem Theſ' & Baron', inſpectis tam Rotulis eorumdem quam aliis in Theſauraria exiſtentibus, debitum finem in premiſſis apponant, et remedium feſtinum &c.

Nº 10. De Abbate de Ceſtr'.

CUM poſt mortem Simonis Abbatis Sancte Werburge Ceſtr' nuper defuncti, Miniſtri Domini Regis Cuſtod' Abbĩe predicte in manum Domini Regis ſeiſiiſſent, Credentes Cuſtod' et Exitus ejuſdem, ſicut aliarum Abbatiarum que ſunt de Corona Domini Regis, ad ipſum Dominum Regem pertinere;

Et etiam, cum Dominus Rex a Fre Thoma, nunc Abbate ejuſdem loci, petierit penſionem uni de Clericis ſuis concedi, ratione nove creationis ipſius Thome; Et ſuper hoc idem Thomas Dominum Regem diu ſecutus fuerit, et eidem ſupplicaverit, quod Eccleſia ſua gaudere poſſet Libertatibus & conſuetudinibus quibus tempore Domini Henrici Regis patris ſui gaviſa fuit;

Aſſerens, quod temporibus retroactis, et a tempore quo Com' Ceſtr' in manum predicti Domini Henrici Regis devenit, idem Dominus Henricus Rex tempore vacationum ejuſdem Abbĩe nichil de Bonis predicte Abbath' cepit, nec aliquid de Exitibus ejuſdem ad opus ſuum devenit, Et nec aliquam Cuſtod' inde habuit, nec aliqui Abbates, predeceſſores ipſius Thome, ratione nove Creationis ſue alicui Clerico predicti Domini Henrici Regis penſionem aliquam conceſſerunt. Et petiit, quod Dominus Rex, habita conſideratione ad ſtatum quem pater ſuus tempore ſuo habuit in predicta Abbath' temporibus vacationum ejuſdem, eundem ſtatum tempore ſuo ſi placet vellet continuare, et Eccleſiam ſuam eodem ſtatu uti et gaudere permittere.

Propter quod, Dominus Rex, apud Norham, precepit mandare Theſ' et Baronibus ſuis de Scaccario, Et etiam Reginaldo de Grey Juſticiario ſuo Ceſtr', et ſimiliter Fratri Roberto de Valle Regali Eſchaetori ſuo Com' Ceſtr', quod, ſcrutatis Rotulis, et etiam facta diligenti Inquiſitione per ſacramentum proborum et legalium hominum de Comitatu predicto, inquirerent, cujuſmodi Cuſtod' Dominus Henricus Rex Pater ſuus, a tempore quo predictus Com' Ceſtr' in manum ſuam devenit,

A. D. 1292. 20 Edw. I.

venit, habere consuevit in Abbath' predicta, et cujusmodi Exitus inde percipere tempore vacationis ejusdem: Et si aliquis Abbas ejusdem, ratione nove Creationis sue, alicui Clerico ipsius Domini Henrici Regis Pensionem aliquam concessit necne. Et quid inde invenirent, et inquirere possent, sine dilatione ipsi Domino Regi, sub sigillis suis et eorum per quos facte fuerint Inquisitiones, scire facerent.

Concessit tamen predictus Thomas Abbas Domino Regi, ob reverentiam suam, quod ipse libenter concederet quandam Pensionem hac vice uni Clerico ipsius Domini Regis: Ita quod si Domino Regi, per inspectiones Rotulorum & Inquisitiones capiend' ut predictum est, constare poterit, quod nulli Predecessorum suorum hoc facere consueverint, qđ de solutione ejusdem extunc exoneretur; Et quod ratione illius Concessionis a successoribus suis nulla Pensio tempore novarum Creationum suarum peteretur. Et Dominus Rex hoc idem concessit &c.

Postea ad Parliamentum ipsius Domini Regis apud Westm', in crastino Epiphanie Domini, anno regni sui vicesimo, mandaverunt Thes' & Baron' de Scaccario, quod quia Compotus Abbathiarum, Prioratuum, Custodiar', & & Eschaetar', de Com' Cestr' ad Scaccarium Cestr' & non ad Scaccarium London' redditur, propter quod ibidem veritas rei predicte ratione debet inveniri, iidem Thes' & Baron' mandaverunt per Breve de Scaccario Reginaldo de Grey Justic' Cestr', quod scrutatis Rotulis de Scaccario ibidem, id quod invenerit eis mandaret. Qui eis mandavit, quod nec per scrutinium Rotulorum & Memorand' de Scaccario Cestr', nec etiam per diligentem Inquisitionem inde factam, invenire potuit, quod Dominus Henricus Rex Pater &c. de Exitibus Abbathie predicte tempore vacationis ejusdem quicquam percepit. Et idem Justic' similiter hoc idem Domino Regi mandavit. Mandarunt etiam prefati Justic' et Eschaetor Inquisitiones quas inde ceperunt ratione mandati Domini Regis predicti sub sigillis suis, & sigillis eorum per quos facte fuerint; Per quarum veredictum compertum est, quod tempore Henrici Regis, patris Domini Regis nunc, vacavit Abbath' predicta per mortem cujusdam Walteri Abbatis; post cujus mortem Ricardus de Draycote, tunc Justic' Cestr', in Abbath' predicta quendam servientem posuit, qui habuit sub se duos Custodes, unum in celar' & alterum ad portam, qui Bona & Exitus ejusdem Domus tempore vacationis illius, sumptibus ejusdem domus, custodierunt salvo et integre ad opus ejusdem domus & proximi Abbatis de novo creandi. Ita quod Dominus Henricus Rex, tempore vacationis illius, de Bonis et Exitibus predicte domus ad opus suum nichil percepit, preter sumptus & expens' servientum suorum predictorum ad hoc deputatorum.

Et quidam Rogerus succeſſit eidem, qui nulli Clerico ipsius Henrici Regis Pensionem aliquam contulit, ratione nove creationis sue.

Et preterea, tempore Regis Henrici, vacavit iterato predicta Abbathia per mortem predicti Rogeri; tempore cujus vacationis, Johannes de Grey, tunc Justic' Cestr', eodem modo fecit in omnibus quo predictus Ricardus de Draycote Justic' fecit, quando vacavit Abbia tempore suo. Et quod nichil de Bonis aut Exit' predicte Abbath' ad opus Domini Henrici Regis tunc temporis devenit; nec Abbas succedens alicui Clerico ipsius Henrici Regis aliquam Pensionem contulit, ratione nove creationis sue; nec pluries vacavit predicta Abbath' tempore Regis Henrici.

Et quia, nec per record' Rotulorum, nec per Inquisitiones predictas, reperitur, quod Dominus Rex Henricus, Pater Domini Regis nunc, temporibus vacationum predicte Abbath' tempore suo, nichil de Bonis aut Exitibus predicte Abbath' percepit; nec aliquid inde ad opus suum devenit; nec aliqua Pensio alicui Clericorum suorum, ratione nove creationis alicujus Abbatum predicte Abbath', concessa fuit; nec etiam idem Dominus Henricus Rex aliquam Custod' inde habuit, nisi qđ Justic' sui, ut predictum est, tempore vacationis ibidem unum servientem posuerunt, qui habuit sub se duos Custodes, unum in celar', et alium ad portam, ad Bona domus custodiend' & ad opus Abbatis futuri, et qui nichil de eadem domo ceperunt nisi tantummodo sumptus & expens' suas tempore quo ibidem steterunt;

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Dominus Rex de gratia sua speciali concessit, quod tempore futuro, cum predicta Abbath' vacaverit, fiat in eadem sicut tempore Domini Henrici Regis patris sui, ut predictum est, fieri consuevit;

Et predictus Thomas nunc Abbas absolvatur de Pensione danda Clerico Reg' quam alias ob reverentiam Domini Regis concessit.

Et successores sui de cetero ad nullam Pensionem, ratione nove creationis sue, prestand' Clerico Domini Regis compellantur.

Et similiter habeat Breve Eschaetori de habend' Exit' predicte Abbath' qui tempore ultime vacationis in manum Domini Regis capti fuerunt.

Et sciend' quod Inquisitiones predicte remanent in Cancellar'.

Preterea Dominus Rex precepit, quod super Premissis fiant predicto Abbati Litere sue Patentes. Et fiunt, et inrotulantur in Cancellar' &c.

Nº 11. De Libertate de Ewyas Lacy, que fuit Theobaldi de Verdon.

QUIA Theobaldus de Verdun coram ipso Domino Rege et ejus Consilio, apud Bergeveny, a die Sancti Michaelis in tres septimanas, de diversis Transgressionibus & Inobedientiis factis Domino Regi, in lesionem Corone & dignitatis, et etiam in contemptum ipsius Domini Regis manifestum, arrenatus, In Inquisitionem patrie se inde posuit,

Que quidem Inquisitio coram Gilberto de Thornton, & sociis suis Justiciariis ad Placita Domini Regis assignatis, per ipsum Dominum Regem capi precipiebatur:

Ideo Processus & Record' predicte Loquele, scripta & inrotulata prout coram ipso Domino Rege & ejus Consilio placitabatur, per manum Gilberti de Roubury tradebatur predicto Gilberto de Thornton, ut secundum qđ in Recordo illo invenitur & inrotulatur veritatem inquirat.

Et invenietur Loquela illa in Rotulis suis de Termino Sancti Michaelis, anno regni Regis nunc nono decimo.

Et sciend' qđ per judicium in predicto Placito postea coram ipso Domino Rege apud Parliamentum suum apud Westm' in crastino Epiphanie anno regni sui vicesimo redditum, predictus Theobaldus, per considerationem & judicium totius Consilii, committebatur gaole, & exheredatus fuit de tota Libertate sua regali, quam habuit in Terris suis de Ewyas Lacy, pro se et heredibus suis in perpetuum.

Set postea Dominus Rex, pro bono servitio antecessorum predicti Theobaldi facto sibi & progenitoribus suis, Et quia idem Theobaldus transgressionem suam fatebatur, et voluntati se submisit, De gratia sua speciali concessit, quod Libertas predicta, post mortem ipsius Theobaldi, restituatur & remaneat heredibus suis; Ita quod ipsi inde non exheredentur.

Et predictus Theobaldus finem fecit pro redemptione corporis sui per quingentas marcas:

Et recipitur, prout patet in Rotulis predictis Gilberti de Thornton.

Et similiter Homines predicti Theobaldi, qui, ut patet in eodem Placito, de Contemptu Domino Regi facto convicti fuerunt, propter quod Prisone committebantur, finem fecerunt pro redemptione corporum suorum coram eodem Gilberto de Thornton, et sociis suis, per Preceptum Regis super eodem Placito. Et ibi inrotulantur Fines eorum, et Plegii eorumdem Finium.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

§ De Theobaldo de Verdon. (m. 5.)

PRECEPTUM fuit Theobaldo de Verdun, apud Herford', a die Sancti Michaelis in unum menſem, coram ipſo Domino Rege, quod haberet coram Domino Rege et ejus Conſilio, apud Weſtm' ad Parliamentum ſuum in craſtino Epiphanie Domini, quoſdam Walenſ' convictos in Cur' Regis de quibuſdam Contemptu & Tranſgreſſionibus ipſi Domino Regi factis, et infra Libertatem predicti Theobaldi de Ewyas Lacy, & ſub poteſtate ſua commorantes, ad faciend' & recipiend' qd Dominus Rex de Conſilio ſuo ordinaret.

Et idem Theobaldus hoc idem aſſumpſit, ſi ſuperſtites eſſent, & inveniri infra poteſtatem ſuam potuiſſent.

Ad quem diem, predictus Theobaldus in pleno Conſilio et in preſentia ipſius Domini Regis arrenatus, ſi corpora eorumdem Walenſ' haberet, et ſecum duxiſſet, ad reddend' ipſi Domino Regi, prout ipſi Theobaldo per Preceptum Regis, ut predictum eſt, injunctum fuit, teſtabatur manifeſte, quod quidam eorumdem Walenſ' mortui fuerunt, et quidam non fuerunt inventi, et quidam vagabundi & ignoti; Ita quod nullum eorumdem adduxit.

Et quia Dominus Rex poſtea intellexit, quod predictus Theobaldus falſo, contra homagium & fidelitatem ſuam, teſtatus fuit, eo quod iidem quos mortuos teſtabatur ſunt ſuperſtites; et quos non inventos teſtabatur in terris ſuis poſtea inveniebantur & capiebantur, et ſunt in Priſona ipſius Domini Regis Herford'; & quos ignotos & vagabundos teſtabatur noti ſunt, & infra Libertatem ſuam reſidentes;

Idem Theobaldus coram ipſo Domino Rege ad racõm põitus qualiter & quomodo ſe vellet de Premiſſis aquietare, Poſuit ſe inde in juratam Patrie, quod bene & fideliter teſtabatur, prout patet per Recordum traditum inde Gilberto de Thornton per manum Gilberti de Roubiry; Et inrotulatur in Rotulis Giberti de Thornton, de Termino Sancti Hillar', anno viceſimo.

Et mandatum eſt Coron' Com' Herford', quod venire faciant coram ipſo Domino Rege, in quindena Paſch' ubicumque &c. XXIIII de Com' predicto qui melius &c.

Et ſimiliter mandatum eſt Vic' Herford', quod in propria Perſona ſua tunc ſit ibidem, Et ibi habeat Corpora eorum quos Rex intellexit quod habet in cuſtodia ſua, de illis quos Theobaldus teſtatus fuit quod non potuerunt inveniri.

Et ſciend' quod nomina Walenſ' invenientur in Recordo liberato predicto Gilberto de Thornton per manus Gilberti de Roubiry, de magno Placito inter Dominum Regem & predictum Theobaldum, in Rotul' predicti Gilberti de Thornton, de Termino Sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi XIX°.

Et ſimiliter teſtimonium predicti Theobaldi intitulatum ſuper nomina eorumdem Walenſ'.

§ De Aquietanc' Hominum Theobaldi de Verdon.

DOMINUS Rex mandavit dilectis & fidelibus ſuis Reginaldo de Legh, & Vic' ſuo Stafford', quod cum Wills de Mere Subeſcaetor Regis in Com' predicto, poſt mortem Willmi de Caueresſwelle, ſeiſinam Caſtri de Caueresſwell quibuſdam de cauſis nomine Regis petierit, et quidam homines tunc infra dictum Caſtrum exiſtentes ipſum Subeſcaetorem ſuper hiis perturbarunt; Unde Johannes de Flaunſtede, Johelus le Warenner, Robertus Galpyn, Wills Sheyl de Ipeſtanes, Ricardus Sibeli de Chedele, Henricus filius Thome le Lung, Ricardus filius Thome de Kyngeleye, Adam de la Sawe, Hugo de la Shawe, Henricus de Gondeſlawe, Ricardus filius Ricardi Sibely, Simon de Littelwod, Rogerus Fox, Johannes filius Johannis Wodecok, Johannes le Feuere del Eueſhe, Johannes Galpyn, Ricardus de Bokenhall, Simon le Charretter, Henricus de Mackeworth, Henricus de Caumpeden, & Simon de Hunteleye, indictantur; quod iidem Reginaldus, et Vic', inquirerent per ſacramentum proborum & legalium hominum de Com' predicto, qui prefatos Indictatos nulla affinitate attingerent, per quos rei veritas melius ſciri poſſet, ſi predicti Indictati culpabiles eſſent de perturbatione predicta necne: Et quod Inquiſitionem in forma predicta captam mitterent Domino Regi ſine dilatione, ſub ſigillis ſuis & ſigillis eorum per quos facta fuerit.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Ita quod poſtea, in craſtino Epiphanie Domini, miſerunt predicti Reginaldus & Vicecom' Inquiſitionem in forma predicta captam ipſi Domino Regi.

Et ſimiliter ibidem venerunt omnes prenominati Indictati, preter Simonem de Littewode, qui in veniendo tali infirmitate ſubito detinebatur quod de ejus vita deſperatur, prout per ſacramentum de predictis Indictatis per Conſilium Domini Regis captum compertum eſt.

Et quia per veredictum predicte Inquiſitionis, lecte et audite coram Domino Rege et ejus Conſilio, manifeſte reperitur, quod nullus predictorum Indictatorum culpabilis eſt de perturbatione aliqua facta, ut predictum eſt, nec conſentientes fuerunt ut conſilio aut auxilio, Ideo omnes predicti inde quieti &c.

Et ſciend' quod Inquiſitio remanet in Cancellar' &c.

Nº 12. De Comite Glouc' et Priore de Goldecliue.

PRIOR de Goldeclyue queritur Domino Regi, et ejus Conſilio, de hoc, quod cum ipſe inplacitari non debeat, aut Priores de Goldeclyue, Predeceſſores ſui per alterius Brevia quam de Cancellar' Domini Regis emanentia inplacitari non conſueverunt, aliquibus temporibus retroactis; Et Gilbertus de Clare, Comes Glouc' et Hertf', & Ballivi ſui de Karlyon, ipſum Priorem ad reſpondend' in Curia ſua de Karlyon diſtrinxerunt; Propter quod, ſuper Libertate predicta placitandi Placitum inter ipſos Priorem et Comitem in Cur' Regis pendeat, et jam diu eſt fuit pendens, & inhibitum eſſet prefato Comiti, quod pendente Placito predicto ſuper Libertate predicta in Cur' Regis, de diſtrictionibus & gravaminibus aliquibus predicto Priori aut hominibus ſuis, contra Libertatem predictam, inferend' penitus ſuperſederet, & Miniſtros ſuos ſuperſedere faceret, quouſque Placitum predictum inter ipſos Priorem & Comitem terminaretur:

Et etiam mandatum fuit eidem Comiti, quod idem Comes haberet coram ipſo Domino Rege, a die Paſch' in unum menſem, anno regni ſui XIX°, ubicumque tunc fuiſſet in Angl', quoſdam Ballivos ſuos, videlicet Johannem Taſſall, Leuwelinn' ap Eynion, Gilbertum le Wales, et Griffinum Vaken, qui diſtrictiones diverſas prefato Priori & Conventui poſt Placitum predictum inchoatum, contra Prohibitionem Regis predictam, fecerunt, ad reſpondend' Domino Regi de contemptu, et ipſi Priori de tranſgreſſione predicta;

Predictus Comes ad prefatum terminum predictum Breve non returnavit, nec Ballivos ſuos predictos habuit coram ipſo Domino Rege, ſicut ei mandatum fuit.

Et ſuper hoc prefatus Dominus Rex poſtea, ad querelam ipſius Prioris, de partibus Scotie mandavit iterato prefato Com' quod a diſtrictionibus & gravaminibus prefato Priori & Conventui, aut hominibus ſuis, contra Libertatem ſuam predictam inferend', occaſione Placiti predicti, et pendente Placito illo, inter eos in Cur' ſua omnio ſuperſederet, & Ballivos ſuos ſuperſedere faceret, et etiam diſtrictiones ea occaſione factas omnino relaxaret, & relaxare faceret; Et quod haberet Ballivos ſuos predictos, a die Sancti Michaelis in XV dies, coram ipſo Domino Rege, ubicumque &c. ad reſpondend' Domino Regi de contemptu, et ipſi Priori de tranſgreſſionibus predictis;

Et quod idem Comes tunc eſſet ibi, ad oſtendend' quare priori Mandato Domini Regis in nullo parere curavit; prefatus Comes, ratione mandatorum Domini Regis predictorum ſibi directorum, de diſtrictionibus & gravaminibus ipſi Priori & hominibus ſuis pendente Placito predicto deſiſtere non curavit; nec miniſtris ſuis penitus

A D. 1292. 20 Edw. I.

penitus desistere aut supersedere precepit; nec Breve illud retornavit; Immo, per graviores districtiones quam prius, ipsum Priorem & homines suos distrinxit, & distringere fecit, per Philippum ab Felip, Willm Graff, Gilbertum le Waleys, Griffinum Vachan, Johannem Tessale, & Willm le Parent Johan' Ballivos suos, videlicet in vigil' Epiphanie proximo preterit', per L Boves, Vaccas, et alia averia sua, injuste et contra mandatum Domini Regis predict', & prohibitiones sibi factas per Brevia Domini Regis, & ipsi Comiti liberata; Unum videlicet die veneris proxima ante Dominicam Palmarum, anno regni Regis XIX° apud Teukesbiry;

Et aliud, die martis proxima ante Pentecost' eodem anno, extra Boulton in Com' Norhumbr' versus Norham, per manus Philippi Clerici, et Willi de Aykedon, in contempt' Domini Regis x mille libr', et ad dampnum ipsius Prioris cent' libr'.

Et inde producit sectam &c.

Et super hoc Willms Inge, qui sequitur pro Domino Rege, dicit, quod predictus Com' Brevia predicta sibi demandata, et predictis die et anno liberata, retornare non curavit: Immo Brevia illa penes se retinuit, et concelavit, in contemptum & inobedientiam Domini Regis manifestam x mille libr'. Et hoc offert verificare pro Domino Rege, sicut Cur' consideraverit &c.

Et Comes in propria persona sua venit, & defendit vim et injuriam, et quicquid ei inponitur in contemptum aut inobedientiam erga Dominum Regem &c. Et ad sectam Domini Regis dicit, quod statim postquam Dominus Rex primo ei inhibuerat ne districtiones aut gravamina inferret predicto Priori aut hominibus suis, occasione Placiti predicti, et pendenti Placito illo inter eos, ipse incontinenti inhibuit hominibus suis in forma predicta.

Et Johannes de Creppinges, qui presens est, bene cognoscit, quod Dominus suus sic ei inhibuit: Et quod ipse Johannes sub eadem forma fecit eandem Inhibitionem hominibus predicti Comitis Domini sui.

Et idem Comes, quoad Captionem predictorum Averiorum predicti Prioris, dicit, quod ipse fuit in predicta vigilia Epiphanie hic coram Domino Rege; Et hoc bene constat Domino Regi et ejus Consilio. Unde si Ballivi predicti aliquam captionem vel districtionem fecerunt predicto Priori, predicto die, Hoc non fuit ex scitu suo, aut per preceptum suum: Et de hoc paratus est se acquietare, qualitercumque Cur' ista consideraverit.

Et, quoad Querelam Willi Inge pro Rege de Brevibus non retornand' Dicit, quod Dominus Rex bene novit causam absentie sue ad predictum mensem Pasch' quo die primum Breve fuit retornabile, prout predictus Wills dicit.

Et quoad secundum Breve ei liberatum, ut dicitur, per Robertum Bardolf Attornatum suum, Dicit, quod non bene recolit si tale Breve liberatum fuit sibi, necne.

Set quia Garderoba sua est in Partibus Wallie, et custodes ejusdem, Supplicat Domino Regi et ejus Consilio, quod ipse diem habere possit et respectum usque quindenam Pasch' proximo futur', Et interim cum hominibus suis consulere, et tunc inde respondere. Et de gratia speciali Domini Regis ei conceditur.

Et dictum est Priori predicto, quod sit tunc coram ipso Domino Rege, ubicumque &c.

Et similiter dictum est predicto Attornato, quod dicat Com' Domino suo, Quod in propria Persona sua sit ad eundem terminum &c.

Et etiam quod predictus Comes habeat ad prefatum terminum corpora predictorum Philippi ap Felyp, Willmi Graff, Gilberti le Waleys, Griffini Vauhan, Johannis Tessale, et Willi le Parent Johan' ad respondend' tam Domino Regi de contemptu, quam prefato Priori de transgressione predicta.

Postea ad diem illum liberatum fuit transcriptum Recordi predicti Gilberto de Thornton, et sociis suis, ut in Loquela illa procedant, prout de jure et secundum consuetud' &c. fuerit faciend'. A D. 1292. 20 Edw. I.

No 13. De Inquisitionibus allocand' de Terris ponend' ad mortuam manum.

DE Concessione Domini Regis faciend' super Inquisitionibus returnatis in Cancellar' de Terris ad mortuam manum ponend'.

Rex precepit, quod nichil fiat, ubi medii sunt, nisi Religiosi ostendant eorum assensum Domino Regi, per Litteras patentes eorumdem mediorum sigill' signatas:

Et etiam, quod nichil fiat ubi Donator penes se nichil retinet:

Et similiter, ubi Inquisitiones facte sunt et retornate sine Waranto, videlicet Brevi originali returnato cum Inquisitione:

Et similiter, nisi Breve originale mentionem faciat de singulis articulis, secundum novam formam per ipsum Regem adjectis &c.

No 14. Admissio f'c'a Abb'i de Thorneye de Hundr'o de Normancrosse.

ABBAS de Thorneye supplicavit Domino Regi, quod concedere vellet ei Hundredum de Normancrosse ad feodi firmam, sicut predecessores sui aliquo tempore Hundredum illud tenere consueverunt: Et ita, quod ipse et successores sui de cetero reddant x marc' per annum ad Scaccarium pro eodem Hundredo, Ubi predecessores sui temporibus suis tantummodo reddere consueverunt c sol. Et Dominus Rex ei in eadem forma illud concessit; Ita quod teneant illud Hundredum eodem modo in omnibus absque diminutione seu augmentatione, sicut predecessores sui temporibus suis tenuerunt. Et habet Cartam. Et inrotulatur in Cancell' &c.

No 15. Recorda missa per Ep'um Wynton' et soc' suos.

MEMORAND' quod Recordum quod Episcopus Wynton', et socii sui, miserunt coram Consilio, de magno Placito Abbatis de Rupe, Et etiam Record' quod Jacobus de Astelеye detulit, sub sigillo ejusdem Episcopi, de Placito inter ipsum Jacobum & Abbatem de Lilleshull, Et etiam Recordum quod quidam Mancus detulit, qui sequitur versus Priorem de Buttele, et in quo processu queritur quod predicti Episcopi & socii sui minus rite processerunt, Et quoddam aliud Recordum que quedam Emma de Bereford detulit de eisdem Auditoribus, per preceptum Consilii traduntur G. de Thornton, et sociis suis, ut ipsi, vocatis Justic' de Banco, et recitatis predictis Record' coram eis, quam cito vacare poterunt, faciant quod de Jure et secundum Consuetud' regni fuerit faciend' &c.

No 16. De Abbate de Mermonster.

DOMINUS Rex precepit, quod Bulle et Privilegia Abbatis de Mermonster irrotulentur in Cancellar': Ita quod, quandocunque contigerit ipsum aut Monachos suos in Angl' commorantes contra tenorem eorumdem Privilegiorum per quoscunque fatigari aut molestari, statim veniant ad Cancellar', Et fiat eis remedium per Breve Regis, prout melius fieri poterit &c.

No 17. . . . . .

MEMORAND' de Amerciamento Johannis de Insula de Com' Suthpt' quod taxatur per Consilium ad Cent. sol. pro Contemptu facto Domino Regi apud Wynton', coram R. Malet, et sociis suis ad assisas in Com' Suthpt' capiend' assign', prout iidem & socii sui recordantur.

A. D. 1292. 20 Edw I.

Et etiam de Amerciamento ejuſdem, pro falſa Querela ſua verſus Gilbertum de Thornton, & ſociis ſuis.

Et ſimiliter de Amerciamento Vic' Noting', quia ſe retraxit de Querela ſua verſus Robertum Bardolf, et quod Amerciamentum nondum taxatur &c.

Nº 18. De Petitione W. de Valenciis de Portu de Milleford', & aliis. (Douſ.)

DE Portu de Milleford' juxta Haverford' quem Wills de Valenc' et Johanna Uxor ejus clamant pertinere ad Com' ſuum de Penebrok'; Et unde queruntur, qđ Ballivi Domine Regine Conſortis &c. tempore ſuo ultra metas & diviſas ejuſdem portus ad Baroniam de Haverford' pertinentis purpreſtrarunt, et appropriarunt maximam partem, ſuper partem illius Portus contingentis ipſos Willm & Johannam & Com' ſuum predictum;

Reſp' Mandetur Roberto Typetot Juſtic' Weſtwall', Quod, per Sacramentum proborum &c. de partibus illis, inquirat de metis et diviſis predicti Portus inter partem contingentem Baroniam de Haverford' et partem contingentem Com' predictum. Et Inquiſitionem mittat Domino Regi ſine dilatione, ſub ſigillo ſuo et ſigill' eorum per quos &c. Et Rex habebit Conſilium.

Et de aliis Petitionibus ſuis, videlicet de Hereditate Willmi de Monte Caniſ' petenda; Et etiam qđ procedatur juxta Bullam quam idem Wills et Johanna impetrarunt ad inficiend' proceſſum per quem Dioniſ' fil' predicti Willi legitima cenſebatur; alias eis reſponſum fuit, videlicet in Parliamento poſt natale Domini, anno octavo decimo, ut patet in Rotulis ejuſdem Parliamenti, Et ad quam reſponſionem ſe teneant &c.

Nº 19. De R. de Juyngho et ſociis ſuis.

DE Petitionibus porrectis verſus Magiſtrum Radulphum de Juingho, et ſocios ſuos, per Robertum de Bures et alios, ut patet in Ligula earumdem, iidem Robertus et alii coram Cancellar' et aliis de Conſilio ratione earumdem Petitionum ad Scaccarium die lune in prima ſeptimana Quadrageſ' adunatis, ſepius et ſolempniter vocati, Nullus eorum venit ad Petitionem ſuam proſequend'.

Et ideo de Petitionibus ſuis nichil agi potuit vel agebatur &c.

Nº 20. De Adjornamento Roberti Bardolf.

ROBERTUS Bardolf habet diem per ajornamentum in pleno Conſilio, a die Paſch' in xv dies, coram ipſo Domino Rege, ubicumque &c. ad reſpondend' Domino Regi, ſuper quibuſdam per ipſum factis nuper apud Notingham, in aſſignatione ſua ad Gayolam ibidem deliberand', prout patet per Querelam quam Wills de Shadworth Vicecomes Notingh' verſus predictum Robertum porrexit.

Et poſtea de Querela illa in pleno Conſilio ſe retraxit, propter quod remanſit in miſericordia &c.

Et quia predictus Robertus, ad ſectam Regis de Querela illa calumpniatus, dixit, quod non potuit ſine ſociis ſuis ad predictam deliberationem aſſignatis inde reſpondere; Ideo preceptum eſt Vic' Notingh' quod venire faciat ad prefatum terminum Willm Hamelyn & Ricardum de Weſton'.

Et ſimiliter dictum eſt Johanni de Vilers, et Willmo de Colewik ſociis ejuſdem aſſignationis, et qui in Cur' inventi fuerunt, Quod ſint ad prefatum terminum ad reſpondend' ſimul cum predicto Roberto: Et quod idem Robertus tunc ibidem habeat Warantum ſuum de aſſignatione predicta &c.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Nº 21. De aſſignatis ad cuſtodiend' Libertates Com' Glouc' & Herf' que remanent Regi per Judicium.

MANDETUR Rogerus de Burghull, et aſſignetur ad cuſtodiend' Libertatem Regalem in Terris Com' Glouc' de Glawmorgan, Et etiam in Terris Com' Herford' de Breghennok', que Libertates per Judicium & Conſiderationem totius Conſilii Domini Regis remanent in man' Domini Regis, prout alibi patet plenius, ratione contemptus, inobedientie, & tranſgreſſionum, de quibus prefati Comites ſunt convicti &c.

§

ASSIGNETUR etiam Rogerus le Rus ad cuſtodiend' Libertatem Regalem in Terris Theobaldi de Verdun de Ewyas Lacy, que ſimiliter per judicium remanet in man' Domini Regis, pro contemptu et inobedientia de quibus convictus, ut patet in Rotulis Gilberti de Thornton, de Termino Sancti Michaelis anno xix°. Et dicatur eis, firmiter injungendo quod tractent populum partium illarum bono modo et competenti, abſque aliquibus injuriis ſeu gravaminibus eis injuſte inferend' &c.

Nº 22. De Attornatis & Apprenticiis.

DE Attornatis & Apprenticiis, Dominus Rex injunxit J. de Metingh' et ſociis ſuis, quod ipſi per eorum diſcretionem provideant et ordinent certum numerum de quolibet Comitatu, de melioribus & legalioribus & libentius addiſcentibus, ſecundum quod intellexerint qđ Curie ſue & Popul' de Regno melius valere poterit, & majus commodum fuerit. Et quod ipſi quos ad hoc elegerint Cur' ſequantur, et ſe de negotiis in eadem Cur' intromittant, et alii non. Et videtur Regi & ejus Conſilio, quod ſepties viginti ſufficere poterint. Apponant tamen prefati Juſticiarii plures ſi viderint eſſe faciend' vel numerum anticipent. Et de aliis remanentibus fiat per diſcretionem eorumdem Juſticiariorum &c.

Nº 23. De Querela Will'i de Euereys verſus J. de Metingh' et ſocios ſuos.

WILL'S de Euereys coram Juſticiariis de Banco quoddam Placitum diu ſecutus eſt, prout Domino Regi fecit intendere, nec ad Judicium in eodem Placito reddend' aliquo modo Juſticiarii procedere volunt.

Et ſuper hoc, iidem Juſticiarii bene recordantur, qđ Placitum predictum diu ſecutus fuit: Set quia idem Wills petit Ten' de ſeiſina & contractu factis tempore guerre, et inter duo bella, prout partes in placitando conceſſerunt, et inter partes guerre, prout Dominus Rex recordatur, qualitercunque idem Wills in placitando dixerit quod non fuerunt partes guerre, immo ex una parte ejuſdem guerre; per quod ſeiſina et contractus inter non partes guerre ſe tenere deberent:

Dictum eſt prefatis Juſticiariis, quod ad judicium procedant, prout facere conſueverunt, et faciend' eſt, de ſeiſina & contractibus factis tempore et in partes guerre &c.

---

§ De Placito Johannis Lovel.

IN Placito etiam quod Johannes Lovel Miles ſequitur coram eiſdem Juſticiariis de Banco, Cum ſuper Brevi in Placito illo caſſando aut affirmando diu judicium fuerit dependens, ratione forme illius Brevis non uſitate in Cancellar', et pars tenens in principio placiti coram T. de Weyland, & ſociis ſuis, tunc Juſticiariis de Banco, formam Brevis calumpniaverit, cujus calumpniam in proceſſu habito coram eiſdem Thoma et ſociis ſuis in Rotulis eorumdem non invenitur:

Et quia Elias Bekingham, qui de ſocietate predicti Thome tunc fuit, recordatur, quod Tenens ſemper formam Brevis calumpniavit, cujus ſoli recordo major fides eſt

A. D. 1292. 20 Edw. I.

eſt adhibenda quam Rotulis predicti Thome, in quibus falſitas manifeſta reperiebatur; per quod idem Thomas, et alii de Societate ſua omnes tunc Juſtic', preter predictum Eliam, et falſitati ſue conſentientes penitentiam ſuam ſuſtinuerunt, et idem Elias ſemper fidelis extiterit et in ſervitio Regis fideliter ſe geſſerit:

Et etiam cum omnes Juſticiarii nunc concordant, quod ſi Breve conſimilis forme coram eis delatum fuerit, et per Tenentem calumpniatum, incontinenti caſſaretur, Nec eſſet juri conſonum quod per maliciam predicti Thome, & ſociorum ſuorum ſibi adherentium, qui exceptionem Tenentis admittere noluerunt, cum ipſam propoſuerit tempore competenti, non allocaverunt, prout per prefatum Eliam recordatum eſt:

Dictum eſt Juſtic' quod procedant ad judicium ſuper exceptione Tenentis, prout fuerit faciend' & ac ſi in recordo inveniretur &c.

Nº 24. De Auditoribus ad debita Regis, et Patris ſui.

AD audiend' purificand' omnimoda Debita, & ad ſũmand' & ſummas reportand' coram Domino Rege de Debitis Henrici Regis, patris Domini Regis nunc, aſſignentur Thomas de Bellehus, W. de Carleton, & H. de Creſſingham.

§ AD audiend' purificand' omnimoda Debita, et ad ſummand' et ſummas reportand' coram Domino Rege de Debitis ab eo petitis ante Coronationem ſuam, aſſignentur Epiſcopus Elienſ', Decanus de Sancto Paulo, & J. de Cobeham &c.

§ AD audiend' purificand' omnimoda Debita, et ad ſummand' & ſummas reportand' coram Domino Rege de Debitis ab eo petitis poſt Coronationem ſuam, aſſignentur J. de Laſcy, & W. de Grenefeld.

Et ſciend' quod omnes Petitiones porrecte de aliquibus Debitis predictis, traduntur aſſign' predictis, prout aſſignantur &c.

Nº 25. Proviſio facta per Milites e'ntes ad arma.

CUM per Milites Arma in regno iſto excercentes quedam Proviſio facta ſit de Valettis ad Tornamenta venientibus & adire volentibus; Et Proviſio illa per Comites, Barones, & ceteros Magnates, ſit approbata, et per ſigilla ſua confirmata quantum in eis eſt, prout patet per proviſionem illam ſignatam ſigill' eorumdem; et iidem Comites, & alii Magnates, Domino Regi inſtanter ſupplicavit, quod Proviſionem illam per Litteras ſuas ratificare & confirmare velit, ad majorem ſecuritatem Militie, et aliorum, tam de regno ſuo arma exercentium, quam de aliis Terris in eodem Regno venientium, et ad arma adire volentium: Dominus Rex, audita coram eo Proviſione predicta, et intendens quod Proviſio illa ad commune Commodum arma excercentium, ſi teneatur, devenire poſſet; precibuſque Magnatum Regni ſui condeſcendere volens;

Precepit, quod Proviſio predicta per Litteras ſigillo ſuo ſignatas confirmetur, & firmiter obſervetur in ſingulis articulis in eadem contentis;

Et quod mandetur Vic', Conſtabular' Caſtr', Cuſtodi priſonarum, quod quotienſcumque per Cuſtodes ejuſdem Proviſionis qui in eadem nominantur, aut eorum aliquem, per conſervationem ejuſdem mandentur, quod ipſis Cuſtodibus ſint intendentes, Et quod admittant eos qui contra predictam Proviſionem venerint, cum per predictos Cuſtodes eis liberati fuerint, et eos cuſtodiant ſalvo et ſecure, in forma qua eis tradentur cuſtodiend' &c.

DE Religioſis et aliis qui petunt Cartas ſuas confirmari per Dominum Regem nunc, et Petitiones ſuas ſuper hoc porrexerunt: Precepit Rex, quod omnes illi adeant Scaccarium coram Theſ' et Baron', Et faciant Finem. Et Theſ' faciet prout videtur eſſe faciend' &c.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Nº 26. Quod petentes Confirmationes Cartarum adeant Scaccarium.

Nº 27.

CUM ſuper Advocatione Eccleſie de Kynefare inter ipſum Dominum Regem Petentem, et Johannem filium Johannis filii Philippi Defendentem, in Cur' Domini Regis placitum motum fuiſſet, et idem Johannes poſuerit ſe inde in juratam patrie loco magne aſſiſe Dño Regi capiend', Utrum ipſe majus jus haberet in Advocatione predicta, an predictus Dominus Rex: Et ſuper hoc, Wilts Inge, qui pro Rege ſequitur, pro ipſo Domino Rege dixerit, qđ ex quo, per Recordum Rotulorum de Theſauraria Domini Regis, ipſius R. jus verificari potuiſſet, idem Dominus Rex de jure ſuo non debuit ſe ponere in juratam patrie &c.

Nº 28. De Epiſcopo Lincoln' & Com' Cornub'.

CUM Abbas Regalis Loci Oxon' coram Thoma de Weylaund & ſociis ſuis nuper Juſticiariis Domini Regis de Banco, placitaſſet Epiſcopum Lincoln' de Averiis ipſius Abbatis captis & injuſte detentis &c.

Et idem Epiſcopus advocaſſet captionem & detentionem Averiorum predicti Abbatis juſte &c. pro eo, quod Abbas de Eyueſham de eodem Epiſcopo tenet mañium de Erdington, in quo Averia predicta capta fuerunt, per ſervitium duorum feodorum Militis, de quo predeceſſores ſui Epi, a tempore quo non extat memoria, fuerunt in ſeiſina per manus predeceſſorum predicti Abbatis de Eyueſham: Et ſup hoc predictus Abbas Loci Regalis dixiſſet, quod ipſe habet quoddam Breve pendens in Cur' Regis verſus Com' Cornub', de hoc, quod idem Com' Cornub' acquietet ipſum de ſervitio quod prefatus Epiſcopus ab eo exigebat de predict' Mañio; Et unde idem Comes, qui medius eſt inter eos, ipſum Abbatem acquietare debuit: Et quia idem Comes porrexit Cartam Domini Henrici Regis, patris Domini Regis nunc &c. que teſtabatur, quod idem Dominus Henricus Rex conceſſit Rico Com' Pictavie & Cornub', patri predicti Comitis, predictum Manerium ſimul cum aliis terris & ten' que fuerunt Roberti Drwyes in Angl', & dixit, qđ ſone illi' carte, non potuit ſine Domino Rege reſpondere: Ideo Loquela illa coram prefatis Juſticiariis remanſit ſine die, prout patet p recordũ quod de eiſdem Juſtic' ven . . . coram Domino Rege in Termino Sancte Trinitatis, anno regni ſui XIX. Et quia predictus Epus poſtea ſequutus fuit quoddam Breve Domini Regis, per Willm de Honnor Attorn' ſuum, et ħuit Com' Cornub' directũ, quod eſſet corã ipo Dño Rege et ejus Conſilio, in craſtino Sancti Andree, apud Weſtm' oſtenſ' cartam predictam pđci Dñi H. Regis, & eciam auditur' recordũ pđce loquele quod Johes de Metingħm ad eundem tminum mitt'et, & idem Epus ad diem illum non compuit nec p ſe nec p attorn' ad ꝓſequend' record' pđcm vel bria p attorn' ſuũ inpetrata: Et ſup hoc predictus Com' ſingulis diebus p attorn' ſuũ compuit cũ carta pđca, patus fcur' & receptur' qđ Cur' Reg' conſidaret: Tandem, in craſtino Purif', anno viceſimo, dcm eſt attorn' pd' Com' qđ de loquela pđca inde quietus recederet quoad tunc, ſalvo Jure cujuſlibet &c.

ASSIGNENTUR R. Malet, Thom' de Bray & Vicecom' Bedeford' ad deliberand' priſonam de Willmo de T . . . . . impriſonato pro receptamento Felonum &c.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Declaratio Carte Johannis Giffard per Dominum Regem fact'.

Nº 29. De Carta Johannis Giffard. (m. 6.)

CUM Dominus Rex, anno regni ſui undecimo, per Cartam ſuam dediſſet et conceſſiſſet Johanni Giffard Commotum de Hiſkynny cum pertin', ſimul cum Forisfactur' Hom' de Commoto predicto, que ad ipſum Dominum Regem pertinere poterant aut debebant; ratione cujus Carte prefatus Johannes ad ſe pertinere dicebat omnimodas Forisfactur' omnimodorum Hominum de Commoto predicto qualitercumque et ubicumque forisfactas:

Ac Robertus Tipetot, Juſtic' Domini Regis in Partibus illis, pro ipſo Domino Rege dixiſſet, quod prefatus Johannes, ratione verborum in predicta Carta contentorum, nullas forisfactur' niſi tantummodo illorum Hominum qui de Commoto illo fuerint, et terras et catalla ſua forisfecerint in eodem Commoto, & in Curia ipſius Johannis rationabiliter & ſecundum legem & conſuetudinem partium illarum modo debito fuerint convicti, clamari potuit aut debuit habere.

Propter quod, Dominus Rex apud Berwyk ſuper Twedam, in octab' Sancti Martini anno regni ſui viceſimo, ad querelam utriuſque predictorum Roberti et Johannis, Cartam predictam coram ſe & Conſilio ſuo legi fecit, et Ambiguitatem quorumdam predictorum verborum in predicta Carta contentorum de cetero auferendam, eadem verba declaravit in hunc modum; videlicet, Quod ſi quis Hom' de Commoto predicto infra Commot' ill' aliquid contra pacem fecerit, et in Commoto illo areſtatus fuerit, et in Curia ipſius Johannis ductus, et ibidem de facto illo convictus, propter quod factum redimi voluerit, aut mortem ſubire debuerit judicialiter, Habeat prefatus Johannes redemptionem aut forisfactur' illas cum acciderint. Et ſi aliquis Hom' de Commoto illo in Com' Domini Regis, vel alibi extra Commotum illum, in Curia Domini Regis ubicumque de aliqua felonia convictus fuerit, propter quod decollatus fuerit, aut ſuſpenſus, ſeu alio modo dampnatus, Dominus Rex tantummodo habebit Bona et Catalla ipſius Felonis que ſecum inventa fuerunt tempore captionis ſue; Et prefatus Johannes habebit cetera Catalla ipſius Felonis ubicumque infra Commotum predictum inventa fuerint et extiterint, quiete et abſque calumpnia Juſtic', Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum Domini Regis. Set ſi quis taliũ pro delicto de quo convictus fuerit in Curia Regis ſe redimere voluerit, et finem inde fecerit, remaneat illa redemptio, ſeu finis, Domino Regi; cum quilibet ſe ipſum de ſuo proprio licite poſſit redimere. Set çaveat Ballivus Domini Regis, quicumque fuerit, ne ratione Cupiditatis alicujus redemptionis ad opus Domini Regis, illum redimi permittat qui non ſit redimendus ratione enormis facti de quo fuerit convictus. Si vero Ballivus, ſeu Miniſter Domini Regis quicumque, ſeu aliquis cum Ballivis aut Miniſtris ipſis in officio Regis exiſtens, infra Commotum predictum, contra pacem Domini Regis, depredatus aut interfectus fuerit, vel alio modo contra pacem Domini Regis leſus, Dominus Rex, tam cognitionem placiti, facti, aut felonie predictorum, in Curia ſua, quam forisfc̃am Felonum talium, et eorum redemptionem, penitus optinebit; non obſtante forma Carte predicte.

Nº 30. Quod Juſtic' Itineran' inquirant de factis Juſtic' aſſign' ad Gaiol' deliberand'.

DE Juſtic' aſſignatis ad Gaiolas deliberandas, Rex vult de cetero, quod vos, & ceteri Juſtic' Itinerantes ad communia placita, in ſingulis Com' ubi itineraturi eſtis, habeatis plenariam poteſtatem inquirendi, Qui Juſtic' aſſignati predicti Gaiolas deliberaverint de Felonibus aliquibus, ſeu priſonibus, per patriam longinquam ſuſpectam aut procuratam; et Juſtic' inde ſcientes, conſentientes, et qui fuerint convicti, committantur priſone, ut manutentores & ſuſtentatores Felonum Domini Regis, et inde graviter redimantur, juxta veſtram & ſociorum veſtrorum diſcreſcionem, et delicti quantitatem, in Itinere illo ante Receſſum veſtrum. Similiter, Juſtic' aſſignati qui non obſervata forma poteſtatis ſue ſeu waranti Gaiolam aliquam deliberaverint, veluti tres ſine quarto, eodem modo priſone committantur, et coram vobis redimantur; ſet non ita graviter ut predicitur, ſi per oblivionem aut ignorantiam hoc fecerint; ſet ſi gratis aut malicioſe hoc fecerint, et de hoc vobis conſtiterit, puniantur et redimantur ut predictum eſt. Priſones vero qui coram talibus Juſtic' per patriam, in quam ſe de bono & de malo poſuerint, fuerint deliberati, Licet omnes Juſtic' ad eorum deliberationem aſſignati preſentes non fuerint in eorum deliberatione, remaneant de facto illo, de quo deliberati fuerint, quieti; dum tamen per bonam patriam & non procuratam fuerint deliberati, et hoc vobis evidenter conſtiterit. Set ſi priſones aliqui coram talibus Juſtic' per patriam longinquam, facti vel felonie ſibi inpoſitorum ignorantem, vel patriam procuratam, fuerint deliberati, et de eiſdem factis ſeu feloniis coram Juſtic' Itiner' iterato indictati, nichilominus inde reſpondeant coram eiſdem Juſtic' Itiner', et per patriam bonam et legalem ſe acquietent; non obſtante ſi recordum Juſtic' aſſignatorum de eorum acquietatione vocaverint; quod ſi noluerint, retrudantur Gaiole, & habeant penitentiam communem legem refutantibus proviſam, quouſque ſe ſuper patriam ponere voluer' bonam & legalem. Iſtam formam in preſenti Itinere veſtro incipiatis, et exnunc in aliis Itineribus veſtris obſervetis.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

DE Equo furato apud Joneby, ſuper quo mandaſtis, ſcrutentur Rotuli de alio Itinere. Et ſi caſus conſimil' inveniatur in Villa predicta, vel aliis Terris que fuerunt Regis Scotie in Com' Cumbr', fiat prout inveneritis. Et ſi nichil reperiatur, fiat ſecundum Conſ' uſitatam in patria, prout per recordum Com' inveneritis. §

DE Gilberto de Brunnolleſheued', Rex vult quod remaneat priſone; et ſimiliter de Roberto de Wardwik; nulla capta ab eis manucaptione, vel fine ab eorum amicis. Ad Parliamentum ſuum poſt Paſcha de modo deliberationis eorumdem vult habere tractatum, Et vult quod interim in priſona remaneant &c. §

Nº 31. Recognitio Prioris de Gyſeburn facta H. de Newerck.

DE recognitione Prioris de Gyſeburn, facta in Cancell' Domini Regis Magiſtro Henrico de Newerk Decano Eborum, de quodam Debito ſexcentarum marcarum, in quo idem Prior tenebatur Gilberto de Luda defuncto, coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio apud Norham, a die Paſche in unum menſem, anno regni ſui decimo nono, in preſentia venerabilis Patris J. Archiepiſcopi Eborum, Magiſtri H. de Newerk Decani Eborum, et Johannis le Eſpicer Adminiſtratoris teſtamenti Gilberti de Luda, ordinatum eſt, et per predictos Archiepiſcopum, Decanum, Johannem, et etiam per predictum Priorem conceſſum, quod recognitio facta predicto Decano de predicto debito ſexcentarum marcarum in Canc' Reg' per predictum Priorem om̃io ſuſpendatur, et in Rotulis Canc' cancelletur: Ita quod, nec idem Decanus, nec aliquis nomine ſuo, ratione predicte recognitionis, aliquid de cetero verſus predictum Priorem aut ſucceſſores ſuos exigere poterint ſeu vendicare. Et per ipſum Regem & Conſilium ſuum, conſentientibus predictis Archiepiſcopo, Decano, Johanne, & Priore, ordinatum eſt et concordatum eſt, quod predictus Prior, et ſucceſſores, predictas ſexcentas marcas reddant prefatis Archiepiſcopo, et Decano, proportionaliter, terminis ſubſcriptis; Videlicet, ducentas marcas ad Feſtum Sancti Michaelis prox' futur'; Et ducentas marcas ad Feſtum Sancti Michaelis prox' ſequens; Et reſiduas ducentas marcas ad Feſtum Sancti Michaelis prox' ſequens: Ita quod predicte ſexcent' marc' plenar' & integre ſolvantur terminis predictis. Et ſub ſigill' predictorum Archiepiſcopi, & Decani, et etiam duorum amicorum proxim' parentum filiabus predicti Gilberti de Luda, et per ipſos Archiepiſcopum

A. D. 1292. 20 Edw. I.

copum & Decanum eligendorum, in aliquo certo loco, prout ipſi Archiepiſcopus, Decanus, et amici, melius et ſecurius viderint eſſe faciend', in depoſito ponantur, cuſtodiende ad opus & maritagium filiarum predicti Gilberti. Et predictus Prior cognovit, pro ſe et ſucceſſoribus ſuis, quod ſi in ſolutione predicte pecunie ad terminos predictos defecerit, qd Vic' Eborum fieri fac' de terris & catallis ſuis, & ſucceſſorum ſuorum. Et quia quoddam ſcriptum obligatorium, per quod predictus Prior obligavit ſe predicto Gilberto defuncto in predicta pecunia, devenit in manus cujuſdam Thome de Warthull, qui in priſona Caſtri Eborum detinetur pro quibuſdam tranſgreſſionibus ſibi inpoſitis, ut dicitur, et quod ſcriptum in manus ſuas devenit per predictum Johannem le Eſpicer, et ex liberatione ſua, prout idem Johannes coram Conſilio cognovit; Preceptum eſt Vic' Eborum, qd ſalvo et ſecure venire faciat predictum Thomam coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio, ad Pentecoſt' prox' futur', ubicumque &c. ad reſpondend', et ad reddend' ſcriptum predictum. Et dictum eſt prefato Johanni, quod ſit ad eundem Terminum ad reſpondend' ſimul cum prefato Thom' de predicto ſcripto.

Preterea ordinatum eſt, & per prefatos Archiepiſcopum, Decanum, Johannem, & Priorem conceſſum, quod predictum ſcriptum, cum per prefatos Thomam & Johannem redditum fuerit, tradatur prefatis Archiepiſcopo, & Decano, et in cuſtodia eorumdem remaneat, quouſque de predicta pecunia terminis predictis et modo predicto plenar' fuerit ſatisfactum. Et poſt predictam ſolutionem factam, predictum ſcriptum reddatur predicto Priori aut ſucceſſoribus ſuis: Ita quod extunc nullius ſit valoris aut momenti.

Et inſuper ordinatum eſt, et per prefatos Archiepiſcopum et Decanum conceſſum, quod cum predicti denarii ſoluti fuerint, et ſub ſigill' ut predictum eſt in depoſito poſiti, et contigerit quod amici predictarum filiarum de aliquo maritagio competenti alicui illarum providerint, et portionem ipſam filiam contingentem de denariis predictis neceſſe habeant habere, ſi predictus Archiepiſcopus preſens non fuerit, vel rogatus ſeu premunitus venire noluerit, ad portionem illam denar' predictorum filiam illam contingentem deliberand' ad maritagium illud perficiend', bene licebit predicto Decano, et amicis ſub quorum ſigill' &c. ciſtam, vel aliud in quo predicti denarii fuerint depoſiti, aperire, et de denariis illis portionem illam capere et aſportare, et poſtea ciſtam vel aliud ſigillis ſuis reſigillare, ulterius non expectata preſentia prefati Archiepiſcopi. Eodem modo fiat de predicto Decano, ſi Archiepiſcopus et amici preſentes fuerint in caſu predicto, Et Decanus requiſitus, ſeu premunitus, venire noluerit &c. ſet nullo modo ſine preſentia alterius predictorum Archiepiſcopi, aut Decani, amici predictarum filiarum de denariis predictis ſe intromittant, aut manum ad eos apponant.

N° 32. De contentione inter Cives London' et Mercatores Waſcon'. (m. 7.)

CUM inter Cives London' ex una parte, et Mercatores Waſcon' ex altera, ſuper venditione Vinorum ipſorum Mercatorum Waſcon' in Civitate London' temporibus retroactis contentiones multociens fuerunt inſuborte, et Dominus Rex de Pace & Concordia inter partes predictas ſe intromittere inceperit, et etiam partibus eiſdem coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo ad diem iſtum, videlicet ad clauſum Paſch', anno regni ſui viceſimo, dies datus fuiſſet, ut, auditis coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo allegationibus, et diſputationibus, rationibuſque quibuſcumque per predictas partes porrectis, fieret in hac parte quod Dominus Rex de Conſilio ſuo decreverit, et prout de jure et ſecundum legem et conſuetudinem Regni ſui fuerit faciend'; Coram Conſilio Domini Regis, tunc exiſtentis apud Stibbeneth' extra London', venerunt quidam Henricus le Waleys, Willms de Hereford, cum quibuſdam aliis de Civitate predicta: Et ſimiliter venerunt quidam Mercatores Waſcon', qui dicebant, ſe Vina ſua vendidiſſe totis temporibus retroactis pro voluntate ſua in Civitate predicta, et qd modo, et per aliquod tempus preteritum, per Cuſtodem & Communitatem Civitatis predicte impediti fuerunt, minus juſte, et ad maximum dampnum eorumdem Mercatorum. A. D. 1292. 20 Edw. I.

Et predicti Henricus, et Willms, ſimul cum aliis de Civitate predicta ſecum ibidem exiſtentibus, poſt diutinas altercationes inter ipſos et predictos Mercatores coram Conſilio inde habitas, per quoſdam de Conſilio rogati et requiſiti, pro bono pacis inter ipſos & Mercatores predictos, quod permitterent Mercatores de Waſcon' cum Vinis ſuis apud London' venientes Vina ſua libere vendere, et ſtatu ſuo gaudere quo nunc gaudent, uſque proximum Parliamentum Domini Regis; ſalvo jure utriuſque partis, et ſic quod nulli partium predictarum cederet in prejudicium; Ita quod Dominus Rex, tunc habita deliberatione et conſilio, finem debitum et perpetuum in negotio predicto apponeret;

Preciſe reſponderunt, quod negotium predictum totam tangebat Communitatem Civitatis predicte, et quod non fuerunt ibi niſi ſex vel octo Communitatis predicte, et quod major pars et major' perſone Communitatis predicte non fuerunt ibi preſentes, Per quod ipſi Henricus, et Willms, cum aliis ſecum tunc exiſtentibus, ſine preſentia abſentium predictorum de negotio illo in aliquo ſe intromittere non potuerunt aut voluerunt: Immo quantum in eis fuit, et ad ipſos pertinebat, conceſſerunt quod Dominus Rex in negotio predicto faceret & fieri preciperet quod ſibi placeret.

Propter quod, Dominus Rex poſtea audita reſponſione predicta predictorum Henrici, Willi, & aliorum ſecum exiſtentium, et de conſenſu eorumdem Henrici, & aliorum per ipſum Regem requiſitorum, Voluit, quod Mercatores predicti Vina ſua in Civitate predicta vendant pro voluntate ſua cuicumque volenti Vina illa emere, uſque ad proximum Parliamentum ſuum, ſine impedimento Cuſtod' Vicecom' aut Civium predicte Civitatis: Dum tamen Vina illa infra Civitatem predictam vendantur et emantur, et quod alibi extra Civitatem predictam per ipſos Mercatores ad vendend' nullo modo per Aquam vel Terram carientur. Set ſi Dominus Rex quacumque parte fuerit, et Vina habere voluerit, per hoc non inpediantur Mercatores predicti quin Vina ſua, quotiens neceſſe fuerit, et Dominus Rex preceperit, Vina ſua ad opus Domini Regis mittere poterint, & cariare facere, ſet ad alios non.

Et ſciend' quod per venditiones, emptiones, aut cariagia, predicto tempore facta, nulli partium predictarum aliquid de jure ſuo minuetur, aut augeatur, ſet ad Parliamentum predictum proximo futur' ſalvetur unicuique parti quod de jure fuerit ſalvand' et ſibi viderit expedire. Et hoc tam per Dominum Regem, quam per predictos Henricum et alios, et predictos Mercatores conceſſum eſt: Et tunc, Deo dante, contentio predicta finem debitum per ipſum Dominum Regem et Conſilium ſuum ſortietur.

N° 33. Concordia inter Will'm fil' Will'i de Brewoſ' & Mariam que fuit Uxor Will'i de Brewoſe (m. 8.)

MEMORAND' quod die Sabbi, in feſto Inventionis Sancte Crucis, anno Regni Regis Edwardi viceſimo, taliter concordatum eſt, coram Conſilio Domini Regis, ipſo Domino Rege conſentiente, inter Willm filium Willi de Breouſe, et Mariam que fuit Uxor Willi de Breouſ', videlicet, Quod cum prefata Maria in Cancellar' Domini Regis, et etiam in Scaccario ejuſdem Regis, aſſenſu et voluntate Executorum predicti defuncti, ſufficientem ſecuritatem inveniſſet Domino Regi, et aliis Creditoribus, de Debitis in quibus dictus defunctus eis tenebatur ſatisfacere, quatenus Bona dicti defuncti poſt ejus obitum inventa ſuffic': Ac Theſ' & Baron' ejuſdem Scaccarii adminiſtrationem Bonorum predictorum eidem Marie conceſſerint: Quapropter eadem Maria, a prefato Willmo, de Bonis predictis in partibus Wall' exiſtentibus treſcent' quater viginti et treſdecim

A. D. 1292. 20 Edw. I.

treſdecim libr' et octo denar' exigit: Et de Bonis ejuſdem defuncti in Com' Glouc', Wilteſ', Kanc', & Suſſex', exiſtentibus quater viginti quatuor libr' xii ſol' & quinque denar'. Que quidem Bona poſt obitum dicti Willi ad manus Willi fil' Willi devenerunt.

Et unde idem Willis nec prefate Marie, nec Executor' dicti defuncti, adhuc ſatisfecit, predictus Willis conceſſit, qđ ipſe, vel aliquis nomine ſuo ad hoc poteſtatem habens, Et ſimiliter predicta Maria, vel aliquis nomine ſuo, apud Horſham in craſtino Sancte Trinitatis convenient, et ibidem bene et fideliter computabunt: Ita quod dictus Willis de omnibus que ipſe, vel Ballivi ſui receperunt de Bonis predictis, unde rationabiliter poterunt onerari, tam de partibus Angl' quam de partibus Wall', dicte Marie ſatisfac' et ibidem ſecuritatem inveniet; Vel ſi forte tunc de Bonis Wall', propter abſentiam Ballivorum ſuorum, vel aliqua alia ratione, finaliter computare non poſſint, Tunc ipſi, vel eorum Ballivi, vel attorn' ad hoc poteſtatem habentes, ad aliquem certum diem quem tunc ad hoc providebunt, citra feſtum beati Petri ad vincula, in partibus Wall' convenient, et ibidem, ut predictum eſt, computabunt: Ita quod dictus Willis de omnibus que ipſe, vel Ballivi ſui receperunt, de Bonis predictis, unde rationabiliter poterunt onerari, dicte Marie ſatisfac' et ibidem ſecuritatem invenient.

Preterea, dictus Willis conceſſit, pro ſe et heredibus ſuis, predicte Marie teneri in ſexdecim libr' ſterlingorum annuatim, uſque ad legitimam etatem Lheyſen, Fratris et heredis Morgani Vaghan, pro cuſtodia terre de Kylney; niſi idem Leyſen ante legitimam etatem obierit; ſolvend' prefate Marie, vel executoribus ſuis annuatim, toto tempore predicto, apud Horſham, vel Cyreſeis, in Com' Suſſex'; ſcilicet unam medietatem ad feſtum Sancti Michaelis annuatim; Et ad feſtum Paſch' aliam medietatem. Et inde ſcriptum ſuum prefate Marie fac' in forma predicta.

Et ſciend' quod incipiet ſolvere firmam predictam ad feſtum Sancti Michaelis proximo futur', et pro arreragiis temporis antecedentis ſexdecim libr' dicte Marie ſolvet ad feſtum Sancti Michaelis proximo futur': Et de cuſtodia terre et heredis Johannis de Penrys, in partibus Wall', quam predicta Maria dicit ad ſe pertinere ratione predicta, conceſſit idem Willis qđ plenam et celerem juſticiam eidem, cum ſequi voluerit, inde fieri fac'. Et de viginti et una acra prati in Sauuagemedwe, et alibi, quam predicta Maria dicit ad ſe pertinere ratione dotis ſue Maneriorum Segwig, et Grenſtede, ſic ſunt concordati, Quod ſi Walterus Randulf, Ricardus Clericus de Brom, Robertus de Burdevill, et Adam de Clothale, qui ad inſtantiam predictorum Willi et Marie, prius preſtito Sacramento, dicant, pratum illud ad Manerium de Greneſted et Segwig pertinere; tunc eidem Marie nomine dotis remaneat; Sin autem prefato Willmo et heredibus ſuis remaneat in perpetuum.

De ſcriptis vero obligatoriis, per que diverſi debitores predicto Willo defuncto tenebantur, et que penes Willm filium Willi remanent, Conceſſit idem Willis qđ in craſtino Sancte Trinitatis, apud Horſham, illa prefate Mar' habere fac' ſimul cum Rotulis et Talliis per que Ballivi, Receptor', ſeu Prepoſiti, qui compotum reddere tenentur de tempore Willi de Breouſ' defuncti, debeant onerari; Habend' Rotulos predictos donec Compotum ſuum de omnibus Ballivis plenarie receperint; Et poſt Compotum receptum, ut predictum eſt, Rotuli predicti predicto Willo reſtituantur.

Conceſſit etiam idem Willis, quod Cartas quas habet, que ad predictam Mariam pertinent, et maxime duas Cartas quas cognovit habere de Manerio de Bokham, et alias, ſi que in Cuſtodia ſua poterunt inveniri, ad prefatum terminum eidem Marie plenar' habere faciet &c.

N° 34. MEMORAND' quod die Sabbi in feſto Inventionis Sancte Crucis, anno regni Regis Edwardi viceſimo, taliter concordatum eſt, coram Conſilio Domini Regis, ipſo Domino Rege conſentiente, inter Willm filium Willi de Breouſe, et Ricardum de Breouſ'; videlicet, Quod Dominus Rogerus de Leukenore, Johannes Pecche, Ricardus de Brembre Clericus, Walterus de Gedding', et Walterus le Graunt, aſſign' ſunt per Dominum Regem, ad extendend' per Sacramentum proborum et legalium hominum de Com' Suſſex', omnes Terras & Tenementa, cum omnibus pertinen', in Fyndon, Waſſington, Weſtgreneſted, Chereſwrthe, et Segwyg, que quondam fuerunt Willi de Breouſe defuncti, in Com' predicto; videlicet quantum terre ille & ten' valeant per annum in dominicis, redditibus, ſervitiis, villenagiis, et omnibus exitibus Terre, una cum Feodis Militum, et Advocationibus Eccleſiarum, et omnibus aliis ad terras et tenementa predicta ſpectantibus qualitercumque: Et etiam quod inquirant, per Sacramentum proborum et legalium hominum de Comitatu predicto, ſi Ricardus fil' Willi de Breouſe fuerit ſeiſitus in dominico ſuo ut de feodo de quinquaginta et duabus ſolidatis redditus cum pertinen' in Horſham, ſuperſtite Willmo patre ſuo, ſicut predictus Ricardus dicit, vel non, ſicut predictus Willms fil' Willi dicit.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Et ſi per Inquiſitionem illam invenerint, quod predictus Ricardus de predicto Redditu fuerit ſeiſitus, Tunc Redditum illum extendant, per Sacramentum proborum et legalium hominum de Comitatu predicto: Et ſimiliter predicti Rogerus de Leukenore, Ricardus de Brembre Clericus, Walterus de Geddyngg', et Walterus le Graunt, ſimul cum Willmo Mercok', aſſign' ſunt per Dominum Regem, ad extend' Maner' de Tettebury in Com' Glouc', per Sacramentum proborum et legalium hominum de Comitatu predicto. Et Extentas illas, cum eas fecerint, Domino Regi ſub ſigillis ſuis, et ſigill' eorum per quos facte fuerint, diſtincte et aperte, in octab' Sancti Johannis Baptiſte, anno predicto, mittant: Ita quod Dominus Rex habere fac' eidem Ricardo, in dicto Manerio de Tettebyri, ad valentiam Maner' de Waſſyngton', Segwig, & Fyndon', cum pertinen'; Et ad valentiam quinquaginta duarum ſolidatarum Redditus cum pertinen' in Horſham, ſi inveniatur predictum Ricardum, in vita patris ſui, inde fuiſſe ſeiſ' in excambium pro eiſdem: Tenend' ſecundum formam cujuſdam finis, in Cur' Domini Regis inde levati inter Willm de Breouſe et Henricum de Wyteweye, de Maner' de Waſſyngton', Segwyg', et Fyndon' cum pertin'. Et etiam habere fac' eidem Ricardo in eodem Manerio de Tettebury, ſi ſufficiat, et ſi non, alibi in Com' Suſſex' in loco competenti ad valentiam Maneriorum de Chereſwrthe, et Greneſtede, in excambium pro eiſdem: Tenend', per formam alterius finis inde levati, in Cur' Domini Regis, inter Amiciam de Ripariis Com' Devon' et Willm de Breouſe defunctum; Ita qđ de Extentis terrarum & tenementorum in Com' Suſſex' decidant eidem Ricardo viginti marcat' terre de integro.

Et ſi Extenta Maner' de Tettebury excedat Extentam terrarum & tenementorum predictorum, exiſtentium in Com' Suſſex', Tunc, quod reſiduum fuerit quiete remaneat predicto Willo et heredibus ſuis.

Et ſciend' quod ſi predicti Extentores ad Extentas predictas, tam de terris & tenementis in Com' Suſſex' quam de Manerio de Tettebury in Com' Glouc', fac', unanimi conſenſu concordari non poſſint, vel eorum aliquem abſentem eſſe contigerit, Quod Extente ille, facte ſecundum illam partem cui tres eorum de predictis quinque Extentoribus conſueverunt, pro rato & ſtabili habeatur.

Et cum predictus Ricardus ſeiſinam predictorum terrarum & tenementorum habuerit, ut predictum eſt, alter predictorum Willi & Ricardi alteri talem ſecuritatem fac' pro ſe et heredibus ſuis qualem ſecundum legem terre fuerit faciend'; Quod neuter eorum, nec her' eorum, nec aliquis nomine ſuo, jus vel clameum in terris ſeu tenementis, penes alterum remanentibus, contra formam proviſionis predicte, in poſterum exigere poterunt, vel vendicare.

Concedunt etiam predicti Willis fil' Willi, et Ricardus, quod ſi alter eorum contra Conceſſionem iſtam in aliquo

A. D. 1292. 20 Edw. I.

aliquo venerit, vel ipsam per fraudem, collusionem, artem, vel ingenium, malicioſe impedierit, et inde convictus fuerit, Quod Domino Regi in cc libr' ſterlingorum ſibi pro voluntate ſua ſolvend' teneatur.

Et Sciend' eſt, quod predictus Ricardus exigit valorem Exituum terrarum et tenementorum predictorum in Com' Suſſex', Exceptis viginti Marcatis terre predictis, a primo die Martii, anno regni Regis Edwardi decimo nono, quouſque habuerit ſeiſinam ad valentiam Terrarum illarum in Tettebury, et alibi, ut predictum eſt.

Et predictus Wills conceſſit, quod cum Extente ille facte fuerunt, et retornate, Quod de Exitibus illis fiat ſecundum ordinationem Dunelmenſ' Bathonenſ' & Wellenſ' Epiſcoporum et Com' Lincoln' &c.

---

ff. N° 35. De Manucaptione Will'i de Saltu. (m. 9.)

MANUCAPTORES Guilli de Saltu, et Andree de Barante, Magiſtrorum quarumdam Navium areſtatarum apud Porteſmutam et Sandwicum, videlicet, Arnaldus Rudi de Solerio, Paſchal' de Villa Arnald', Aymoun de Burgo, Petrus Gombaldi, Garſias Arn' le Baſele, Guills Sigini de Floyraco.

Iſti predicti manucaptores pro predictis Magiſtris, quod ipſi Magiſtri venient a die Paſch' in unum menſem ad Parliamentum Domini Regis apud Weſtm', ad ſtand' recto, et ad recipiend' rectum, et ad reſpondend' et ad faciend' id quod de Jure debebunt &c.

§ JOHANNES de Segraue, de Homagio ſuo faciendo, per ipſum Dominum Regem adjornatus eſt uſque ad Parliamentum predictum &c.

§ ITEM Manucaptores Radulphi de Crumbewelle, ſcilicet, Simon Baſſet, Gervaſius de Wyleford, Wills Sampſon, Ricardus Waldeſhef, Ricardus le Curzun de Breydeſhale, Johannes de Crumbewelle, Johannes Maullore, Johannes Bek', Johannes Saumpſoun, & Henricus Gernoun.

Kanc' ff. N° 36. Placitum inter Mariam que fuit Uxor Will'i de Brewoſ' & Will'm filium dicti Will'i de medietate manerii de Wycham. (m. 10.)

MARIA, que fuit uxor Willi de Breouſ', petiit coram Domino Rege, et ejus Conſilio, verſus Willm fil' Willi de Breouſ' medietatem Manerii de Wykham cum pertinen' in Com' Kanc' ut dotem ſuam, que eam contingit de libero tenemento, quod fuit predicti Willi de Breouſ' quondam viri ſui &c.

Et unde dicit, quod predictus Wills, quondam vir ſuus, obiit ſeiſit' de predicto Maner' cum pertin' in dominico ſuo ut de Feodo &c.

Et predictus Wills per quendam Nicholaum Seliman, attornatum ſuum, ven' & dic' quod predictum Manerium aliquando fuit predicti Willi quondam viri predicte Marie; Qui quidem Wills, per longum tempus antequam predictam Mariam deſponſavit, feoffavit de predicto Manerio cum pertinen' quemdam Egidium filium ſuum, et in plenariam ſeiſinam poſuit: Ita quod poſtea, in Cur' Domini Henrici Regis, Patris Domini Regis nunc, coram Magiſtro Rogero de Seyton, et ſociis ſuis, Juſticiariis ejuſdem Domini Henrici Regis de Banco, anno regni ſui quinquageſimo quinto, levavit quidam finis inde inter predictos Willm, et Egidium, per quem finem idem Wills recogn' predicta tenementa cum pertin', ſimul cum aliis ten', eſſe jus ipſius Egidii, ut illa que idem Egidius habuit de dono predicti Willi. Et dic', quod ipſe poſtea perquiſivit predictum Manerium cum pertin' de predicto Egidio; Unde dicit, quod predictus Wills quondam vir &c. a tempore levationis predicti finis, per quem ipſe ſe dimiſit de libero ten' & feodo predictorum ten' nunquam fuit poſtea in ſeiſina de predicto Manerio, Ita qd predictam Mariam vel aliam inde dotare potuit. Et hoc paratus eſt verificare qualitercumque Cur' &c.

Et predicta Maria dicit, quod predictus Wills ad aliqd verificare ad preſens admitti non debet. Dicit enim, quod idem Wills, poſt mortem Willi Patris ſui, ad Cur' Domini Regis acceſſit, et Breve Domini Regis petiit et optinuit, ad inquirendum de quibus ten' idem Wills pater ſuus obiit ſeiſ' in dominico ſuo ut de feodo, et quis fuit ejus heres propinquior, prout moris eſt in Cancellar' Domini Regis poſt mortem Tenent' de Domino Rege in capite; per quam Inquiſitionem, ad ſectam ipſius Willi proſecutam, et coram Eſchaetore Domini Regis captam, compertum fuit, quod predictus Wills pater ſuus obiit ſeiſitus de predicto Manerio cum pertin' ſimul cum aliis tenementis, in dominico ſuo ut de feodo, et quod ipſe Wills propinquior heres ejus fuit; Ratione cujus Inquiſitionis poſtea in Cancellar' returnate, ipſe Wills ſeiſinam ſuam habuit de predicto Manerio, ſicut de aliis tenementis de quibus obiit ſeiſit'; Unde deſicut per predictam Inquiſitionem per Breve Domini Regis captam, cujus Inquiſitionis idem Wills dedicere non poteſt quin pars fuit, cum Breve illud per quod capta fuit ad ſectam ipſius Willi fuit impetratum, et Inquiſitio illa ad ſectam ſuam ſummonita proſecuta fuit & capta; et idem Wills ratione illius Inquiſitionis petiit ſeiſinam predicti Manerii ſibi liberari, et optinuit, ut de ten' de quo Pater ſuus obiit ſeiſitus, prout per Inquiſitionem illam compertum fuit, petit judicium ſi predictus Wills ad aliud verificare debeat admitti.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Et ſuper hoc, idem Wills queſitus, ſi clam' tenere predicta tenementa per deſcenſum hereditar' de predicto Willmo Patre ſuo, An ut perquiſitum ſuum de predicto Egidio, quem Wills Pater ſuus feoffavit de predicto Manerio per cartam ſuam, ſuper qua poſtea quidam finis levavit ut dicit; Dicit, quod ipſe non clamat tenere predictum Manerium per deſcenſum hereditar' de predicto Willo patre ſuo, Immo ut perquiſitum ſuum de predicto Egidio;

Et dicit expreſſe, quod predictus Wills pater ſuus, et quondam vir &c. die quo predictam Mariam deſponſavit, nec unquam poſtea, fuit ſeiſ' de predicto Manerio ut de feodo; Ita quod ipſam inde dotare potuit. Et de hoc ponit ſe ſuper patriam. Et Maria ſimiliter. Ideo preceptum eſt Vicecom' quod ven' fac' coram Juſtic'.

---

ff. N° 37. De Abbate Ceſtr' de penſione quam contradicit ratione nove Creationis ſue Clerico Regis facienda.

ABBAS Sancte Wereburge Ceſtr' coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio, apud Norham, die Jovis proxima ante Aſcenſionem Domini, anno regni Regis Edwardi decimo nono, arrenatus et ad racoem poſitus, quare, ratione nove creationis ſue, cuidam Clerico Domini Regis de penſione annua, quouſque eidem Clerico per ipſum Abbatem in Beneficio competenti fuerit proviſum, concedenda contradicit, et facere recuſat, Cum Epiſcopi, et Prelati quicumque qui de ipſo Domino Rege tẽneant et tenere debeant, ratione nove creationis ſue, hoc facere debeant, et ad hoc teneantur,

Dicit, quod a tempore quo Comitatus Ceſtr' in manum Domini Henrici Regis, Patris Domini Regis, devenit, nuncquam aliquis Predeceſſorum ſuorum hoc facere conſuevit. Et petit, quod Dominus Rex, ſi ſibi placuerit, aliud ab eo non exigat quam facere teneatur, per quod ſucceſſores ſui, et Eccleſia ſua, in poſterum dampnum incurrant, aut jacturam, vel ad non debita et inconſueta facere teneantur, ad exheredationem Eccleſie ſue predicte.

Idem tamen Abbas ad preſens, ob reverentiam Domini Regis, concedit, quod ipſe hac vice cuidam Clerico ipſius Domini Regis cui Dominus Rex gratiam illam concedere voluerit, fatetur ſe teneri in annua penſione cent' ſol' quouſque de Beneficio competenti eidem fuerit proviſum ratione nove creationis ſue, prout Dominus Rex ab eo exigit: Ita quod ſi Domino Regi, per inſpectionem Rotulorum de Cancellar' aut de Scaccariis ſuis London' aut Ceſtr', aut alio modo, conſtare poterit, quod pre-

A. D. 1292. 20 Edw. I.

deceſſores ipſius Abbatis temporibus retroactis, ut predictum eſt, ratione nove Creationis ſue, alicui Clerico Domini Regis de penſione aliqua teneri non conſueverunt, Quod ratione iſtius Conceſſionis ſue Succeſſores ad conſimile facere non teneantur, Nec Eccleſia ſua Ceſtr' inde oneretur:

Et petit, quod Dominus Rex in forma predicta iſtam ſuam Conceſſionem admittere dignetur. Et Dominus Rex hoc idem ei concedit &c.

Et ſuper hoc mandatum eſt Theſ' et Baron' de Scaccario London', Juſtic' Theſ' et Baron' de Scaccario Ceſtr' et ſimiliter Eſchaetóri Com' Ceſtr' quod, ſcrutatis Rotulis &c. diligenter inquirant, cujuſmodi cuſtodiam Dominus Rex, pater &c. tempore vacationis Abbath', a tempore quo Comitatus Ceſtr' ad manus ſuas devenit, in eadem Abbia habere conſuevit, et cujuſmodi Exitus de eadem Abbia, durante vacatione, percipere conſuevit, et quis vel qui cuſtodiam Abbie predicte nomine ipſius Domini Henrici Regis habuit vel habuerunt: Et quod ſuper omnibus premiſſis, diſtincte et aperte, ſine dilatione, reddant Dominum Regem certiorem &c.

A. D. 1292. 20 Edw. I.

Preterea Dominus Rex conceſſit, quod ſi ſibi conſtare poterit, quod predeceſſores predicti Abbatis temporibus retroactis, ut predictum eſt, predictam penſionem dare non conſueverunt, per quod predictus Abbas ad hoc non teneatur, Quod a ſolutione predicte penſionis abſolvetur, et penitus inde ſit quietus:

Et quod quicquid Clerico ipſius Domini Regis, ratione illius penſionis conceſſe, ſolverit, eidem Abbati reſtituetur, una cum Exitibus tempore vacationis de predicta Abbia perceptis &c.

ROTUL. DE ANN. 21 ED. I.

A.D. 1293. 21 Edw. I. Placita coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo ad Parliamentum ſuum poſt Paſcha, apud London, in Manerio Archiepiſcopi Eborum, anno regni Domini Regis Edwardi viceſimo primo. A. D. 1293. 21 Edw. I.

Staff' ff. N° 1. De Will'mo de Mere & Reginaldo de la Legh convictis de quadam Tranſgreſſione facta Regi. (m. 1.)

WILL'M'S de Mere, Subeſcaetor Domini Regis in Com' Staff', & Reginald' de Legh', coram ipſo Dño Rege et ejus Conſilio allocuti, & ad ſonem poſiti de hoc, Quod cum poſt mortem cujuſdam Galfridi de Howell, qui de Radulpho Baſſet de Weledon tenuit p ſervitium militare, idem Radulphus ſeyſiviſſet in manum ſuam omnes terras & tenementa que pred' Galfridus de eo tenuit, ſone cuſtodie terrarum illarum, et etiam maritagii Willi filii & her' pred' Galfridi ad ipſum ptinentium, et idem Radulphus de cuſtodia corporis pred' heredis & terrarum ſuarum obiiſſet ſeyſitus; Et poſt cujus Radulphi mortem Dñus Rex, per pred' Subeſcaetorem ſuum, ſeyſiviſſet in manum ſuam omnes terras & tenementa cum ptinen' de quibus idem Radulphus obiit ſeyſitus, eo quod idem Radulphus de ipſo Domino Rege tenuit in capite, ſimul cum cuſtodia heredis pred' et terrarum ſuarum ut cuſtodiam de cuſtodia, eo quod tam heres pred' Radulphi quam pred' heres pred' Galfridi fuerunt & ſunt infra etatem; predictus Subeſcaetor, contra fidelitatem & ſacramentum ſuum, poſtquam ſeyſinam terrarum & tenementorum predictorum, tam eorum que fuerunt predicti Radulphi quam prefati heredis in Cuſtodia ipſius Radulphi die obitus ſui exiſtentis, in manum Regis ſeyſiverat, predictum heredem predicti Galfridi in terris & ten' de quibus pater ſuus obiit ſeyſitus, ſine precepto Domini Regis, intrare permiſit, et tenementa illa eidem heredi reddidit; in exheredationem heredis predicti Radulphi infra etatem, et in cuſtodia Regis exiſtentis, et etiam ad dampnum Domini Regis quingentarum librarum.

Et ſimiliter, predictus Reginaldus, qui fuit Juratus Domini Regis & Juſticiarius ſuus, contra fidelitatem & ſacramentum ſuum, eundem heredem predicti Galfridi, per fraudem & colluſionem inter ipſum et prefatum Subeſcaetorem factam, ſibi attraxit, & maritagium ſuum, quod ad Dominum Regem pertinuit ratione predicta, ſuper eundem Dominum Regem occupavit, & ipſum heredem maritavit, in exheredationem predicti heredis predicti Radulphi, et ad dampnum Domini Regis quingentarum marcarum &c.

Et predictus Subeſcaetor venit, et dicit, Quod ipſe non ſeyſivit tenementa que fuerunt predicti Galfridi poſt mortem predicti Radulphi: Et hoc paratus eſt verificare &c.

Et ſuper hoc, Ricardus de Goſefeud, qui ſequitur pro Rege, dicit, Quod predictus Subeſcaetor ſeyſivit tenementa illa in manum Domini Regis. Et poſtquam ſeyſierat, aſſignavit idem Subeſcaetor quemdam famulum ſuum Andr' de Madd' loco ſuo ad ſalvand' et cuſtodiend' omnes terras et tenementa que fuerunt Radulphi Baſſet in Manerio de Maddel, de quibus predictus Radulphus fuit ſeyſ' in dominico ſuo ut de feodo die quo obiit, et etiam duas partes terrarum & tenementorum de quibus Galfridus de Howell fuit ſeyſ' in dominico ſuo ut de feodo die quo obiit, ratione minoris etatis Willi filii et heredis predicti Galfridi in cuſtodia Regis exiſtentis, per cuſtodiam Ricardi filii et heredis Radulphi Baſſet de Weldon nondum plene etatis. Et profert quamdam litteram patentem pred' Subeſcaetoris, ſigillo ſuo ſignatam, que teſtatur quod idem Subeſcaetor poſuit loco ſuo pred' Andr' in forma pred', Et quam litteram idem Subeſcaetor cognoſcit. Et petit judicium pro Domino Rege, ſi idem Subeſcaetor aliquod verificare per patriam habere debeat contra factum ſuum proprium pred', per quod manifeſte patet, quod predicta tenementa ſeyſiverat, ex quo predictum ſervientem ſuum ad tenementa illa cuſtodienda aſſignaverat, et loco ſuo poſuerat &c.

Et pred' Reginaldus, quoad Maritagium pred' heredis, et cetera ſibi impoſita, Dicit, quod poſt mortem predicti Galfridi, poſtquam predictus Radulphus terras & tenementa de quibus idem Galfridus obiit ſeyſ' in dominico ſuo ut de feodo ſeyſiverat in manum ſuam, nomine cuſtodie ratione minoris etatis Willi filii et heredis ipſius Galfridi, eo quod idem Galfridus tenementa ſua de eo tenuit per ſervitium militare, prout idem Radulphus aſſerebat, Mater predicti heredis, et alii amici ſui, acceſſerunt ad pred' Radulphum, & ſcripta & munimenta per que pred' Galfridus terras & tenementa ſua tenuit ei oſtenderunt, per que conſtabat predicto Radulpho, qđ nec cuſtodia nec maritagium predicti heredis ad ipſum Radulphum pertinebat; per quod idem Radulphus ante mortem ſuam terras predicti heredis & ipſum heredem matri ſue reddidit & reſtituit. Et ipſe Reginaldus poſtea, per inſpectionem cartarum & munimentorum predictorum, intendens qđ maritagium ipſius heredis ad ipſos amicos ſuos pertinuit, ſatisfecit parentibus & amicis predicti heredis pro maritagio ſuo, & ſic ipſum maritavit.

Requiſitus, ſi conſtabat ei aliquo tempore quod pred' Subeſcaetor ſeyſiverat ten' predicti heredis in manum Domini Regis poſt mortem predicti Radulphi, ſimul cum aliis terris et tenementis de quibus idem Radulphus obiit ſeyſitus; Dicit, quod dedici non poteſt quin predictus Subeſcaetor, poſt mortem predicti Radulphi, auctoritate officii ſui ſeyſivit tenementa predicta in manum Domini Regis, ſimul cum aliis que fuerunt in ſeyſina predicti Radulphi die obitus ſui. Set poſtea idem Subeſcaetor, percipiens Dominum Regem jus non habere in cuſtodia terrarum que fuerunt predicti heredis predicti Galfridi, eaſdem terras reddidit prefato heredi et amicis ſuis, quibus amicis idem Reginaldus poſtea pro maritagio ipſius heredis ſatisfecit, et ſic ad maritagium illud advenit.

Et tam idem Reginaldus quam predictus Subeſcaetor petunt, et dicunt, Quod ſi videatur Conſilio Regis quod in aliquo deliquerint, quod Dominus Rex ſuam faciat inde voluntatem.

Et quia pred' Subeſcaetor factum ſuum predictum expreſſe cognoſcit, per quod manifeſte patet, quod tenementa que fuerunt predicti heredis predicti Galfridi ſeyſita fuerunt in manum Dñi Regis, ut illa que fuerunt in ſeyſina predicti Radulphi Baſſet die obitus ſui; nec licet alicui Eſcaetori terras ſeu tenementa aliqua, poſtquam in manum Domini Regis ea ſeyſierit, reddere quoquomodo alicui heredi ſeu alii ſine precepto Domini Regis; Et

A.D. 1293. 21 Edw. I.

etiam, quia predictus Reginaldus dedicere non potest, quin predicta tenementa heredis predicti Galfridi post mortem ipsius Galfridi' devenerunt in seysina predicti Radulphi; Et idem Radulphus de eisdem nomine custodie obiit seysitus; Et post ejus mortem eadem tenementa, simul cum aliis que fuerunt in seisina predicti Radulphi die obitus sui, seisita fuerunt in manum Domini Regis per Subescaetorem predictum; nec ad ipsum Reginaldum pertinuit, ratione inspectionis cartarum seu scriptorum aliquorum, Dominum Regem de seysina sua qualicumque eicere, vel aliqua que fuerunt in seysina ipsius Regis sibi attrahere, aut super Dominum Regem, aut heredes in Custodia sua existentes occupare, cum potius pertineat Ministris Domini Regis, & maxime Justiciariis suis, statum Domini Regis et jura heredum in custodia ipsius Regis existentium manutenere, quam in aliquó infringere. Et sic, tam predictus Subescaetor in reddendo seysinam prefato heredi sine precepto Regis postquam tenementa sua in manum Domini Regis seysiverat, quam prefatus Justiciarius attrahendo sibi maritagium prefati heredis, & inde prefatum heredem predicti Radulphi exheredando, qui est in custodia Regis, et cui Dominus Rex plenar' et integre tenetur restituere cum ad etatem pervenerit omia jure hereditar' sibi accidentia, et de quibus Pater suus obiit seysitus, contra fidelitatem Domino Regi debitam et sacramentum sibi prestitum devenerunt, Consideratum est, quod prefati Subescaetor, et Reginaldus, mandentur Turri, et ibi morentur ad voluntatem Domini Regis.

Et similiter, quia per inspectionem testamenti predicti Radulphi plenar' patet, et etiam per Uxorem predicti Radulphi Executricem suam principalem, & Senescallum qui fuit predicti Radulphi alium Executorem, testatur, quod predictus Radulphus ante mortem suam custodiam seu maritagium predicti heredis predicti Galfridi alicui nec legavit, dedit, aut vendidit, nec dispositioni suorum Executorum dimisit, et sic ex quo nulla mentio facta fuit de predictis custodia et maritagio in ultima voluntate predicti Radulphi, nec antea, potius remanere debent heredi suo quam aliis, et sic Domino Regi ut suo Custodi; maxime, cum talis Custodia de herede in heredem jure hereditario descendat, & sit jus hereditarium, Nec de herede in vita Antecessoris aliquo modo custodia illa separabatur, licet dicatur quod custodie sint quasi catalla, Consideratum est, quod predictus Reginaldus satisfaciat Regi pro maritagio predicti heredis predicti Galfridi; Et quod custodia terrarum ejusdem heredis remaneat Domino Regi, nomine custodie heredis predicti Radulphi usque ad etatem &c. salvo jure utriusque hered' predictorum cum inde per se vel amicos suos loqui voluerint &c. et aliorum quorumcumque &c.

corporibus ipsorum legitime procreat', Tunc eadem Tenementa remanerent hered' ipsius Nichi &c.

A.D. 1293. 21 Edw. I.

Et modo veniunt quidam Johannes de Bosco, filius cujusdam Lucie, et quidam Jacobus de Burneham, filius cujusdam Alicie, et quidam Johannes de Ludham, filius cujusdam Johanne, et quidam Johannes Gernoun, filius cujusdam Hawys', filii et heredes predictarum Lucie, et aliarum sororum et heredum predicti Nichii Tregoz; Et petunt, quod, ex quo per predictam Inquisitionem compertum est, quod predictus Nichus avunculus suus, et cujus heredes ipsi sunt, fuit seys' in dominico suo ut de predictis Tenementis die quo obiit, et que Tenementa per predictam Inquisitionem capta sunt in manum Domini Regis, Quod Dominus Rex velit precipere seysinam predictorum Tenementorum sibi liberari &c.

Et super hoc venit quidam Hugo de Creppynges, Et dicit, quod seysina predictorum Tenementorum sibi debet liberari, et non prefatis heredibus. Dicit enim, quod predictus Nichis seysitus fuit de eisdem Tenementis, ut de jure et hereditate sua per longum tempus; Et postea de seysina sua feoffavit ipsum Hugonem de eisdem tenementis, Tenend' sibi et heredibus suis in perpetuum, et ipsum inde in bona et pacifica seysina posuit per longum tempus ante mortem suam; Quam quidem seysinam idem Hugo tempore predicti Nichii per magnum tempus, et tempore mortis sue, et postea, continuavit, quousque idem Hugo ea dimisit predicte Eve ad voluntatem ipsius Hugonis: Et dicit, quod predicta Eva sic obiit seysita de predictis Tenementis. Dicit etiam, quod tempore quo predictus Nichis ipsum de predictis Tenementis feoffavit, idem Hugo habuit Breve Dñi Regis cuidam Willo de Sancto Claro, tunc Escaetori Regis, directum, quod permitteret ipsum ingredi predicta tenementa, eo quod tenebantur de Domino Rege in capite. Et petit quod Dominus Rex seysinam predictorum Tenementorum suorum sibi velit deliberare &c.

Et predicti heredes dicunt, quod quicquid per predictam Inquisitionem compertum sit, seu quicquid predictus Hugo dicat de predicto feoffamento sibi facto per predictum Nichum antecessorem suum, seu de seysina sibi liberata, quod predictus Nichus nunquam se de Tenementis predictis dimisit, nec aliquem statum predicto Hug' inde fecit, Immo de eisdem obiit seysitus in dominico suo ut de feodo; Et quod ipsi propinquiores heredes ejus sunt. Et quod ita sit petunt quod inquiratur per patriam. Et Hugo similiter. Ideo preceptum est Vicecom' quod venire fac' coram Domino Rege, a die Sancte Trinitatis in xv dies, xxiiii &c. Per quos &c. Et qui nec &c. ad rec' in forma predicta. Quia tam &c.

Postea, coram Gilberto de Thorneton et sociis suis tunc tenentibus locum Regis, predictum negotium terminatum est, et in Rotulis suis inrotulatum &c.

---

ff. N° 2. De heredibus Nich'i de Tregoz & Hugone de Creppynges.

DOMINUS Rex nuper mandavit dilecto Clerico Malcolmo de Harleye, Escaetori suo &c. per Breve suum &c. Quod quia Eva de Voloygnes, que .. Domino Rege tenuit in capite, diem clausit extremum, quod omnes Terr' et Tenem' cum pertinen' de quibus Eva predicta fuit seysita in dominico suo ut de feodo in Balliva sua, die quo obiit, sine dilatione caperet in manum Domini Regis, et salvo custodiret quousque &c. Et quod inquireret de propinquioribus heredibus &c. Et inde Inquisitionem &c. mitteret Domino Regi: Per quam Inquisitionem, per ipsum Escaetorem factam & Domino Regi missam, compertum est, quod predicta Eva nichil tenuit de Domino Rege in capite, nec de alio, in dominico suo ut de feodo, die quo obiit, set quod eadem Eva tenuit Maneria de Tolesbunte, Tregoz, et Blunteshale, die quo obiit, in Com' Essex', ad terminum vite sue, de dono & feoffamento Roberti Burnell nuper Episcopi Bathon' et Wellen', qui ipsam Evam, et Nichm Tregoz quondam virum suum conjunctim feoffavit de predictis Maneriis: Tenend' eisdem Nicho et Eve, et hered' eorum ex ipsis legitime procreatis, de Domino Rege in capite per servitium duorum feodorum milit'. Et si contigeret, quod iidem Nichus & Eva obissent deficiente exitu de

ff. N° 3. De Elia de Hanwyll. (Dors.)

JOHANNES de Grey, et Andreas de Jarpenuill, queruntur Domino Regi, Quod cum per ipsum Dominum Regem in statuto suo contineatur, quod nullus Minister Domini Regis manuteneat Placita, vel Assisas, vel querelas in Curia sua, ad campipartem inde habend', vel per conventionem factam inter ipsum Ministrum et partem; Elyas de Hanvyll, qui est Minister Domini Regis, per Conventionem factam inter ipsum et quemdam Hugonem de Bray, manutenet ipsum Hugonem, in quodam Placito quod est inter ipsum Hugonem * et predictum Johannem de ten' in Com' Buk', et etiam in quodam Placito quod est inter ipsum Hugonem et predictum Andream de ten' in Com' North', ad campipartem inde habendam, prout patet per quoddam scriptum sub nomine predicti Elye, quod predictam Conventionem de predicta campiparte testatur: Et quod scriptum idem Johannes et Andreas proferunt &c.

Et Elyas venit, et bene cognoscit, quod ipse manutenet predictum Hugonem in predictis placitis: Et quod idem Hugo omni die placiti, et quamdiu placitabit, percipiet de ipso Elya duos denarios, et percipit quamdiu

* Vox *et* in Originali bis legitur.

A.D. 1293. 21 Edw. I.

placitum duravit: Et etiam cognoscit predictum scriptum suum, quod predictam campipartem testatur. Et quia idem Elyas est Minister Domini Regis, Et expresse cognoscit predictam manutenentiam, et contra formam statuti; Ideo ipse puniatur juxta formam statuti de Ministris Regis manutenentibus placita ad campipartem &c. Et committitur Maresc all' &c.

Postea venerunt Johannes Gyssart le Brest, Wills fils Warini, Johannes de Monte Alto, Hugo de Audedeleye, Robertus de Ballo, & Robertus de Creuequer, et manuceperunt pred' Elyam ad habend' corpus ejus coram Domino Rege ad proximum Parliamentum, ad satisfaciend' Regi de transgressione predicta. Et eis liberatur in forma predicta.

---

ff. Cognitio Roberti Malet facta W. Tope.

ROBERTUS Malet cognovit coram Consilio quod debet Willmo Tope Mercatori de Hereford' decem libras, pro quadam transgressione eidem Willmo nuper per ipsum Robertum facta, et quas ei solvet in crastino Sancti Johannis Baptiste prox' futur'. Et nisi fecerit, concedit, quod Vicecom' fieri fac' de terr' et catall' &c.

---

ff. REX precepit, quod Querele inter Archiepiscopum Eborum, et Thomam de Nevill, et Nichm de Segrave, ponantur coram G. de Thornton, et sociis suis; Et ibi vocatis aliis Justic' de quibus necesse fuerit fiat Justicia: Ita quod ibi terminentur ea que Regem tangunt, et in Cur' Reg' pertinent terminanda. Et de hiis que ad Cur' Christianitat' pertinent, Sequantur partes in Curia illa, si sibi viderint expedire &c.

---

ff. N° 4. De Comite Maresc all' quosdam Articulos calumpniante in Hospitio Regis ratione Maresc all'.

DE Articulis diversis porrectis coram Domino Rege per Com' Maresc all', et quos idem Com' ratione officii sui in Cur' Reg' dicebat ad se & suos in Cur' Reg' nomine ipsius Com' morantes pertinere, Rex precepit et vult, Quod omnes articuli contenti in rotulis de Gardroba de hiis que ad officium Maresc alli pertinent, et omnia que eidem Maresc allo concessa fuerunt tempore illius inrotulamenti, prout patet in eodem rotulo, teneantur & manuteneantur sine diminutione aliqua in singulis suis articulis. Et quod idem Maresc allus, seu Ministri sui nomine suo in Cur' Reg' commorantes, nichil attemptent, attrahant, seu habeant aliud, seu alio modo, quam in eodem rotulo continetur. Et Sciendum est, quod transcriptum ejusdem irrotulamenti liberatur prefato Com' in presentia Regis et Consilii sui, ut per hoc ipse et sui avisamentum habeant, de cetero, de hiis que ad officium suum pertinent, et que ratione officii sui facere debent et possunt: Et quod nichil extra articulos in predicto irrotulamento contentos sibi, ratione officii sui, attrahant seu appropriant quoquomodo, sub forisfactura officii sui ad voluntatem Reg'. Et similiter dictum est Senescallo Hospitii Domini Regis, quod in nullo contra articulos predictos auctoritate officii sui contraveniat, per quod prefatus Com' aut sui injuste deteriorentur in aliquo &c.

---

ff. ARCHIEPISCOPUS Eborum, quoad querelam suam versus Thomam de Nevyll, de hoc quod petit a Domino Rege Breve de capiendo ipsum Thomam, ponitur in respectum usque diem lune prox' post octab' Sancte Trinitatis, eo quod idem Thomas dicit se habere Bullam quamdam per quam idem Archiepiscopus ipsum citare fecit, et versus ipsum sequitur. Et dictum est eidem Thome, quod habeat predictam Bullam ad eundem diem. Et Archiepiscopus ponit loco suo Magistrum Robertum de Nassington, et Willm de Thornton &c.

A.D. 1293. 21 Edw. I.

---

ff. N° 5. De Com' Warenn' petente custod' terrarum ad Episcopatum de Sancto Assaph' spectantium infra Dominium de Brommesfeld' existentium.

JOHANNES de Warenn' Comes Surr' et Suffex' supplicavit Domino Regi, quod cum idem Dominus Rex terras de Brommesfeld' cum omnibus suis pertin' eidem Com' concessisset & dedisset, Tenend' sibi & heredibus suis, cum omnibus juribus & libertatibus ad easdem terras pertinentibus, adeo libere et quiete sicut Domini terrarum illarum terras illas, antequam conqueste bantur per ipsum Regem, tenuerunt; Et cum Domini illi, ante conquestum illarum terrarum, tempore vacationis Episcopatus de Sancto Assaph', custodiam omnium terrarum et tenementorum infra Dominium de Brommesfeld' existentium, et ad predictum Episcopatum pertinentium, habuerunt, et habere consueverunt; Et cum sedes dicti Episcopatus jam sit vacans, propter quod custodia terrarum et tenementorum infra dominium de Brommesfeld' existentium, et ad Episcopatum predictum spectantium, durante vacatione, ratione predicta ad ipsum Com' pertinet, prout ad alios Dominos de Brommesfeld' hactenus pertinuit; Quod Dominus Rex ei custodiam earumdem terrarum et tenementorum infra dominium suum predictum existentium, et ad Episcopatum predictum spectantium, Et que terre et tenementa per mortem ultimi Episcopi loci predicti seysit' fuerunt in manum Domini Regis; Quod Dominus Rex earumdem custodiam sibi velit reddere &c.

Ad quam supplicationem per ipsum Dominum Regem et Consilium suum unanimiter est concordatum et responsum, Quod custodie omnium terrarum et tenementorum ubicumque existentium, ad Episcopatus aliquos infra regnum suum existentium, tempore vacationis eorumdem Episcopatuum ad ipsum Dominum Regem, ratione Corone et dignitatis sue, pertinent, ut de jure Corone sue, et non ad alium; licet terre aut ten' aliqua eisdem Episcopatibus pertinentia infra libertatem seu dominium aliorum fuerunt, seu extra. Et licet Domini terrarum de Brommesfeld', aliquo tempore vacationis Episcopatus predicti, custodiam terrarum et tenementorum ad predictum Episcopatum pertinentium, et infra dominium suum existentium, usurpaverunt & attraxerunt temporibus aliquorum Principum Wall' super ipsos principes; Dominus Rex nunc, per conquestum suum, terras de Brommesfeld' simul cum aliis terris et tenementis que Dei auxilio conquestus est in partibus predictis, et que Principes Wallie de Corona Angl' tenuerunt, reperquisivit, et Corone sue annexit, adeo integre et plenar', cum omnibus suis juribus & libertatibus, sicut terre & tenementa illa Corone Angl' annexa fuerunt antequam in man' Principum Wallie devenerunt; et sicut cetera tenementa in regno ubicumque, ad quoscumque Episcopatus pertinentia, de eadem Corona tenentur; Et de jure Corone, & etiam de communi consuetudine regni, custodia omnium terrarum & tenementorum quorumcumque Episcopatuum in regno existentium, tempore vacationis eorumdem Episcopatuum, ad ipsum Dominum Regem, et non ad alium in Regno, pertineat. Et licet Dominus Rex concederet et daret prefato Com' terras de Brommesfeld' cum omnibus suis pertin', non tamen per hoc intelligendum est, quod Dominus Rex dedit ei Libertates & Jura ad Coronam & dignitatem suam pertinentia, et que de Corona non poterunt separari, veluti custodiam Episcopatuum, seu terrarum et tenementorum ad Episcopatus pertinentium.

Et similiter, quia Com' Glouc' et aliis clamantibus nuper custodiam quarumdam terrarum ad Episcopatum Landaf' existentium, et infra dominium suum existentium, tempore vacationis ejusdem Episcopatus ad se pertinere, de communi consilio responsum fuit, Quod in custodia Episcopatuum, tempore vacationis eorumdem, seu terrarum aut tenementorum aliquorum ad eosdem Episcopatus pertinentium, licet infra dominium suum extiterint, nichil clamare poterunt, propter privilegium regium,

A.D. 1293. 21 Edw. I.

regium, et Corone dignitatem, ad quam ſpecialiter pertinet Epiſcopatuum vacantium cuſtodia: Dictum eſt prefato Comiti Warenn' quod ad iſtam ſuam Petitionem nichil ſibi fiet plus quam aliis fiebat; Quia de ſimilibus ſimile eſt judicium &c.

---

ff. Nº 6. Querela Johannis de Peuleſdon verſus Epiſcopum London'. (m. 2.)

MAGISTER Johannes de Peuleſdon queritur Domino Regi, de hoc, quod cum ipſe nuper primo die itineris Rogeri Extranei, & ſociorum ſuorum Juſticiariorum Domini Regis de Foreſta, apud Cheelmersford in Com' Eſſex, in Pace Domini Regis veniſſet, et coram eiſdem Juſticiariis ſe inter alios fideles Domini Regis optuliſſet, Ricardus de Graueſhend Epiſcopus London' ibidem, in preſentia eorumdem Juſticiariorum et aliorum Magnatum, ad communem ſummonitionem ejuſdem Itineris preſentium, puplice denunciavit ipſum Johannem una cum ſecum communicantibus excommunicari; Propter quod, idem Johannes quamdam litteram ſigillo offic' Cur' Cant' ſignatam, quam penes ſe habuit, in plena Cur' R̃ ibidem porrexit Capitali Clerico Juſticiariorum predictorum, legendam, ad famam et ſtatum ſuum clarificand', et ad oſtend' Cur' & fidelibus Domini Regis ibidem exiſtentibus, quod ſententia predicti Epiſcopi ipſum in nullo ligavit. Quam quidem literam prefatus Epiſcopus ſtatim de manu predicti Capital' Clerici cepit, et aſportavit, contra voluntatem ipſius Johannis, licet ſepius per ipſum Johannem ex parte Domini Regis inhibitum fuiſſet ne predicto Epiſcopo littera predicta liberaretur; Et etiam contra voluntatem predicti Capital' Clerici, cum idem Clericus ipſum Epiſcopum ſepius rogavit, quod predictam litteram ei retradere & rehabere faceret; In contempt' Domini Regis & Curie ſue predicte manifeſtum, et etiam ad dampnum ipſius Johannis non modicum et gravamen &c.

Et predictus Epiſcopus venit, et defendit quicquid eſt in contemptum Domini Regis & Curie ſue predicte; Et bene cognoſcit, quod predictus Johannes, predicto die, in preſentia Juſticiariorum predictorum quamdam litteram porrexit et tradidit Capitali Clerico Juſtic' legendam: Set dicit, quod littera illa lecta non fuit; Immo ipſe incontinenti poſtquam littera illa in manum dicti Clerici devenit, cepit literam illam penes ſe. Et quia, inſpecta litera illa, eadem litera ſibi ipſi per Offic' Cant' dirigebatur ad quedam officium ſuum tangentia exequenda, idem Epiſcopus literam illam penes ſe retinuit et adhuc retinet.

Et profert eandem literam in pleno Conſilio: Qua lecta et audita, manifeſte patet, quod eadem litera ipſi Epiſcopo dirigebatur per Offic' Cur' Cant'. Unde dicit, quod eo quod littera illa ipſum tangebat, intellexit, quod abſque contemptu Domino Regi ſeu injuria aliqua alicui alii faciend' bene potuit eam penes ſe retinere.

Et ſuper hoc, idem Epiſcopus queſitus, Utrum predicta littera in prefata Curia Domini Regis per predictum Johannem porrectata fuit prefato Clerico legend', ad famam & ſtatum ipſius Johannis clarificand'; an ſi tradita fuit eidem Epiſcopo per prefatum Johem Clericum, ut idem Epiſcopus literam illam executioni demandaret, Dicit, quod porrecta fuit prefato Clerico Juſtic' legend'; Et quod ipſe de manu ipſius Clerici eandem literam cepit.

Queſitus etiam, ſi predictus Clericus Juſtic' vel etiam ſi prefatus Magiſter Johannes, aliquo tempore poſtea ipſum Epiſcopum rogarunt, quod literam predictam ſibi liberaret, & rehabere faceret, Dicit revera, quod bene intendit quod de hoc et per Clericum Juſtic' et per predictum Magiſtrum Johannem rogatus fuit.

Et quia predictus Epiſcopus expreſſe cognoſcit, quod predicta littera in plena Curia Domini Regis coram prefat' Juſtic' porrecta fuit, & Clerico eorumdem Juſticiariorum ad legend' tradita; Et idem Epiſcopus literam illam antequam lecta fuit de manu predicti Clerici cepit, et ſecum aſportavit, et hucuſque detinuit; nec idem Epiſcopus dedicere pot' quin littera illa porrecta fuit legenda, ad famam et ſtatum predicti Magiſtri Johannis clarificand', Et non ut idem Epiſcopus ratione illius littere ſic porrecte aliquid quod ad officium ſuum pertinuit tunc exequeretur ibidem: Et etiam, quia idem Epiſcopus ſimiliter cognovit, quod predictam litteram detinuit, poſtquam per prefatos Clericos ab eo petit' fuit quod illam eis liberaret et rehabere faceret; Et hoc manifeſtius patet per hoc, quod litteram illam hic ſecum detulit: Et ſic contemptum expreſſe fecit Domino Regi et Curie ſue predicte; tam in hoc quod litteram predictam de manu Clerici Juſticiariorum predictorum cepit antequam legeretur, contra voluntatem predicti Magiſtri Johannis illam liberantis, qualitercumque ipſi Epiſcopo dirigeretur cum non fuit porrecta ibidem ad Officium ipſius Epiſcopi excercend'; quam in hoc quod litteram illam detinuit, poſtquam petit' fuit ab eodem per Clericum Juſtic' a quo illam in plena Curia cepit qđ illam ei reſtitueret: Conſideratum eſt, quod predictus Epiſcopus remaneat pro tranſgreſſione predicta ad voluntatem Domini Regis puniendus. Et Dominus Rex penes ſe ipſum Penam illam retinet infligendam.

A.D. 1293. 21 Edw. I.

Et ſimiliter, Dominus Rex vult et precipit, quod predicta littera predicto Magiſtro Johanni liberetur. Et quod quicquid per predictum Epiſcopum aut ſuos in dampnum aut prejudicium predicti Magiſtri Johannis factum fuerit, aut attemptatum contra tenorem littere predicte in aliquo, a tempore quo eadem littera in manum predicti Epiſcopi ut predictum eſt devenit, in quo predicta littera eidem Johanni prodeſſe potuit aut valuiſſe ſi littera illa penes ipſum Johannem remanſiſſet, omio adnulletur: Et hoc per Dominum Regem eidem Epiſcopo dictum eſt &c.

Poſtea Dominus Rex, ad Parliamentum ſuum poſt feſtum Sancti Michaelis, eodem anno, ipſi Epiſcopo predictam tranſgreſſionem de gratia ſua ſpeciali totaliter remiſit. Ideo ipſe inde quietus; Et habeat literam acquietantie.

Devon' ff. Inter J. Bek Vicecom' Devon'.

JOHANNES Bek queritur Domino Regi de Matheo filio Johannis, Vicecom' Devon', de hoc, quod cum ipſe, die Martis prox' poſt feſtum Sancti Mathie Apoſtoli, anno R̃ nunc XIX, per quemdam Ricardum nuncium ſuum, coram Coron' in pleno Com', liberavit eidem Vicecom' quoddam Breve Domini Regis, ad levand' de terris et catall' ipſius Mathei fil' Johannis ducentas & quinque marcas, ad opus ipſius Johannis; Et quod haberet predictos denarios in Cancellar' Domini Regis, in craſtino clauſi Paſch' prox' ſequent', Idem Matheus predictum Breve ad diem predictum, vel aliquē alium, in Cancellar' predict' retornare non curavit; Immo illud penes ſe detinuit, in contemptum mandati regii predicti, et ad dampnum ipſius Johannis non modicum et gravamen &c. Et profert quamdam Billettam quodam ſigillo pendenti ſignatam, que teſtatur, quod predictus Vicecom' recepit predictum Breve in forma predicta, et in qua continetur, Quod in teſtimonium predictorum ſigillum predicti Vicecom' eſt appenſ' predicte Billette &c.

Et predictus Matheus venit, et defendit quicquid eſt in contempt' Domini Regis & Curie ſue; Et bene defendit, quod nec ipſe, nec Subvicecomes ſuus, nec aliquis Clericus aut Miniſter ſuus cum ipſo exiſtens, predictum Breve predicto die aut aliquo alio tempore recepit, nec predicta Billetta eſt factum ſuum, nec alicujus Miniſtri ſui: Et de hoc ponit ſe ſuper patriam.

Et Johannes ſimiliter.

Ideo preceptum' eſt Vicecom' quod venire faciat coram R̃ in craſtino Sancti Johannis Baptiſte, ubicumque &c. XXIIII, per quos &c. Et qui nec &c. ad recogn' in forma predicta: Quia tam &c.

DOMINUS

A. D 1293. 21 Edw. I.

ff. N° 7. Inter W. de Fyens et Philippum de Monte Gomery.

DOMINUS Rex alias certiorari volens, que feoda ſeu partes feodorum Militum in Throp' juxta Daventr' tenentur de eo, et que de dilecto & fideli ſuo Willo de Fyens ratione Honoris de Chokes in manu ejuſdem Willi exiſtentis; Et que de aliis; Et qui feoda illa tenent; Mandavit Malcolmo de Harlegh, Eſcaetori ſuo, quod in preſentia Vicecom' Northipt', per ſacramentum proborum et legalium hominum ejuſdem Com' per quos rei veritas melius ſciri poterit, ſuper premiſſis diligentem faceret Inquiſitionem, et eam diſtincte & aperte factam ſub ſigillo ſuo et ſigill' eorum per quos facta fuerit, ſine dilatione mitteret Domino Regi. Per quam Inquiſitionem, in forma predicta captam et remiſſam, Compertum eſt, quod nichil tenetur in capite de Domino Rege in predicta Villa de Throp; Set quod dimid' feod' unius feodi Militis tenetur in capite, in eadem Villa, de Domino Willo de Fyens, ratione Honoris de Chokes.

Et ſuper hoc idem Wills de Fyens, venit, et dicit, quod quidam Philippus de Monte Gomery tenet dimid' feod' predictum quod de eodem Willo tenetur ut predictum eſt: Et quod idem Philippus fecit inde homagium Domino Regi, per quamdam ſuggeſtionem Domino Regi, tacita veritate, factam; Et eſt in homagio Reg' de eodem feodo, in exheredationem ipſius Willi manifeſtam. Et petit quod Dominus Rex ſuper hoc ei faciat remedium.

Et idem Philippus, preſens in Cur', queſitus ſi ſit in homagio Domini Regis de eodem dimidio feodo, Dicit quod ſic:

Et quod feoffator ſuus, qui ipſum de eodem feoffavit, fecit ipſum intelligere, quod tenuit predictum dimid' feod' de Domino Rege, et non de alio: nec aliquid aliud habet, nec dicere ſcit quare homagium Domino Regi fecit, nec aliquid aliud dicere ſcit quare Dominus Rex inde homagium habere debet.

Et quia predicte Inquiſitioni, per preceptum Domini Regis capte, major fides eſt adhibenda quam ſimplici verbo predicti Philippi; nec idem Philippus oſtendere poteſt, quod feoffator ſuus, vel aliquis alius tenens predictorum Ten' temporibus preteritis, fecerunt inde homagium Domino Regi, aut progenitoribus ſuis: Ideo predictum homagium, quod predictus Philippus fecit Domino Regi pro predicto dimidio feodo, omño adnulletur et extinguatur: Et idem Philippus et heredes ſui inde remaneant in homagio predicti Willi &c. Salvo ſemper jure Domini Regis et heredum ſuorum, cum inde loqui voluerint.

---

ff. Inter Will'm de Bereford' et Euſtach' de Parles.

QUIA Euſtachius de Parles, et Johannes frater ejus, tam per teſtimonium fide dignorum Domini Regis, quam per eorum recognitionem, ſufficienter convicti ſunt, quod ipſi in Aula Reg' in preſentia plium Magnatum & aliorum fidelium Domini Regis, verbis contumelioſis in Willm de Bereford', Juſtic' Domini Regis, inſultum fecerunt, inponentes eidem, quod partes coram eo placitantes manutenuit, et conſilium ſuum eis inpendit in Itinere Staff' & alia ibidem fecit contra ſacramentum ſuum et ſtatum officii;

Et quia, per recordum Sociorum prefati Willi de Itinere predicto, Compertum eſt, quod predicti Euſtach' & Johannes predicto Willo premiſſa falſo imponunt; Et ſimiliter quia iidem Euſtach' et Johannes in Miniſtrum Domini Regis predictum, et in preſentia ipſius Domini Regis in Aula ſua, inſultum fecerunt, ut predictum eſt, in contemptum Domini Regis manifeſtum;

Cum ſi idem Miniſter in aliquo verſus ipſos deliquiſſet, Ipſi actionem ſuam verſus eum, per Querelam coram Domino Rege, vel alio modo, habere poſſent; Conſideratum eſt, quod ipſi Euſtach' et Johannes mandentur Turri ad voluntatem Domini Regis.

Et quia predictus Johannes minus tranſgrediebatur quam Euſtach', Dominus Rex precepit, quod ſi idem Johannes cum in Priſona fuerit manucapi voluerit, Quod manucaptio ei concedetur.

Poſtea, tertio die ſequenti, venerunt Willus Sampſon, Ricardus de Waldegrave, Milites, Robertus Haunſard, Johannes de Urleby, Petrus de Turneby, et Michael filius Willi, et manuceperunt predictum Johannem, habendi ipſum ad voluntatem Domini Regis ad ſatisfaciend' &c. Et eis liberatur in forma predicta.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

---

ff. De Vic' Leyc'. (Dorſ.)

STEPHANUS Rabaz, Vicecom' Leyc' et Warr', coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio arrenatus, & ad ſonem poſitus, de hoc, Quod cum J. Botetourte, E. del Hache, et W. Hamelyn, nuper in Balliva ipſius Vicecom' per Dominum Regem fuiſſent aſſignati ad gayolas Domini Regis deliberand', Idem Vicecom' quemdam Willm de Petlyng per quemdam appellatorem, ante adventum eorumdem Juſtic' ibidem, appellatum et captum, vivente ipſo appellatore, uſque diem deliberationis coram eis facte dimiſit per plevinam, contra formam ſtatuti &c.

Et etiam quemdam Radulphum de Cokehull, qui de morte hominis indictatus fuit, et per eundem Vicecom' captus, idem Vicecom' per plevinam dimiſit, contra formam ſtatuti: Et etiam eundem Radulphum ſine ferris coram eiſdem Juſticiariis ad deliberationem predictam produxit, contra conſuetudinem regni.

Et ſimiliter, quemdam Willm filium Walteri la Perſone, qui per preceptum Com' Warr' captus fuit, dimiſit per plevinam, contra voluntatem et preceptum Domini Regis: Cum idem Dominus Rex, per litteras ſuas ſub privato ſigillo ſuo, eidem Vicecom' preciperet, quod nulli per preceptum predicti Com' Warr' capto aliquam gratiam faceret &c. Et ſuper hoc prefatus Johannes Botetourte, qui preſens eſt, et qui fuit primus Juſtic' predictorum, premiſſa recordatur.

Et predictus Vicecom' dicit, quoad predictum Willm de Petlyng, Quod ipſe nunquam, a tempore captionis ipſius Willi per predictum appellatorem, dimiſſus fuit per plevinam aliquam, ante adventum predictorum Juſticiariorum. Immo dicit, quod per dimidium annum ante adventum eorumdem Juſticiariorum captus fuit, et ſemper detentus in priſona abſque plevina aliqua, quouſque coram eiſdem dampnatus fuit.

Et quoad predictum Radulphum, bene cognoſcit, quod ipſe dimiſit eum per plevinam, et hoc bene facere potuit ratione et auctoritate Officii ſui; eo quod captus fuit pro quadam ſimplici tranſgreſſione, et non pro aliqua felonia pro qua replegiari non potuit.

Et quoad tertium, videlicet Willm filium Perſone, bene cognoſcit, quod ipſe captus fuit per preceptum predicti Comitis Warr', Et quod dimiſit eum per plevinam.

Set dicit, quod hoc fecit ad rogatum quorumdam de Hoſpitio et Cur' Domini Regis &c. qui eum inde ſpecialiter rogaverunt per litteras ſuas. Et ſuper hoc, idem Vicecom' queſitus per Dominum Regem, quis eum rogavit et litteras ſuas ei direxit, et ubi littere ille ſint, Dicit, quod Walterus de Langeton eum per litteras ſuas inde rogavit. Set dicit, quod littere ille ſunt in partibus ſuis Leyc'.

Et ſuper hoc, idem Vicecom' profert quoddam Breve Domini Regis de Privato Sigillo eidem Vicecom' directum, quod teſtatur, Quod Dominus Rex ipſi Vicecomiti precepit, quod omnes illos tranſgreſſores contra pacem, et de quibus Com' Warr' ei ſcire faceret, caperet, et ſalvo cuſtodiret, abſque aliqua gratia eis facienda.

Et quia predictus Juſtic' expreſſe recordatur, quod ipſe & ſocii ſui, per bonam et legalem Inquiſitionem de Militibus et aliis liberis hominibus coram eis factam, invenerunt, quod predictus Wills de Petlyng dimiſſus fuit per plevinam per magnum tempus ante adventum eorumdem Juſtic' uſque adventum eorumdem, et per Vicecom' predictum: Et etiam, quia predictus Vicecom' cognoſcit, quod predictus Radulphus dimiſſus fuit per plevinam per ipſum Vicecom', et hoc dicit quod bene facere potuit, eo quod captus fuit pro levi tranſgreſſione; Et per recordum ejuſdem Juſtic' compertum eſt, quod captus fuit pro morte hominis, quod

A. D. 1293. 21 Edw. I.

quod eſt contrarium dicto predicti Vicecom' : Et ſimiliter, quia idem Vicecomes cognovit, quod recepit literam Domini Regis, per quam Rex ei precepit, quod nullam gratiam faceret illis qui capti fuerunt per preceptum predicti Com', et idem Vicecomes contra preceptum illud dimiſit predictum Willm fil' Walteri per plevinam, qui captus fuit per preceptum predicti Comitis, prout idem Vicecomes fatetur : Et ſic tam ratione iſtius tranſgreſſionis quam aliarum predictarum incidit in penam ſtatuti ; Conſideratum eſt, quod predictus Vicecomes committatur priſone juxta formam ſtatuti &c.

ſſ. De Conſpiratoribus Ordinatio.

DE illis qui conqueri voluerint de Conſpiratoribus, in patria placita malicioſe moveri procurantibus, ut contumelie braciatoribus placita illa et contumelias ut campipartem vel aliquod aliud comodum inde habeant malicioſe manutenentibus et ſuſtinentibus, veniant de cetero coram Juſtic' ad placita Domini Regis aſſignatis, et ibi inveniant ſecuritatem de Querela ſua proſequend'. Et mandetur Vic' per Breve Capitalis Juſtic' et ſub ſigillo ſuo, quod attachientur quod ſint coram Rege ad certum diem : Et fiat ibi celeris juſticia. Et illi qui de hoc convicti fuerint puniantur graviter, juxta diſcretionem Juſticiariorum predictorum, per priſonam et redemptionem : Aut expectent tales Querentes Iter Juſtic' in partibus ſuis ſi voluerint, Et ibidem ſequantur &c.

ſſ. De Ricardo de Weſton et ſocio ſuo de quadam tranſgreſſione convictis.

DE Ricardo de Weſton, et Willmo de Colewyk, Juſticiariis, nuper ad gayolam Notingh' deliberand' aſſignatis, pro quadam tranſgreſſione de qua convicti fuerunt coram Gilberto de Thornton, et ſociis ſuis, in cuſtod' Mareſcall' exiſtentibus, Dominus Rex precepit, quod de predicto Willo capiantur decem libr' pro redemptione ſua. Et quia Domina Regina Conſors &c. ad dom' predicti Ricardi apud Herdeby diem clauſit extremum, de gratia Domini Regis, et pro ſalute anime Regine predicte, Redemptio ejuſdem Ricardi ſibi remittitur. Et Sciendum quod predicte x libre intrantur in rotulo G. de Thornton &c.

ſſ. Nº 8. De Manerio de Chadelworth conceſſo Alienore de Britannia ad vitam ſuam per Prioriſſam de Ambreſbur'.

MEMORAND' quod cum Domina Alianora Regina Anglie, mater Regis, emiſſet Manerium de Chadelworth in Com' Bark' cum Advocatione Prioratus de Poggele, ea intentione ut Alianora de Britan' filia Domini Johannis Ducis Britan' monial' domus de Ambreſbyr' ſuſtentaretur de exitibus ejuſdem Manerii dum viveret ; ac ipſa Domina Regina ipſum Manerium cum pertin' ſuis dediſſet predicte domui de Ambreſbyr' in puram et perpetuam elemoſinam per cartam ſuam : Et poſtmodum, Prioriſſa predeceſſ' Prioriſſe que nunc eſt, et Conventus predicte domus de Ambr', conceſſiſſent, quod prefata Alian' de Brit' dictum Manerium de Chadelworth', cum Advocatione Prioratus predicti, et aliis pertin' ſuis, ad ſui ſuſtentationem ad totam vitam ſuam poſſit habere, et pacifice retinere, prout in quibuſdam literis ipſius Prioriſſe et Conventus inde confectis ſigillo ejuſdem Prioriſſe munitis plenius continetur :

Cumque ſubſequenter de voluntate et aſſenſu prefate Domine Regine, ad exonerationem debitorum quibus ipſa domus de Ambr' multipliciter gravabatur, predictum Manerium de Chadelworth, cum omnibus pertin' ſuis, per predictos Prioriſſam et Conventum traditum fuiſſet ad firmam Willo de Claybrock, uſque ad terminum trium annorum plenarie completorum : Ac ex parte predicte Alianore de Brit' coram Domino Rege et ſuo Conſilio petitum fuiſſet, ut idem Manerium de Chadelworth liberaretur ipſi Alianore, ad ſuſtentationem ſuam habend' in forma predicta ; Tandem per ipſum Dominum Regem et ſuum Conſilium, de aſſenſu et voluntate Prioriſſe, extitit ordinatum, ut prefatum Manerium ut Chadelworth remaneat ſupradicto firmario uſque ad predictum terminum plene completum, ad exonerationem hujuſmodi debitorum ; poſt quidem termin' adimpletum, quod erit in craſtin' feſti Sancti Michaelis px' ventur', idem Manerium de Chadelworth cum pertin' ſuis, ac Advocatio predicti Prioratus de Peggle, ad predictam Alianoram de Brit', ad ſuſtentationem ſuam inde habendam revertantur ; Et ſibi ad totam vitam ſuam remaneant in forma premiſſa &c.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Oxon' ſſ. Inter Perſonam de Cheping Norton et W. de Chirington. (m. 3.)

MAGISTER Willms de Chyrinton, Robertus de Aſkote, et Walterus Iſaac, Miniſtri Domini Regis, attach' fuerunt ad reſpondend' Ricardo de Glouc' Perſone Eccleſie de Chepyng Norton, de placito, quare vi et armis venerunt ad domum predicti Ricardi apud Chepyng Norton, & in prefatum Ricardum in eadem domo inventum inſultum fecerunt, & ipſum a domo ſua extraxerunt, et bona & catalla ſua ibidem inventa ad valentiam ducentarum librarum ceperunt & aſportaverunt, conſumpſerunt, et voluntatem ſuam inde fecerunt, et alia enormia ei intulerunt, ad grave dampnum ipſius Ricardi, et contra pacem &c. Et unde queritur, quod predicti Willus et alii, die Sabbi proxima poſt feſtum Sancti Johannis Baptiſte, hoc anno, vi et armis venerunt ad domum ipſius Ricardi apud Chepyng Norton, et in prefatum Ricardum in eadem domo inventum inſultum fecerunt, & ipſum a domo ſua extraxerunt, et bona et catalla ſua ibidem inventa, videlicet blada, frumentum, ordeum, avenam, vinum, ciſeram ; et quandam ciſtam in camera ſua ibidem inventam fregerunt, in qua fuerunt diverſa jocalia, ut ciphi aurei & argentei, firmacla, et anuli de auro et argento, et alia diverſa ſcripta obligatoria de debitis quaterviginti marcarum et plus ſibi per diverſos debitores debitis ; et bona illa, & ſcripta, et alia bona ad valentiam ducentarum librarum ceperunt & aſportaverunt, conſumpſerunt, et voluntatem ſuam inde fecerunt ; videlicet, vina et ciſeram biberunt, blada ſua cum equis et hominibus ſuis conſumpſerunt, et alia enormia ei intulerunt, ad dampnum ipſius Ricardi quingentarum marcarum, & contra pacem &c. Et inde producit ſectam &c.

Et predicti Magiſter Wills & alii, per attorn' ipſorum Roberti & Walteri, ven' et defend' vim & injuriam, et quicquid eſt contra pacem &c.

Et idem Magiſter Wills pro ſe & aliis dicit, quod ipſe eſt Perſona Eccleſie de Chepyng Norton, & fuit predictis die et anno ; Et eodem die acceſſit ipſe ad Eccleſiam ſuam predictam, et ad domos ſuas eidem Eccleſie annexas & pertinentes, de quibus domibus omnes predeceſſores ſui, Perſone Eccleſie predicte, fuerunt ſeyſiti tanquam pertinentibus Eccleſie ſue predicte ut de jure ejuſdem. Et ſic ipſe Magiſter Wills et alii, predicto die ad domos ipſius Magiſtri Willi venerunt, et de quibus domibus ipſemet jam multo tempore preterito extitit in ſeyſina : ſet tam idem Magiſter Willus quam alii bene defendunt, quod ad domum predicti Ricardi, predictis die et anno, vi et armis non venerunt ; nec in ipſum Ricardum inſultum fecerunt ; nec ipſum a domo ſua extraxerunt ; nec aliqua bona ſua ceperunt, aſportaverunt, aut conſumpſerunt, ſicut eis inponunt. Et de hoc ponunt ſe ſuper patriam &c.

Et Ricardus bene cognoſcit, quod predicte domus ſunt pertinentes Eccleſie predicte ; ſet dicit, quod ipſe jam undecim annis elapſis extitit Perſona prefate Eccleſie, & in plenar' poſſeſſione ejuſdem et pacifica ; et hoc notorium & puplicum eſt per totum Com' Oxon'. Et fuit in pacifica poſſeſſione ejuſdem, predictis die et anno, quod predicti Magiſter Wills et alii vi et armis, ut predictum eſt, in ipſum Ricardum in domibus ſuis propriis

A. D. 1293. 21 Edw. I.

priis insultum fecerunt, et ipsum de domo sua extraxeruut, et alia enormia ut predicitur ei intulerunt, contra pacem &c. Et quod ita sit petit quod inquiratur per patriam. Et Magister Wills et alii similiter:

Ideo preceptum est Vicecom' quod venire fac' coram Domino Rege, in octab' sancti Michaelis, ubicumque &c. XXIIII tam Milites &c. per quos &c. Et qui nec &c. ad recogn' in forma predicta; Quia tam &c.

ff. Inter predictos Personam et Will'm.

RICARDUS de Glouc' Persona Ecclesie de Chepyng Norton, qui sequitur pro Rege, queritur Domino Regi de hoc, quod cum nulli liceat preterquam Senesc' et Marescall' Domini Regis aliquem in Palacio seu Hospitio Domini Regis summonire vel attachiare ad respond' alicui de placito aliquo; Et idem Ricardus ad Cur' Domini Regis nuper accessisset ad remedium sibi impetrand' super quadam enormi transgressione sibi facta per Magistrum Wiltm de Chyrinton Clericum de Cancell' ipsius Domini Regis, et alios Ministros Domini Regis, predictus Magister Wilts, die jovis prox' post festum translationis beati Thome Martiris prox' preter', apud Cantuar', infra Hospitium Domini Regis ibidem, videlicet in Capitulo Prioratus Sancte Trinitatis, eidem Ricardo quamdam litteram citatoriam, in presentia plurimorum fide dignorum et de Consilio Domini Regis tunc ibi existentium, porrexit, et ipsum citavit quod compareret certis die et loco coram Offic' de Arcubus London' ad respond' super quibusdam in eadem littera contentis; in contemptum Domini Regis mille marcarum, et contra privilegium & dignitatem Corone sue &c. Cum in presentia Regis omnes fideles sui, et de pace sua existentes, debeant pace gaudere &c.

Et Magister Wilts venit et defendit quicquid est in Contemptum Domini Regis, et contra privilegium et dignitatem Corone sue &c. Et bene cognoscit, quod ipse predictis die anno et loco, quamdam litteram per Officialem predictum predicto Ricardo directam detulit et ei liberavit; set quod hoc in contemptum Domini Regis non fecit, nec aliquid facere intellexit quod in aliquo cedere posset contra privilegium et dignitatem Corone, paratus est se acquietare qualitercumque Domino Regi placuerit. Supplicat etiam Domino Regi, quod ad hoc si placet habere velit respectum, quod predictus Ricardus non est de Consilio, de Familia, aut Hospitio Domini Regis, per quod tali privilegio gaudere potuit, licet in Hospitio Domini Regis fuisset ut extraneus, nec per ipsum Regem aut aliquem de suis vocatus. Et etiam ad hoc, quod predictus Offic' est Minister predicte Ecclesie Sancte Trinitatis, et de Ecclesia illa omnem suam habet auctoritatem; nec predictus Magister Wilts intendit quod fuit intentionis Domini Regis quod Libertas Ecclesie predicte in aliquo minueretur per ejus presentiam. Per quod videtur ipsi Magistro Willo quod licet aliqua citatio predicto Ricardo aut alii facta fuisset in predicta Ecclesia, auctoritate illius Ecclesie bene et licite posset fieri, cum Ecclesia illa potius libertate sua in seipsam gaudere debeat quam in locis remotioribus.

Postea, per transcriptum predicte littere quam predictus Magister Wilts detulit predicto Ricardo, manifeste patet, quod quam cito idem Ricardus litteram illam admisisset, quod incontinenti citaretur. Et quia predictus Magister Wilts cognovit quod predictam litteram tradidit predicto Ricardo, predictis die et loco, & infra Hospitium Domini Regis, Dictum est eidem Magistro Willo quod non recedat a Cur' priusquam Dominus Rex super hoc sibi dixerit voluntatem suam.

---

ff. N° 9. De Feria Episcopi Winton' in Winton'.

MONSTRAVIT Domino Regi Episcopus Wynton', quod cum ipse toto tempore suo, et predecessores sui a tempore quo non extat memoria, et per Cartas progenitorum Domini Regis, liberam Feriam suam apud Wynton' habuerunt, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eam pertinentibus, Malcolmus de Harlegh, Escaetor Domini Regis citra Trentam, auctoritate sua propria, absque aliquo mandato Domini Regis seu Thesaur' aut Baronum de Scaccario sibi directo, Feriam illam in manum Domini Regis seysivit, cum omnibus ad feriam illam pertinentibus, & tolnetum et alia proficua de eadem Feria provenientia cepit, et asportavit, anno preterito; ad grave dampnum ipsius Episcopi, et exheredationem Ecclesie sue manifestam &c. A. D. 1293. 21 Edw. I.

Et Malcolmus bene cognoscit, quod ipse Feriam predictam in manum Domini Regis seysivit, et sic seysitam adhuc tenet, sicut ei bene licuit, bona ratione, et certis de causis. Dicit enim, quod idem Episcopus Feriam suam apud Wynton' per Cartas progenitorum Domini Regis nunc, per certum tempus in eisdem Cartis expressum et limitatum habere debet, infra quod tempus idem Escaetor de Feria illa nichil se intromisit. Set quia predictus Episcopus per Ballivos et Ministros suos Feriam illam ultra terminum in predictis Cartis Regum expressum tenuit, idem Escaetor, qui est Minister Domini Regis, percipiens & intelligens per fideles Domini Regis de partibus illis, predictum Episcopum et suos Feriam illam continuare et tenere tempore non sibi concesso; & sic Feriam illam super Dominum Regem tempore illo occupare, et libertatem illam Feriam tenendi sine voluntate Domini Regis et progenitorum suorum sibi et Ecclesie sue usurpare, contra Coronam et Dignitatem Domini Regis, seysivit Feriam illam in manum Domini Regis, ut totaliter ipsi Domino Regi forisfactam. Et petit pro Rege, quod Feria illa ipsi Domino Regi remaneat.

Postea Dominus Rex, de gratia sua speciali, reconcessit predicto Episcopo predictam Feriam, tenend' juxta concessiones & confirmationes progenitorum suorum et suas. Et precepit predicto Escaetori, quod pixidem cum tolneto et omnia alia quecumque idem Escaetor de predicta Feria cepit, a tempore quo illam in manum ipsius Domini Regis seisivit, prefato Episcopo integre deliberare faciat & rehabere &c.

Et dictum est prefato Episcopo, qd per se aut suos Feriam illam nullo modo teneat ultra terminum sibi concessum, sub forisfactura ejusdem, et gravi amerciamento Domini Regis.

---

ff. N° 10. De Petitione Com' Herf' de custodia quorumdam Maneriorum Episcopatus Menevens' habenda &c.

HUNFRIDUS de Bohon, Comes Hereford' & Essex, supplicavit Domino Regi, quod cum bone memorie Thomas Episcopus Menevens' ultimo defunctus quedam Maneria de eodem Com' et infra libertatem suam de Breghenowgh' tempore suo teneret, quorum custodia ad ipsum Comitem durante vacatione sedis Episcopatus predicti, ratione tenure predicte infra dominium suum, pertineat, et quorum custodiam Ballivi ipsius Domini Regis in partibus illis in manum suam seysierunt, et tenent, in exheredationem ipsius Com'; Quod Dominus Rex custodiam eorumdem Maneriorum sibi reddere velit. Propter quod Dominus Rex, habito super hoc tractatu diligenti cum Consilio suo, per testimonium fide dignorum tam de Consilio suo quam aliorum, intellexit, quod predictus Episcopus dum vixit omnio deadvocavit tam Maneria que sunt de Episcopatu predicto infra predictam Libertatem, quam alibi ubicumque, de alio quocumque tenere preterquam de Domino Rege & heredibus suis, ut de Corona. Et si Dominus Rex custodiam Maneriorum illorum que sunt infra Libertatem predictam Com' predicti ei modo liberaret, sic Ecclesiam predictam, quam idem Dominus Rex sede vacante in omnibus tenetur conservare illesam, et jura et libertates suas contra quoscumque defendere, in servitutem redigeret; Maxime, cum prefatus Episcopus dum vixit Maneria illa de eodem Com' tenere deadvocavit. Et similiter, cum custodia Episcopatuum, Maneriorum, et Terarum, & aliorum quorumcumque ad Episcopatus spectantium, ut de jure Corone et ratione Prerogative &

[illegible] BIBLIOTHEK STAATS- UNIVERSITÄTS MÜNCHEN

A. D. 1293. 21 Edw. I.

dignitatis ſuæ, ad ipſum Dominum Regem et non ad alium pertineat;

Concordatum eſt, quod predictus Comes quoad iſtam ſuam ſupplicationem nichil capiat &c.

---

ff. De manucaptione quorumdam de Quinque Portubus &c.

AD inſtantiam et rogatum Baronum Quinque Portuum, die veneris prox' poſt feſtum Sancte Margarete Virginis, apud Cantuar', Dominus Rex de gratia ſua ſpeciali conceſſit et precepit, quod Benedictus Seman, Benedictus Carice, & Johannes filius Benedicti Piſtoris de Wynchelſee, rectati de morte cujuſdam Naute de Jernemuth', ponerentur per manucaptionem uſque quindenam Sancti Michaelis proximo ſequent'. Et ſunt Manucaptores ſubſcripti, Gervaſius Alard, Matheus Horne, Johannes Seman, & Robertus filius Paulini, qui eos manuceperunt, videlicet Corpus pro Corpore, coram Waltero de Bello Campo, Fulcone de Vallibus, & Gilberto de Roubyri; habend' Corpora eorum ad terminum predictum ad ſtand' recto de morte predicta &c.

---

ff. (Dorſ.)

MANUCAPTORES Walteri Upriȝh, de Hethe juxta Hampton, attach' ad querelam quorumdam Mercatorum de Tornay pro vinis ſibi frettatis ducend' in Angl', prout patet in Placito inter ipſos placitato coram Domino Rege, & cujus Placiti proceſſus, cum Brevibus originalibus, Attachiamentis, Reſponſionibus Ballivorum & Vicecom', liberatur Stephano de Peneceſtr', & Magiſtro J. de Lacy, aſſignatis ad Placitum illud audiend' & terminand', ſimul cum aliis querelis verſus Barones Quinque Portuum, & alios Marinarios: Et ſunt iſti Manucaptores ſubſcripti, videlicet, Gervaſ' Alard, Symon le Rous, Paganus Ambroys, Johannes Seman, Johannes Soudener, & Wills le Sauſer, de Hampton. Qui Manucaptores manuceperunt prefatum Walterum, ad habend' ipſum ad ſtand' recto in querela predicta, quouſque terminetur debito modo &c.

---

ff. N° 11. De Compoto Waſcon' & Hibern.'

DOMINUS Rex vult & precipit, quod de cetero, ſingulis annis, ſemel in anno, Compotus Waſcon' & Hibern' per Conſtabularium Burdegal' & Theſaur' Hibern' reddantur ad Scaccarium Angl', et ibidem audiantur per Theſ' & Baron' ſuos &c.

---

ff. De Warennis, Mercatis, & Feriis.

CUM Dominus Rex, et progenitores ſui, tempore preterito diverſis Magnatibus, & aliis de Regno ſuo, in quibuſdam Villis, Maneriis, & Terris ſuis, per Cartas ſuas conceſſerunt Feriam, Mercatum, & Warennam: Habend' & tenend' eiſdem Magnatibus, & aliis, & heredibus ſuis in perpetuum; et iidem Magnates, & alii, aut eorum heredes, Villas, Maneria, & Terras illas, aut partem earumdem, aliis Extraneis dederint, vendiderint, aut alio modo conceſſerint, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad Villas, Maneria, et Terras illas pertinentibus; per quod iidem Extranei Feriam, Mercatum, et Warennam tenuerint, et habuerint, et adhuc coram Juſticiariis itinerantibus in Itineribus ſuis tenere & habere clamant, in eiſdem Villis, Maneriis, & Terris, ac ſi eadem Feria, Mercatum, & Warenna ipſis Extraneis, aut eorum anteceſſoribus cujus heredes ipſi ſunt, conceſſa fuiſſent, aut terris & ten' illis de communi jure pertinentia: Et ſecundum opinionem quorumdam de Conſilio Regis dicatur, qd tales Libertates Dignitati Regie & Corone ſue annexe, que ſpecialiter per conceſſiones Regum aliquibus conceduntur, tenend' ſibi & heredibus ſuis, per ipſos quibus conceduntur, aut eorum heredes, non poſſunt in aliam perſonam transferri: Immo quoad illos Extraneos libertates ille evaneſcunt, et Corone & Dignitati Regie accreſcunt, & revertuntur incontinenti poſtquam Ten' ad que hujuſmodi libertates conceſſe fuerunt ad perſonas extraneas devenerint: Dominus Rex, ad ambiguitatem predictam in parte tollendam quoad Warennam, bene recordatur, quod alias coram ſeipſo & Conſilio ſuo concordatum fuit, quod Libertas illa cum terra tranſiret & remaneret, in cujuſcumque manus terra deveniret; ex quo compertum fuit quod ipſe aut progenitores ſui conceſſiſſent terras illas eſſe warennatas, cum libertas illa quodammodo inheret ſolo, & ſolum ſequatur, et etiam forisfacture cum acciderint ſemper Regi remaneant, in cujuſcumque manus terra deveniat.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Set quia Dominus Rex de Feria et Mercato non recolit qualiter alias concordatum fuit, nec etiam Juſtic' bene recordantur qualiter temporibus preteritis de Libertatibus illis coram predeceſſoribus ſuis Judicia in caſibus conſimilibus fiebant et reddebantur:

Et cum Exitus et Proficua de Mercatis et Feriis provenientia non tantum ſolo inherent, nec de ſolo procedunt; Immo ſunt quaſi quoddam donum de curialitate Reg' et gratia ſua proveniens, et certis perſonis & eorum heredibus conceſſum, nec per aliquem poterunt tales libertates alicui conferri niſi per ipſum Regem, ex quo Regie Dignitati ſpecialiter ſunt anexe;

Dictum eſt eiſdem Juſticiariis de utroque Banco, quod ſcrutari faciant Rotulos tam de Itineribus quam de Bancis, de temporibus preteritis, citra proximum Parliamentum; et tunc certificent Dominum Regem et Conſilium ſuum de caſibus predictis, tam de Warennis, Feriis, quam & Mercatis, ſecundum quod inveniri contigerit, et prout melius viderint eſſe faciend'.

---

ff. De petentibus arrerag' de tempore Judeorum.

QUIA plures capitales Domini, de quibus Judei ante exilium ſuum de regno iſto tenementa ſua tenuerunt, diverſa arreragia petunt de ſervitiis eorumdem tenementorum ſibi detentis; et de diverſis temporibus, tam de tempore quo Judei tenementa illa tenuerunt, quam de tempore quo tenementa illa in manum Domini Regis ut Eſcaeta ſua per exilium eorumdem Judeorum devenerunt; et ſimiliter a tempore poſtquam Dominus Rex eadem tenementa aliis conceſſerit:

Dominus Rex vult, et precipit, quod de toto tempore poſtquam tenementa illa per conceſſionem et donationem ſuam in manus nunc tenentium devenerunt, quod per eoſdem Tenentes, aut eorum heredes et aſſignatos, plenar' ſatisfiat capitalibus Dominis de quibus tenementa illa tenentur, de omnimodis Servitiis & Conſuetudinibus eiſdem Dominis capitalibus feodi debitis et conſuetis; et que ſervitia Judei, ante exilium ſuum dum tenementa illa tenuerunt, ſibi facere conſueverunt et debuerunt; et ſecundum quod iidem Domini capitales legitime verificare poterunt ſervitia illa & conſuetudines ſibi deberi, et qd Judei dum tenementa illa tenuerunt pro tenementis illis ſibi facere conſueverunt; Cum in ſingulis cartis Domini Regis de talibus ten' cuicumque conceſſis ſemper contineatur, qd ſervitia debita et conſueta inde fiant Dominis capitalibus feodi illius. Et de toto illo tempore quo tenementa illa in ſeyſina Domini Regis remanſerunt, poſtquam per exilium eorumdem Judeorum ſeyſita fuerunt, uſque diem quo eadem tenementa per conceſſionem ipſius Domini Regis in ſeiſinam aliorum devenerunt, reſpondeatur & ſatisfiat capitalibus Dominis ad Scaccarium per ipſum Regem, ſingulis pro ſua portione, & ſecundum qd verificare poterunt, prout ſuperius dicitur; cum quilibet de ſuo tempore tantummodo teneatur reſpondere; Et de iſto tempore quo Rex tenebitur reſpondere, ſatisfaciant ipſi modo tenentes capitalibus Dominis, et eis allocetur in pacatione ſua facienda, aut redditu ſuo, vel ſecundum quod Theſ' et Barones de Scaccario melius viderint expedire. De tempore autem Judeorum quo ipſi tenementa illa tenuerunt, non videtur Domino Regi, aut ejus Conſilio, quod alicui petenti debeat reſponderi; Cum iidem capitales Domini ſemper fuerunt, et eſſe debuerunt, ſufficientes & potentes ad

A. D. 1293. 21 Edw. I.

ſervitia et conſuetudines ſibi debita petenda, et pro eiſdem diſtringenda ſi quid a retro fuit; vel cum ipſi Judei forte ſatisfecerunt de hoc qđ modo petitur, et inde habeant acquietancias. Et ſi quid a retro fuerit, Hoc fuit per negligentiam & ſtulticiam eorumdem Dominorum capitalium, quorum negligentia merito ſibi ipſis quam aliis eſt inputanda; et cum dicitur, Vigilantibus et non Dormientibus jura ſubveniunt &c.

---

ff. De libertate Epiſcopi Elienſ' ſibi reſtituta.

CUM quidam Homines de Libertate Epiſcopi Elyenſ' hiis diebus coram J. de Metingham, et ſociis ſuis Juſticiariis Domini Regis de Banco, ſint inplacitati per Breve Domini Regis de quadam tranſgreſſione; Et iidem Juſtic' non allocantes eidem Epiſcopo libertatem ſuam in placito illo, proceſſerint in leſionem libertatis ejuſdem Epiſcopi, prout ipſe Epiſcopus Domino Regi monſtravit: Dominus Rex ad preſens, de gratia ſua ſpeciali, et ob reverentiam beate Etheldrede virginis, conceſſit eidem Epiſcopo, quod libertas ſua, licet illam per inſipientiam & inprudentiam hominum ſuorum in cognitione placiti predicti amiſerit, eidem tamen allocetur; Et quod proceſſus ejuſdem placiti cum brevi originali eidem Epiſcopo per prefatos Juſticiarios ſuos liberetur, infra libertatem ſuam placitand': Ita quod de Querela illa celeris fiat juſticia prout de jure fuerit faciend'. Salvo ſemper tam jure ipſius Domini Regis quam predicti Epiſcopi &c.

---

ff. No 12. Inter Cives London' et Mercatores Waſcon'.

CUM inter Cives London' & Mercatores de Waſcon' diutina fuerit Contentio ſuper Venditione Vinorum eorumdem Mercatorum in Civitate predicta, tandem ad Parliamentum Domini Regis apud Weſtm' a die Paſch' in tres ſeptimanas, anno regni Regis Edwardi viceſimo primo, coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio in preſentia ipſius Domini Regis, vocatis Cuſtode, & Vicecomitibus, Aldermannis, & etiam pluribus aliis de diſcrecioribus & validioribus Civitatis predicte, et etiam Mercatoribus quibuſdam de Waſcon' tunc in Civitate predicta morantibus, de communi Conſilio Domini Regis, conſentientibus prefatis Cuſtod', Vicecomit', Aldermannis, & aliis, & etiam prefatis Mercatoribus; Concordatum eſt, quod Mercatores de Waſcon' qui ad Civitatem predictam cum vinis ſuis venire voluerunt ibidem vendend', habeant & gaudeant bene & in pace in veniendo in Civitate predicta cum vinis ſuis, moram faciendo, et vina ſua vendendo, eodem ſtatu et eodem termino in omnibus quibus Mercatores provinciales in eadem Civitate commorantes utuntur et gaudent; cum mercimoniis ſuis ibidem venientibus, morando, & vendendo, infra Civitatem predictam et extra.

Et per Dominum Regem preceptum eſt, quod Mercatores Waſcon' predicti, cum vinis ſuis ibidem venientes, morantes, & vendentes, in nullo contra ordinationem predictam in aliquo occaſionentur aut graventur per Cuſtodem, Vicecom', Aldermann', aut alios Ballivos quoſcumque Civitatis predicte &c.

---

ff. De Juſticiariis aſſignatis.

CUM Dominus Rex nuper in ultimis ſtatutis ſuis Weſtm' precepiſſet, quod in ſingulis Comitatibus certi Juſticiarii aſſignarentur ad Aſſiſ' Jurat' & Certificationes capiend' in Com' illis, certis temporibus, & non alii: Ac pro eo, quod tam Juſticiarii de utroque Banco, quam Juſticiarii itinerantes, cum in Itineribus non fuerint, qui ad premiſſa facienda aſſignati fuerunt temporibus limitatis, multociens impediti, tam ratione officii ſui, quam preceptorum Domini Regis ſibi directorum, venire non poterunt ad dies et loca per ipſos aſſign': Propter quod per eorum abſentiam multi jure ſuo fuerunt elongati, et injurie remanſerunt impunite;

Dominus Rex, in quantum poterit, volens qđ unicuique de regno ſuo de Injuria ſibi facta celeris fiat juſticia, precipit, Quod de cetero aſſignentur octo Juſticiarii, circumſpecti et diſcreti, ad Aſſiſ' Jur' & Certificationes capiend' per totum regnum Angl'. A. D. 1293. 21 Edw. I.

Duo videlicet in Com' Eborum, Northumbr', Weſtmerl', Cumbr', Lanc', Notingh', et Derb'.

Et duo in Com' Lyncoln', Leyc', Warr', Staff', Salop', Norhit', Rotel', Glouc', Herf' & Wugorm'.

Et duo in Com' Cornub', Devon', Somerſ', Dorſ', Wilt', Suthit', Oxon', Berk', Suſſex', et Surr'.

Et duo in Com' Kanc', Eſſex', Hertf', Norff', Suff', Cantebr', Huntingd', Bed', & Buk'.

Et Aſſiſe Jurate & Recognitiones de Com' Midd' capiantur coram Juſtic' de Banco.

Qui quidem octo Juſticiarii, ut predictum eſt, aſſignati ad Aſſiſas Juratas et Certificationes capiend', ſpecialiter intendant & aſſidue per totum annum, diebus & locis quibus melius & plus ad commodum populi viderint eſſe faciend', terminis ſtatutis in predicto ultimo ſtatuto Weſtm' ad aſſiſ' capiend' nullatenus obſervatis.

Nec concedantur aliqua Brevia de Aſſiſ' Jur' et Recogn' alicui, coram aliis Juſtic' quam coram prefatis Juſticiariis aſſignatis, niſi de ſpeciali gratia Domini Regis &c.

---

ff. No 13. De Priore de Bridelington. (m. 4.)

PRIOR de Briddelington allocutus coram ipſo Domino Rege, et ejus Conſilio, de hoc, Quod cum quidam Bonamy, nuper Judeus Eborum, mutuaſſet eidem Priori treſcentas libras ſterlingorum, ſolvend' eidem Judeo ad Gulam Auguſti, anno regni Regis nunc viceſimo; Et idem Judeus, ante terminum predictum, per commune Exilium Judeorum de Regno iſto exularet, per quod predictum debitum, ſimul cum omnibus aliis Bonis que fuerunt ejuſdem Judei, et omnium aliorum Judeorum Angl'; & que in regno remanſerunt poſt eorum exilium, in quorumcumque manus fuerunt, ipſius Domini Regis Catalla fuerunt, & ipſi Domino Regi reddi debuiſſent: Predictus Prior debitum predictum, quod fuit et eſt Catall' Domini Regis, ad terminum ſtatutum ipſi Domino Regi non ſolvit, nec ipſum Dominum Regem aut ſuos inde premunivit, immo totaliter concelavit, detinuit, et adhuc detinet, in leſionem fidei ſue, qua Domino Regi tenetur, & ad grave dampnum ipſius Domini Regis &c.

Et Prior bene cognoſcit, quod predeceſſor ſuus inmediatus pecuniam predictam de predicto Judeo mutuavit, termino prefato ſolvend'; Et quod ipſe ratione mutui illius adhuc ad ſolutionem pecunie illius tenetur. Set dicit, quod Johannes Archiepiſcopus Eborum qui nunc eſt, in tertia ſeptimana Quadrageſime proximo preterit' domum ſuam de Brydelington, prout ad officium ſuum pertinet, viſitavit; Et inter cetera in viſitatione ſua ibidem inventa, queſivit de debitis domus, in que idem Prior, et quibus, et pro quo tenebatur: Ita quod tunc invenit, quod domus predicta predicto Judeo indebitabatur in pecunia predicta; Et ſtatim in capitulo ipſi Priori injunxit, quod pecuniam illam ſolveret cuidam Valetto tunc ibi preſenti, ad feſtum nativitatis beate Marie prox' ſequens; Quem Valettum idem Archiepiſcopus dicebat eſſe attornatum prefati Judei:' Et ipſe Prior, prout ratione obedientie ſue tenetur, precepto prefati Archiepiſcopi obedivit, Et eandem pecuniam tunc ſolvere promiſit.

Et quia idem Prior cognoſcit, quod predicta pecunia predicto Judeo debebatur, nec ei ſolvebatur ante Exilium Judeorum; Et quicquid remanſit de eorum debitis aut catall' in regno poſt eorum exilium Domino Regi fuit, Conſideratum eſt, quod Dominus Rex recuperet predictam pecuniam ut catalla ſua verſus predictum Priorem; Et dictum eſt eidem Priori, quod non exeat a Villa priuſquam Domino Regi de predicta pecunia ſatisfecerit.

Et quia predictus Archiepiſcopus predicto Priori injunxit, quod catalla Domini Regis predicto Valetto ſolveret

A. D. 1293. 21 Edw. I.

veret ad dampnum Domini Regis; Et ſimiliter, quia idem Dominus Rex intellexit, quod Archiepiſcopus predictus quoddam ſcriptum obligatorium per quod prefatus Prior predicto Judeo tenebatur in debito predicto, contra fidem Domino Regi debitam & ſacramentum fidelitatis ſue, a predicto Judeo emit aut perquiſivit, ad elongand' Dominum Regem de catallis ſuis predictis, et ſibi appropriand' malicioſe: Preceptum eſt Vicecomiti Eborum, quod venire faciat predictum Archiepiſcopum coram Domino Rege, a die Sancti Michaelis in xv dies, ubicumque &c. ad reſpond' Domino Regi de deceptione predicta &c.

Et ſimiliter, quia predictum ſcriptum, ut dicitur, remanet in cuſtodia Abbatis Sancte Marie Eborum, aut Prioris Sancti Andree Eborum, Ideo preceptum eſt Vicecomiti predicto, quod venire fac' eoſdem Abbatem & Priorem ad terminum predictum, ad reſpond' de ſcripto predicto &c.

---

ff. N° 14. De Magiſtro Ad' de Walton & aliis impedientibus quoſdam volentes calumpniare purgationem cujuſdam Clerici.

MAGISTER Adam de Walton, Magiſter Johannes de Cravene, Adam Balle, Henricus de Halſa, Ricardus Banaſtr', Robertus de Longedon, Adam de Quallay, Thomas le Deken, & Wills de Couhill, attach' fuerunt ad reſpondend' Domino Regi, de hoc, Quod cum Henricus, Vicar' de Alrewaſch', nuper coram Johanne de Berewyk et ſociis ſuis Juſticiariis ultimo itinerantibus in Com' Staff', de diverſis feloniis eſſet indictatus, et poſtea ut de eiſdem feloniis convictus Epiſcopo Ceſtr' ut Clericum ſuum ipſum petenti eſſet per prefatos Juſticiarios juxta libertatem Eccleſiaſticam liberatus; Ac idem Epiſcopus certos diem et locum prefato Vicar' aſſignaſſet ad ſe de predictis feloniis purgand', et proclamari feciſſet prout moris eſt, qđ ſi qui contra purgationem prefati Vicar' aliquid dicere vellent aut ſcirent, quod die & loco aſſignatis venirent et audiri deberent;

Et quidam fideles Domini Regis de partibus illis ad eoſdem diem et locum acceſſiſſent, et purgationi prefati Vicarii ſe oppoſuiſſent; predicti Magiſter Adam et alii, ſimul cum aliis pluribus ignotis, ipſos ſe opponere volentes verberaverunt, vulneraverunt, repulſerunt, et alia enormia eis intulerunt, contra legem & conſuetud' Regni, & contra pacem Domini Regis manifeſtam &c.

Et predicti Magiſter Adam et alii veniunt, et defend' quicquid eſt contra pacem &c. Et predicti Magiſter Adam et Johannes bene cognoſcunt, quod ipſi preſentes fuerunt ad purgationem prefati Vicar' faciend'.

Et alii dicunt, quod ibidem non fuerunt. Set tam predicti Magiſtri, quam alii, bene defendunt, quod neminem ibidem venientem ad purgationem predictam calumpniand' repulſerunt, verberaverunt, vulneraverunt, aut in aliquo inpediverunt; nec conſentientes fuerunt, conſulentes, auxiliantes, ſeu procurantes, qđ aliquis ibidem veniens inpediretur in aliquo, aut repelleretur: Nec per ipſos nec per eorum miſſionem vel preceptum, aliqua tranſgreſſio alicui ad predictos diem et locum facta fuit. Et quod ita ſit, petunt quod Dominus Rex omnibus modis quibus Cur' conſideraverit certificetur &c. Ideo aſſignentur W. de Bereford', & G. de Roubyri, ad inquirend' veritatem premiſſorum per probos & leg' &c. de Com' Warr', Salop', & Staff', qui ſunt propinquiores Com' &c.

Poſtea, die jovis proxima ante feſtum Sancti Michaelis, apud Tamworth, coram prefatis Willo & Gilberto venerunt predict' Magiſter Adam, & omnes alii, preter Adam Balle, et etiam Juratores de Com' predictis cum Coronatoribus. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, Quod predicti Magiſter Adam, & omnes alii, preter predictum Adam Balle, quieti ſunt, et in nullo culpabiles de facto predicto, ſeu de precepto, miſſione, conſilio, ratihabitione, ejuſdem facti, aut de precepto factorum ejuſdem facti receptamento.

Set de predicto Ad' Balle, dicunt qđ de facto predicto culpabilis eſt. Ideo predicti Magiſter Adam, et omnes alii, preter predictum Adam Balle, ad preſens inde quieti: Salvo tamen Domino Regi quandocumque et ubicumque alias inde, pro conſervatione pacis ſue, loqui voluerit. Et predictus Adam Balle committatur priſone, ad voluntatem Domini Regis

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Queſiti etiam Juratores predicti, qui ſint culpabiles facti illius, et per quos aut quem factum illud fiebat, Dicunt, quod predictus Adam Balle Capellanus, Adam Jolynet, Adam frater Vicar' de Alrewaſch Diaconus Capelle beate Marie de Lychf', Johannes le Sayueyn de Lych', Reginaldus le Bedel de Lich' fecerunt factum predictum, ſimul cum aliis quamplurimis ignotis, ibidem miſſis & procuratis per patrem & fratres predicti Vicar' de Alrewaſch' manentes in Com' Lanc'; ſet de nominibus eorum oĩm tam patris et fratrum predicti Vicar' quam aliorum, omnino ignorant.

Et preceptum eſt Vicecom' Staff' quod capiat prefatos Adam Jolinet, & alios, ubicumque in Balliva ſua &c. et eos habeat coram Domino Rege, a die Sancti Michaelis in xv dies, ubicumque &c. ad reſpondend' &c.

Et ſimiliter preceptum eſt Vicecom' Lanc' quod capiat patrem & omnes fratres ejuſdem Vicar', ubicumque in Balliva ſua &c. et eos habeat &c. a die Sancti Michaelis in unum menſem &c.

Somerſ' ff. N° 15. De hered' Matill' de Molton.

MANDATUM fuit per Breve Domini Regis Malcolmo de Harlegh, Eſcaetori &c. Quia Matill' de Molton, que de Rege tenuit in capite, diem clauſum extremum, quod omnes terras & tenementa de quibus eadem Matill' fuit ſeyſ' in dominico ſuo ut de feodo, die quo obiit, in Balliva ſua, ſine dilatione caperet in manum Domini Regis; Et ſalvo &c. quouſque &c. Et quod inquireret quantum terre tenuit de Rege, et quantum de aliis; Et de valore &c. Et quis ſit heres ejus propinquior; Et cujus etatis &c.

Per quam Inquiſitionem modo retornatam compertum eſt, quod predicta Matill' nichil tenuit de Rege in capite in Balliva ſua, die quo obiit. Set quod tenuit Maneria de Sevenhampton, et Ayſhull, de Jacobo de Multon filio ſuo, ad vitam ipſius Matill' pro una Roſa ſibi reddenda ad feſtum Nat' Sancti Johannis Baptiſte.

Et ſuper hoc venit coram Domino Rege et ejus Conſilio predictus Jacobus, et petit, qđ ex quo per predictam Inquiſitionem compertum eſt, quod predicta Matill' tenuit Maneria predicta de ipſo Jacobo ad terminum Vite tantum, Quod eadem Maneria ſibi reddantur.

Profert etiam partem cujuſdam Finis in Cur' Reg' nunc levati, anno undecimo, coram Thoma de Weyland et ſociis ſuis tunc Juſticiariis de Banco, inter predictum Jacobum querentem, et predictam Matill' inpedientem, de Maneriis predictis, et que teſtatur, quod predicta Matill' recogn' predicta Maneria cum pertinen' eſſe jus ipſius Jacobi, Et pro hac &c. idem Jacobus conceſſit eadem Maneria cum pertinen' eidem Matill' tenend' ad terminum vite ſue tantum: Et quod poſt mortem ipſius Matill' predicta Maneria cum pertinen' reverterentur eidem Jacobo et heredibus ſuis de corpore ſuo procreatis; Tenend' de capitalibus Dominis feodi &c. per ſervitia debita &c. quiete de heredibus ipſius Matill'. Et petit quod, tam ratione predicti finis quam ratione predicte Inquiſitionis, ſeyſina predictorum Maneriorum ſibi liberetur.

Et Thomas, filius Thome de Multon, conſanguineus et heres predicte Matill' propinquior, dicit, quod ſeyſina predictorum Maneriorum ſibi, ut proximiori heredi predicte Matill', liberari debet, et non predicto Jacobo.

Dicit enim, quod quicquid per predictam Inquiſitionem captam compertum ſit, ſeu quicquid predictus finis teſtatur, quod predicta Matill' nunquam de tenementis illis ſe dimiſit, nec ſtatum ſuum mutavit, nec aliquem ſtatum predicto Jacobo fecit, aut aliquam ſeyſinam ſibi liberavit. Immo ſemper antequam predictus finis levavit, et tempore levationis ejuſdem, et poſtea toto tempore

A. D. 1293. 21 Edw. I.

pore ſuo integre & plenar' ſeyſinam ſuam de tenementis predictis continuavit; et inde obiit ſeyſit' in dominico ſuo ut de feodo.

Et quod ita ſit petit quod inquir' per patriam. Et Jacobus ſimiliter.

Ideo preceptum eſt Vicecom' qd venire fac' coram Domino Rege, a die Sancti Johannis Baptiſte in tres ſeptimanas, ubicumque &c. XXIIII &c. Et qui nec &c. ad recogn' in forma predicta. Quia tam &c.

Poſtea partes concordarunt per licentiam Curie.

---

ff. De Malefactoribus in Parcis, Foreſt' et Warenn'. (Dorſ.)

UT Malefactores in Foreſtis, Chaceis, Parcis, & Warennis, de cetero plus timeant in eiſdem intrare & malefacere quam conſueverunt, Dominus Rex ad Parliamentum ſuum poſt Paſch', anno regni ſui viceſimo primo, ad inſtantiam Magnatum regni ſui, conceſſit, & firmiter extunc precepit obſervari: Quod ſi quis Foreſtar', Parcarius, aut Warennar' in Balliva ſua Malefactores aliquos invenerit in Balliva ſua vagantes ad dampnum ibidem faciend', et qui ſe Foreſtariis, Parcariis, aut Warenariis illis, poſt clamorem et uteſium levatum, ad pacem Regis ad ſtand' recto reddere noluerint; Immo maliciam ſuam proſequendo et continuando, & pacem Regis diffugiendo fugam fecerint, et vi et armis ſe defenderint, licet Foreſtarii, Parcarii, aut Warennar' illi, ſeu alii quicumque, ad pacem Domini Regis exiſtentes, & in comitiva Foreſtar', Parcar', aut Warennar' illorum venientes ad tales Malefactores ſic inventos, areſtandos, ſeu capiendos, aliquem ſeu aliquos hujuſmodi Malefactorum interfecerint, non propter hoc occaſionentur coram Domino Rege, Juſticiariis ſuis quibuſcumque, aut aliis Ballivis Domini Regis, ſeu aliorum quorumcumque, infra Libertatem aut extra, nec propter hoc amittant vitam aut menbrum, aut aliam penam ſubeant; Immo firmam pacem Domini Regis inde habeant.

Set bene caveant Foreſtarii, Parcarii, Warennarii, & alii quicumque, ne occaſione contentionis, diſcordie, contumelie, aut alicujus malivolentie ſeu odii prehabitorum, aliquibus per Ballivas ſuas tranſeuntibus malicioſe inponant, qd cauſa malefaciendi in Ballivis ſuis intrant, cum hoc non fecerint; nec ipſos vagantes ut malefaciant nec malefacientes invenerint, nec cauſam malefaciendi querentes, et ſic eos occidant: Quod ſi fecerint, & de hoc fuerint convicti, fiat de morte ſic interfectorum prout aliorum ad pacem Domini Regis exiſtentium, et prout de jure & ſecundum conſuetudinem regni fuerit faciend' &c.

---

ff. N° 16. De Quinque Portubus clamantibus quod non ponantur in Aſſiſis &c.

DE Baronibus Quinque Portuum clamantibus, Quod non ponantur in Aſſiſis, Juratis vel Recognitionibus aliquibus ratione forinſece tenure ſue contra voluntatem ſuam, per quamdam clauſulam contentam in Carta Domini Regis nunc eis factam, duodecimo die Februarii, anno regni ſui decimo octavo, ſub verbis predictis, Quod non ponantur &c. Et ratione cujus clauſule iidem Barones clamant coram J. de Berewyk, et ſociis ſuis Juſticiariis nunc itinerantibus in Com' Kanc', qd nullo modo ponantur in aliquibus Aſſiſis, Juratis vel Recognitionibus contra voluntatem ſuam; per ipſum Dominum Regem in pleno Conſilio ſuo predicta clauſula ita interpretata eſt, Quod Barones predicti, ratione alicujus forinſece tenure ſue quam tenuerunt die confectionis predicte Carte, dum tamen ſervitia debita Portuum plenar' faciant, non ponantur in Aſſiſis, Juratis ſeu Recognitionibus de cetero. Set pro terris ſuis forinſecis poſtea perquiſitis, et ſi quas de cetero perquirant, faciant conſuetudines et ſervitia inde debita & conſueta, et prout alii tenentes earumdem terrarum & tenementorum pro terris illis facere conſueverunt. Ita tamen, qd dum infra Portus manentes fuerint & reſidentes, et ſervitiis Portuum intendentes, quieti ſint quod non ponantur in Aſſiſis, Juratis & Recognitionibus aliquibus, contra voluntatem ſuam; ſet ſi ad tenementa illa forinſeca ſe tranſtulerint, et in eiſdem fuerint manentes extra Portus, nec ſervitiis Portuum fuerint intendentes, ponantur in Aſſiſis et Juratis et Recognitionibus, prout alii Tenentes forinſeci; non obſtante hoc quod clamant ſe eſſe de Quinque Portubus.

A. D 1293. 21 Edw. I.

ff. Reſponſiones facte Quinque Portubus.

RESPONSIO facta Baronibus Quinque Portuum, clamantibus, Quod omnes terre ſue quas perquiſierunt, et de cetero perquirent, ſint de libertate Quinque Portuum, ſimul cum corporibus perquiſitorum.

Le Rey voet e entent, q̃ les terres q̃ furent menbres des Portz ſeyent franchez e enfraunchiez come les autres terres des Portz. E q̃ les cors ſeyent frans. E q̃ les terres q̃ furent devant geldables demoerent en meyſme le eſtat come il furent devant. E facent les ſervices, ſauue q̃ les cors ſeient frans avoeqs lour autres terres q̃ ſunt de la fraunchiſe des Portz.

Reſponſio.

RESPONSIO facta eiſdem quoad frectum Navium ſuarum Vina et alia Mercimonia ducentium.

Quant as fretz des niefz, deſchargiez ſoient les vins e les autres Marchaundies q̃ ſerrount trovez en les niefz, e ſeyent mys a terre en celers ou autrement; e troeſſent bone e avenaunte ſeurte, devant q̃ les vins ſeyent mys hors des celers, de tener les covenaunces fetes entre les Meſtres e les Marchanſz.

---

ff. Reſponſio facta Epiſcopo Linc' de vi laica amovenda de Eccleſia de Tame.

OLIVERUS Epiſcopus Lincoln' alias Domino Regi ſupplicavit, qd Vicecom' Oxon' per Breve ſuum iterato preciperet, qd vim laicam, que ſe tenuit in Eccleſia de Thame, ad perturband' ipſum Epiſcopum quo minus officium ſuum ſpirituale exercere poſſet in eadem Eccleſia, amoveret. Propter quod Dominus Rex eidem Vicecomiti Breve ſuum iterato mandavit in hec verba,

Edwardus &c. Vicecomiti Oxon' Salutem. Ad requiſitionem venerabilis Patris O. Linc' Epiſcopi, tibi precipimus, ſicut alias precepimus, quod omnem vim laicam que ſe tenet in Eccleſia de Thame, ad perturband' ipſum Epiſcopum quo minus officium ſuum ſpirituale in eadem Eccleſia exercere poſſit, ſine dilatione amoveri fac' ab eadem, vel cauſam nobis ſignifices die dominica prox' poſt Feſtum Sancti Barnabe Apoſtoli prox' futur', Quare Mandatum noſtrum alias tibi inde directum exequi noluiſti vel non potuiſti, remittentes nobis hoc Breve. Teſte meipſo apud Weſtm' XXVIII die Maii anno regni noſtri XXI.

Ad quem diem dominicam, predictus Vicecomes predictum Breve remiſit: Et retornavit, quod returnum Brevis predicti factum fuit Ballivo Libertatis de Thame, qui habet returnum omnium Brevium. Et ipſe ſibi reſpond' quod nullam vim laicam invenit in Eccleſia de Thame, perturbantem Epiſcopum quo minus officium ſuum ſpirituale valeat excercere in eadem. Attamen, in domibus perſonatus ejuſdem Eccleſie, que ad ipſam Eccleſiam pertinet tanquam dos ipſius, invenit vim laicam pliorum tenentem ſe ibidem ad inpediend' predictum Epiſcopum in premiſſis, qui in preſentia ſ̃iltorum fide dignorum expreſſe dixerunt, quod non permitterent ſe de domibus illis ammoveri donec Dominus Rex mandaverit Vic' qd a domibus ad Eccleſiam illam pertinentibus vim laicam ammoveri faciat.

Et ſuper hoc, venit coram Domino Rege et ejus Conſilio predictus Epiſcopus, et etiam Magiſter Thomas de Sutton Archid' Northipt', Et dicunt, quod cum predicta Eccleſia de Thame, que eſt Prebenda Eccleſie Beate

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Beate Marie Linc' jam diu eſt vacaſſ . . et idem Epiſcopus Eccleſiam illam prefato Archid' contuliſſet; Et idem Archid' virtute & ratione collationis illius poſſeſſionem prefate Eccleſie adeptus fuiſſet, et in plena et pacifica poſſeſſione ejuſdem per unum quarterium anni ad minus extitiſſet, quidam Malefactores, et pacis perturbatores, prefatum Archid' et homines ſuos de domibus ſuis que ad predictam Eccleſiam pertinent vi et armis ejecerunt, et bona ſua ibidem inventa ceperunt, et devaſtarunt, et adhuc ſe ibidem tenent, contra pacem Domini Regis, et prout Vicecom' predictus retornavit. Et petunt, quod per Dominum Regem et ejus Conſilium ſibi ſubveniatur in hac parte.

Propter quod, Dominus Rex ſuper prima ſupplicatione predicti Epiſcopi, et etiam ſuper returno Vicecomitis predicti, et ſimiliter ſuper iſta monſtratione predictorum Epiſcopi & Archidiaconi, cum Conſilio ſuo, diligentem fecit tractatum. Et poſt diutinas altercationes et diſputationes ſuper premiſſis habitas, videtur Domino Regi, et ejus Conſilio, Quod cum prefatus Epiſcopus Domino Regi primo ſupplicaret, qd̄ Vicecom' ſuo preciperet qd̄ vim laicam que ſe tenuit in Eccleſia de Thame ad perturband' ipſum Epiſcopum quo minus officium ſuum ſpirituale in eadem excercere poſſet ammoveret; et ad hoc idem Vicecomes retornavit qd̄ nullam vim laicam invenit in predicta Eccleſia, perturbantem Epiſcopum quo minus ſuum ſpirituale excercere valeat in eadem: Et hoc idem prefati Epiſcopus et Archidiaconus modo cognoſcunt. Et in iſta ſua monſtratione expreſſe dicant, quod idem Epiſcopus Eccleſiam predictam prefato Archidiacono contulit, Et idem Archidiaconus per collationem ſuam pacifice fuit in poſſeſſione ejuſdem per unum quarterium anni ad minus, quouſque vi et armis inde ejectus fuit: Et ſic prefatus Epiſcopus concedit, quod officium ſuum ſpirituale ſufficienter excercuit quando pacifice predictam Eccleſiam contulit. Nec ſit modo aliquis in predicta Eccleſia inpediens ipſum Epiſcopum quo minus officium ſuum ſpirituale excercere poſſit in eadem, prout Vicecomes predictus retornavit, et hoc idem Epiſcopus teſtatur. Et ſic nichil obſtat predicto Epiſcopo.

Et ſimiliter, quoad predictum Archidiaconum, cum ipſe manifeſte cognoſcat qd̄ per collationem predicti Epiſcopi pacifice adeptus fuit poſſeſſionem prefate Eccleſie, et poſſeſſionem ſuam per tempus predictum pacifice continuavit, quouſque vi et armis de domibus ſuis ejectus fuit; et ſecundum legem et conſuetudinem regni, tam Rectores Eccleſiarum, Vicarii, & alie perſone Eccleſiaſtice quecumque, quam alii de regno, qui de domibus, terris aut tenementis ſuis de quibus pacifice per tantum temporis fuerunt in ſeyſina, et poſtea ejecti, habent ſuum recuperare in Cur' Reg' et per breve de Cancellaria ſua: Concordatum eſt, quod predictus Archidiaconus, quoad domos, terras & tenementa ſua de quibus dicit ſe fuiſſe ſeyſitum & poſtea ejectum, habeat breve nove diſſeiſine, ſi ſibi viderit expedire &c.

---

ff. N° 17. De Archiepiſcopo Eborum de eo quod excommunicare fecit Epiſcopum Dunelm' pro eo quod Ballivi ſui ceperant quoſdam Nuncios ipſius Archiepiſcopi et inpriſonaverant Epiſcopum Dunelm'. (m. 5.)

JOHANNES Archiepiſcopus Eborum attach' fuit ad reſpondend' Domino Regi, de Placito, quare cum Placita de inpriſonament' et aliis tranſgreſſionibus in regno Regis contra pacem Regis factis ad Regem, Coronam, et Dignitatem ſuam, ſpecialiter pertineant; idem Archiepiſcopus, per Johannem Priorem de Bolton in Cravene, Commiſſarium ſuum, in venerabilem patrem Antonium Epiſcopum Dunelm', dum nuper in partibus Borialibus, in obſequio Regis juxta latus ſuum per preceptum ipſius Regis ſub protectione ſua extitit, pro eo qd̄ Ballivi ejuſdem Epiſcopi Willm de Wrelton, & Johannem Romayn, apud Dunelm' inventos ceperunt & inpriſonaverunt, excommunicationis ſententiam, in Regis contemptum, & Corone & dignitatis ſue leſionem, et contra reverentiam Regis in hac parte debitam, fecit fulminari, et ſententiam illam execucōni demandari; ſicut ex relatu plim fide dignorum accepit Rex. Propter quod, idem Rex tantum contemptum, & tantam irreverentiam ſibi illatam, tranſire inpunitam ſuſtinere non valens; maxime, cum tam ipſe Rex, quam predictus Epiſcopus quantum in ipſo fuit, prefatis Willo & Johanni de inpriſonamento predicto celeris juſticie complementum, juxta regni conſuetudinem, ſemper fuerunt parati exhibere &c.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Et unde Dominus Rex, per Ricardum de Breteuill qui ſequitur pro eo, dicit, Quod predictus Archiepiſcopus, die Mercurii prox' ante feſtum Sancti Jacobi Apoſtoli, anno xx° apud Derlyngton, et die jovis & die dominica ſequentibus apud Alverton, & in pluribus aliis locis dioc' ſue, per predictum Johannem Priorem de Bolton, ſententiam excommunicationis in dictum Anton' Epiſcopum, nuper in partibus Borialibus in obſequio Regis juxta latus ſuum per preceptum ipſius Regis et ſub protectione ſua exiſtentem; pro eo, qd̄ Ballivi ejuſdem Epiſcopi, Willm de Wrelton, & Johannem Romayn, apud Dunelm' inventos ceperunt & inpriſonaverunt, fecerit fulminari, et ſententiam illam excōicacōi demandari, in Regis contemptum, & Regie dignitatis leſionem, et contra reverentiam Reg' in hac parte debitam, in deſpectum ipſius Regis xx M. libr'. Et hoc offert verificare pro Domino Rege &c.

Et Archiepiſcopus venit, et defendit omnem contemptum, & totum &c. Et dicit, quod ipſe nichil fecit in contemptum Reg' nec contra dignitatem ſuam; nec fuit intenſionis ſue aliquid facere ſive attemptare contra Regiam juriſdictionem.

Et dicit, quod de ſententia a Canone lata, et per ipſum declarata, in Cur' Domini Regis non debet reſpondere. Set tamen, ſalva Libertate Eccleſie ſue, ob reverentiam Domini Regis, vult plane factum ſuum, et veritatem illius facti, declarare, et non uti exceptionibus neque cavillationibus. Dicit enim, quod predictus Epiſcopus eſt ſuffraganeus et ſubjectus ſuus, et tenetur obedire mandatis ſuis canonicis. Et pro eo, quod ei obtemperare noluit, ut debuit in canonicis mandatis, miſit clericos ſuos, videlicet predictos Willm & Johannem, ad citand' predictum Epiſcopum comparendi coram eo ad certos diem et locum, inde reſponſ'. Qui quidem Clerici capti fuerunt, et detenti apud Dunelm', per ipſum Epiſcopum, et Miniſtros ſuos: Ita quod mandatum ipſius Archiepiſcopi canonicum non fuit executum.

Propter quod, predictus Archiepiſcopus, ut pater filio, & ſuperior ſubjecto, & ut ille qui juxta officii ſui debitum ad correctionem anime debet operari, ad ſalutem anime tantum et non ad penam pecuniariam ſive aliam, monuit predictum Epiſcopum, quod hujuſmodi clericos canonica mandata deferentes liberaret, et priſtine libertati reſtitueret, vel cauſam ei ſignificaret quare hoc facere non deberet.

Qui quidem Epiſcopus illos nec deliberavit, nec cauſam ſignificare curavit. Propter quod, predictus Archiepiſcopus iterato ipſum monuit ut predicta faceret, ſub pena ſuſpenſionis. Et predictus Epiſcopus iterato inobediens hujuſmodi facere omīo recuſavit, inobedientiam ſuam multiplicando.

Et predictus Archiepiſcopus tertio monuit predictum Epiſcopum, ut ſibi in predictis mandatis canonicis obediret, ſub pena declarationis ſententie in eum a Canone late, propter hujuſmodi manifeſtam Eccleſiaſtice libertatis leſionem, et inobedientiam.

Et predictus Epiſcopus animo indurato tertio mandatis predicti Archiepiſcopi canonicis non obtemperavit: Propter quod incidit in ſententiam a Canone latam. Et ipſe Archiepiſcopus, ſecundum quod officio ſuo incubuit, non in prejudicium Regie juriſdictionis privilegii ſive dignitatis, declarationem predicte ſententie debito modo, ſub tenore ſequenti pronunciari precepit &c.

Johannes,

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Johannes, permiſſione divina, Eborum Archiepiſcopus, Anglie Primas, dilecto in Chriſto filio Priori de Bolton Salutem, gratiam, et benedictionem. Cum dudum venerabilem fratrem Dominum A. Dunelm' Epiſcopum, ſuffraganeum noſtrum, primo ſufficienter et legitime monuerimus, ac moneri fecerimus, quod Johannem de Aurelia, auctoritate Apoſtolica Notorium pubplicum, et Willm de Worlton dictum de Pyke, clericos noſtros, quos ad ſuam preſentiam, quam in Eccleſia Dunelm' juxta ſita Canonum reperire credidimus, cum noſtris & Offic' noſtri litteris mandata canonica continentibus deſtinaverimus, quouſque Johannes de Maydeneſtan, Conſtabularius Dunelm', et ſui complices, ceperant & fecerant carcerali cuſtodie mancipari, ipſo Epiſcopo hoc mandante, vel qđ ſuo nomine factum fuerat ex poſt facto ratum habente, liberaret, et liberari faceret, ac reſtitui priſtine libertati, dictis Clericis ſuper violentia nobis Eccleſieque noſtre Eborum de injuria & contemptu commiſſis, pro facto hujuſmodi ſatisfaceret competenter: ſet dicto Epiſcopo monitis hujuſmodi parere, et ea facere negligente, ſeu penitus non curante, debite obedientie & ſalutis ſue proprie nuſquam memor, eidem Epiſcopo per noſtras alias litteras, ſub pena ſententie ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſie quam in eum in ſcriptis protulimus, ſi mandatis noſtris omiſerit obedire, ut dictos Clericos noſtros, quos in carcere ſuo in caſtro ſuo Dunelm' captivos notorie detinebat, liberaret, et permitteret illeſos abire, eiſque nobis Eccleſie noſtre predicte pro commiſſo hujuſmodi ſatisfaceret competenter, & ſatisfieri procuraret: Ac ipſe Epiſcopus commiſſam inobedientiam multiplicans, et velud aſpis ad vocem incantantium aures ſuas obturans, mandata ſibi legitime deſtinata obaudiens, dictos Clericos non liberavit, ſet captivos detinuit ſicut prius: Propter quod, tertio eidem Epiſcopo noſtris dedimus literis in mandatis, quod ſub pena ſententie excommunicationis, quam in ſcriptis in perſonam ipſius protulimus, juſticia exigente ſi mandatis noſtris ultra contemptibiliter duxerit reſiſtend', qđ ſepefatos Clericos de captivitate hujuſmodi liberaret, eoſque libere abire permitteret, eiſdem, nobis et Eccleſie noſtre, quos notorie contra Deum, et juſticiam, ac debitam obedientiam, & anime ipſius ſalutem, conſtiterit offendiſſe, juxta juris exigentiam ſatisfaceret competenter. Verum dictus Epiſcopus, ut videtur, quodammodo a fide recedens que debita obedientia roboratur; cum non niſi per inobedientiam ciſma in Dei Eccleſia generetur, ac, teſtante beato Gregorio, ſola obedientia eſt que fidei meritum poſſidet, ſine qua quiſquis infidelis convincitur etiam ſi fidelis eſſe videatur, mandatis noſtris canonicis obedire contemptibiliter vilipendens, memoratos clericos, infra terminum ad liberand' ſibi per nos juxta qualitatem negotii legitime deputatum, nullatenus liberavit; ſet in cleri obprobrium, totius Eccleſiaſtice diſcipline contemptum, dictorum clericorum, noſtri, et Eccleſie noſtre, prejudicium et gravamen, eoſdem poſt mandata noſtra totiens, ut predicitur, multipliciter captivos ſicut prius carceri detinuit diutius mancipatos; licet per remedium Cur' ſecular', ſecundum legem regni non alicujus noſtri auctoritate mandati, eos denuo deliberaſſet. Propter qué non eſt dubium, Epiſcopum antedictum in dictas ſuſpenſionis & excommunicationis ſententias, ut premittitur, rite latas merito incidiſſe. Et quia nichil obedientia prodeſſet humilibus ſi contumacia contumacibus non obeſſet, Nos volentes per cenſuram Eccleſiaſticam, ac ipſius executionem que ab omnibus Catholicis eſt timenda, ipſius Epiſcopi culpis exigentibus pariter et offenſis, legitime procedere contra eum, ut ceteris devotis Eccleſie filiis innoteſcat damnabilis ſtatus ejus, ne ſua cõmuniõe peſtifera grex ulterius inficiatur dominicus, utq; quem Dei timor a malo non revocat, hunc ſaltem cohibeat cohertio Eccleſiaſtice diſcipline, & rubore confuſus ad ſatisfactionem venie et debitam obedientiam compellatur; vobis auctoritate noſtra committimus, ut contra memoratum Epiſcopum ad declarationem ſententiarum predictarum, ac executionem et pupplicationem earum, ſic debite procedatis, quod veſtram debeamus induſtriam merito commendare; denunciationes et puplicationes, per vos vel per alium deputand' a vobis, in Eccleſiis de Alvirton et Derlington, ac aliis locis ſolempnibus noſtre provincie quibus conpetentius poteritis, Epiſcopum antedictum in dictas ſuſpenſionis & excommunicationis ſententias incidiſſe, et eas ut premittitur incurriſſe: ad quam executionem faciendam, et omnia et ſingula ipſam tangentia, ſecundum quod de jure fuerit faciend' ac etiam procedend' vobis plenam committimus poteſtatem. Et qualiter &c.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Unde deſicut predictus Archiepiſcopus, per Nuncios ſuos, Clericos, & Miniſtros, Eccleſie mandata ſua licita et canonica predicto Epiſcopo, tanquam ſuffraganeo et ſubjecto ſuo, deſtinavit; ac idem Epiſcopus, ſalutis ſue inmemor inobediendo eidem Archiepiſcopo ut ſuperiori, et mandata ſua canonica contempnendo, Nuncios, Clericos, & Miniſtros, ipſius Archiepiſcopi & Eccleſie ſue predicte areſtari fecit, & incarcerari: Et ſuper hujuſmodi inobedientia, contemptu, & tranſgreſſione, pluries per ipſum Archiepiſcopum eſſet amonitus, ut per ſuperiorem ſuum qui curam habuit, et cujus interfuit ſubditi ſui hujuſmodi delicta corrigere, & caſtigando canonice emendare, ut predictas inobedientiam contemptum & tranſgreſſionem faceret emendare, vel cauſam facti ſui ei ſignificaret; Qui quidem Epiſcopus nec emendas inde facere curavit, nec cauſam facti ſui ſignificare; Videbatur eidem Archiepiſcopo, qđ contra ipſum tanquam contra ſubditum ſuum contumacem, inobedientem, tranſgreſſorem, et mandatorum ſuorum canonicorum contemptorem, ſine Reg' offenſa debite potuit & debuit procedere, in forma ſupradicta.

Et quoad hoc qđ ei inponitur, qđ fulminari precepit ſententiam in predictum Epiſcopum dum fuit in ſervitio Regis per preceptum ſuum juxta latus ſuum et ſub protectione ſua: Dicit, quod in hoc in nullo deliquid. Eo qđ eo tempore quo ſententia lata fuit, fuit ipſe Archiepiſcopus in partibus tranſmarinis; nec continetur in mandato ſuo, quod predictus Prior hujuſmodi ſententias & denunciationes pronunciaret, niſi in locis debitis in quibus competentius illas facere potuit, ſine juris offenſa ſive Reg' privilegio. Et videtur qđ ei inputari non debet, ſi predictus Prior fines mandati ſui exceſſit.

Unde dicit, quod per premiſſa perpendi poteſt qđ non publicavit ſententiam in ipſum Epiſcopum, pro eo qđ Ballivi predicti Epiſcopi ceperunt et detinuerunt predictos Clericos, ſicut Breve Domini Regis requirit; Immo propter inobedientiam ipſius Epiſcopi manifeſtam.

Et conſideratis premiſſis & ponderatis, juxta intentionem ſuam, et officii ſui debitum, in forma predicta ſupplicat Domino Regi, quod ei et Eccleſie ſue predicte fiat juſticia cum favore et gratia in hac parte &c.

Et Ricardus de Breteuill, qui ſequitur pro Rege, dicit, quod predictus Epiſcopus Dunelm' habet duos ſtatus, videlicet ſtatum Epiſcopi quoad ſpiritualia, et ſtatum Com' Palacii quoad tenementa ſua temporalia. Et dicit, quod licet predictus Archiepiſcopus ei precipere poſſit, et canonica mandata ſui ſibi tranſmittere, in hiis que ad Eccleſiam ſuam pertinent; et inobedientias et peccata ſubditorum ſuorum corrigere et emendare: Et idem Epiſcopus hujuſmodi preceptis ſuis et mandatis teneatur ut ſuperiori ſuo obedire, prout predictus Archiepiſcopus dicit: Tamen, quantum ad ea que ad Feoda temporalia que de Domino Rege tenet ſpectant, et in quibus tranſgreſſiones quecumque facte ad ipſum Regem ſive ad Epiſcopum predictum nomine Regio pertinent, audire et emendare, predictus Archiepiſcopus, ratione officii ſui ſpiritualis, nullam habet, ſeu habere poteſt, juriſdictionem temporalem. Unde, deſicut predictus Archiepiſcopus cognovit, quod layci Miniſtri ipſius Epiſcopi qui temporalium rerum et tenementorum ſuorum habuerunt adminiſtrationem, predictos Clericos ceperunt, et in Caſtro ipſius Epiſcopi inpriſonaverunt,

A. D. 1293. 21 Edw. I.

cujuſmodi inpriſonamenti cognitio ad Dominum Regem ratione dignitatis Regie, et non ad alium niſi ex Regia conceſſione mere pertinet; ac idem Archiepiſcopus ipſos ſic incarceratos per cenſuram Eccleſiaſticam liberare, et de injur' & tranſgreſſione factis eiſdem emendas fieri precepit, maxime cum hujuſmodi inpriſonati ſuum habent recuperare in Cur' Reg' & habere debent, et non (Dorſ.) alibi, de injuriis & dampnis que ſuſtinuerunt pro injuſto inpriſonamento, unuſquiſque pro ſe: Eo quod hujuſmodi delicta ſunt perſonalia, tam in perſonas delinquentis, quam in perſonas injur' patientis. Nec etiam dedicere poteſt, quin predictus Prior, Commiſſarius ſuus, in predictum Epiſcopum, ſub protectione Regis juxta latus ſuum de precepto Regis in ſervitio ſuo exiſtentem, in contemptum Regis et contra Coronam et dignitatem Regiam, ut predictum eſt, ſententiam fulminavit &c. Pro eo quod predictus Epiſcopus p̄dc̄os &c. ſic incarceratos per laicos Miniſtros ſuos in ten' temporali deliberare, et dampna eiſdem de inpriſonamento predicto ſatisfacere noluit; Et ſic in hiis que ad Coronam et dignitatem Regiam pertinent, tanquam Judex temporalis juriſdictionem quam non habuit nec habet excercuit, petit judicium de cogn' ipſius Archiepiſcopi &c. Dies datus eſt predicto Archiepiſcopo, et Ricardo de Breteuill qui ſequitur pro Rege, a die Paſch' in tres ſeptimanas, coram Domino Rege, ubicumque &c.

Poſtea, a die Paſche in tres ſeptimanas venit predictus Archiepiſcopus coram Rege & ejus Conſilio. Et idem Archiepiſcopus queſit' ſi quid plus velit dicere, vel aliud dicere ſciat quam prius dixit, Dicit, quod predictus Epiſcopus Dunelm' dupplicem ſtatum habet, unum videlicet temporalem quoad Baroniam quam tenet de Rege, et alium ſpiritualem de quo ei tenetur in obedientia. Et dicit, quod ratione temporalitatis non debet ei minus obedire in ſpiritualibus. Et quia predicti Clerici ſui capti fuerunt & inpriſonati per Miniſtros ipſius Epiſcopi, quos miſerat tantummodo ad canonica mandata deferenda, ac idem Epiſcopus contemptuoſe mandatis ſuis canonicis diſobediendo, ad monitionem ſuam eoſdem Clericos deliberare non curavit; videbatur ei, quod ſententiam in quam a Canone incidit ex hoc facto, in ipſum declarare potuit et ſimiliter promulgare.

Queſit' ſi priſona illa in qua Clerici illi detinebantur ſit priſona pertinens ad Baroniam ipſius Epiſcopi, an ad Spiritualitatem; Et ſi inpriſonati quicumque & in priſona illa detenti deliberari debent & conſueverunt per Miniſtros ipſius Epiſcopi, ſecundum legem & conſuetudinem regni;

Dicit, quod non poteſt dedicere, quin infra Caſtrum quod eſt de Baronia ſit priſona illa, Et quod ibidem fuerunt inpriſonati, Et quod quicunque ibidem inpriſonati deliberari debent et conſueverunt per laicos Miniſtros ipſius Epiſcopi, ſecundum legem et conſuetudinem regni.

Queſit' etiam, ſi priſona illa tempore vacationis Dunelm' ſit in cuſtodia Regis, ſive in cuſtodia Cuſtodis ſpiritualitatis;

Dicit, quod in cuſtodia Regis. Set ſemper, ut dixit, dicit q̄d quacumque priſona detinebantur, ex quo Clerici ſui fuerunt, & canonica mandata deferentes, ut predictum eſt, et per Miniſtros ſuffraganei ſui capti, videbatur ei, quod ad mandatum ſuum debuit eos deliberaſſe. Et hoc ad ipſum pertinuit eidem ſuffraganeo ſuo demandare, ratione obedientie ſibi debite.

Et quia predictus Archiepiſcopus in propria perſona ſua manifeſte cognoſcit, quod predictus Epiſcopus Dunelm' dupplicem habet ſtatū̄, ſcilicet temporalem, et ſpiritualem; Et quod ad ſtatum illum temporalem incarcerationes et inpriſonamenta per Miniſtros ejuſdem Epiſcopi pertinent facienda, et etiam deliberationes priſonam quorumcumque ad Miniſtros ipſius Epiſcopi ratione ejuſdem temporalitatis, ſecundum legem et conſuetudinem regni; Et quod priſona in qua detinebantur eſt infra Caſtrum, quod eſt pertinens ad Baroniam, in qua quidem priſona predicti priſones detinebantur; Et hoc idem Archiepiſcopus ore proprio ſufficienter fatetur, dicendo, Quod tempore vacationis, priſona illa, ratione Baronie & temporalitatis predicte, eſt et eſſe debet in Cuſtodia Reg' et non in cuſtodia Cuſtodis ſpiritualitatis: Et ſimiliter, in littera predicti Archiepiſcopi quam cognovit & advocavit expreſſe, continetur, quod predicti priſones capti fuerunt per Conſtabularium & laicos Miniſtros predicti Epiſcopi, cuſtodes predicte priſone, & in abſentia ipſius Epiſcopi: Et ex premiſſis clare ſequitur, quod idem Archiepiſcopus per litteras ſuas, quas per vices diverſas prefato Epiſcopo demandavit, qualitercumque illas modo nititur colorare, ratione alicujus obedentie ſpiritualis intendebat artare predictum Epiſcopum ad deliberand' predictos priſones, nullo reſpectu habito ad perſonas eorum per quos capti fuerunt; maxime cum eſſent laici & Miniſtri temporalitatis, vel ex qualicumque cauſa capti fuerunt, aut in cujuſmodi priſona detinebantur, vel ad quem deliberatio eorum pertinebat: Que quidem deliberatio ad Dominum Regem, ratione dignitatis Regie, ſive illis quibus per regiam dignitatem talis libertas conceſſa eſt, tantummodo pertinet, ſecundum legem et conſuetudinem regni, & non ad alium ratione alicujus ſpiritualitatis:

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Videtur Domino Regi in pleno Parliamento ſuo predicto, Com' Baron' Juſtic' & ſimiliter toti Conſilio ipſius Domini Regis, quod predictus Archiepiſcopus, in quantum in ipſo fuit, nitebatur ocupare & uſurpare ſuper Coronam regiam & dignitatem in caſu iſto deliberationes inpriſonatorum, contra leges et conſ' Regni, et contra fidem in qua idem Archiepiſcopus Domino Regi et Corone ſue aſtringitur, ad exheredationem Domini Regis et heredum ſuorum manifeſtam.

Propter quod, per Comites, Barones, Juſtic', et omnes alios de Conſilio ipſius Domini Regis, unanimiter concordatum eſt, Quod predictus Archiepiſcopus committatur priſone, pro offenſa & tranſgreſſione predictis.

Et ſuper hoc, ante Judicium pronunciatum, licet unanimiter de Conſilio predictorum Magnatum et aliorum concordatum fuiſſet, tenend' in hoc caſu et ſimiliter in caſibus conſimilibus in perpetuum, predictus Archiepiſcopus Magnates & alios de Conſilio ipſius Domini Regis rogavit, q̄d pro eo Dominum Regem requirerent, ut ante pronunciationem Judicii ipſum ad gratiam ſuam admitteret et voluntatem ſuam. Et Dominus Rex, ad inſtantiam eorumdem Magnatum, de gratia ſua ſpeciali hoc idem ipſi Archiepiſcopo conceſſit.

Et idem Archiepiſcopus humiliter ſupplicat, q̄d poſſit de omnibus premiſſis alto et baſſo voluntati Domini Regis ſe ſubmittere.

Ac Dominus Rex, ad inſtantiam predictorum Magnatum, admittit ipſum juxta Petitionem ſuam ad voluntatem &c.

Et dictum eſt eidem Archiepiſcopo, ſub gravi foriſfactura quod non recedat a Parliamento iſto, donec ſuper premiſſis Domini Regis audierit voluntatem &c.

Poſtea venit predictus Archiepiſcopus, et fecit finem cum Domino Rege pro tranſgreſſione predicta pro quatuor milibus Marcarum, per ſcriptum ſuum obligatorium, in hec verba;

Noverint Univerſi, quod nos Johannes permiſſione divina Eborum Archiepiſcopus, Anglie Primas, tenemur ſereniſſimo principi Domino noſtro Domino Edwardo, Dei gratia, Regi Anglie illuſtri, Domino Hibernie, et Duci Aquit', in quatuor milibus Marcarum, de quibus coram ipſo Domino Rege ad Placita ſua in Rotulis ſuis ibidem et etiam in Scaccario ipſius Domini Regis fit mentio, ſolvendarum eidem pro ſue beneplacito voluntatis; ad quarum ſolutionem faciend' obligamus nos, et omnia bona noſtra per que diſtringamur,

A. D. 1293. 21 Edw. I.

prout Domino Regi placuerit ad eandem. Ad quod faciend' hos fidejuſſores invenimus, videlicet venerabilem fratrem noſtrum Dominum J. Karl' Epiſcopum, Magiſtros Henricum Decanum Eborum, Willm Archidiaconum Eborum, Johannem Archidiaconum Eſtrid', & Willm Archidiaconum Not'. In cujus rei teſtimonium, ſigillum noſtrum, una cum ſigillis predictorum fidejuſſorum noſtrorum, preſentibus eſt appenſum. Dat' apud Weſtmonaſterium, die Mercurii proxim' ante feſtum Pentecoſtes, anno gratie M° CC° nonogeſimo tertio &c.

---

ff. No 18. Inter J. Giffard & Robertum Typetot de Commoto de Hiſkynny. (m. 6.)

CUM Dominus Rex, anno regni ſui undecimo, per Cartam ſuam dediſſet et conceſſiſſet Johanni Gyffard Commotum de Hyſkynny cum pertin', ſimul cum forisfactura hominum de Commoto predicto, que ad ipſum Dominum Regem pertinere poterant aut debebant; Ratione cujus Carte, prefatus Johannes ad ſe pertinere dicebat omnimodas forisfactur' omnimodorum hominum de Commoto predicto, qualitercumque et ubicumque forisfactas:

Ac Robertus Tybetot, Juſticiarius Domini Regis in partibus illis, pro ipſo Domino Rege dixiſſet, quod prefatus Johannes, ratione verborum in predicta Carta contentorum, nullas forisfactur' niſi tantummodo illorum hominum qui de Commoto illo fuerint, et terras et catalla ſua forisfecerint in eodem Commoto, et in Cur' ipſius Johannis, rationabiliter et ſecundum legem et conſuetudinem partium illarum, modo debito fuerint convicti, clamare potuit aut debuit habere: propter quod, Dominus Rex, apud Berewyk ſuper Twedam, in octab' Sancti Martini, anno regni ſui viceſimo, ad querelam utriuſque predictorum Roberti et Johannis, Cartam predictam coram ſe & Conſilio ſuo legi fecit, et ad ambiguitatem quorumdam predictorum verborum in predicta Carta contentorum de cetero auferendam, eadem verba declaravit in hunc modum, videlicet, Quod ſi quis hom̃ de Commoto predicto infra Commotum illum aliquid contra pacem fecerit, et in Commoto illo areſtatus fuerit, et in Cur' ipſius Johannis ductus, et ibidem de facto illo convictus, propter quod factum redimi voluerit, aut mortem ſubire debuerit judicialiter, habeat prefatus Johannes redemptionem aut forisfactur' illas cum acciderint. Et ſi quis hominum de Commoto illo, in Com' Domini Regis, vel alibi, extra Commotum illum, in Cur' Domini Regis ubicumque de aliqua felonia convictus fuerit, propter quod decollatus fuerit, aut ſuſpenſus, ſeu alio modo dampnatus, Dominus Rex tantummodo habebit bona et catalla ipſius felonis que ſecum inventa fuerunt tempore captionis ſue. Et prefatus Johannes habebit cetera catalla ipſius felonis, ubicumque infra Commotum predictum inventa fuerint et extiterint, quiete et abſque calumpnia Juſtic', Vicecom', aut aliorum Ballivorum Domini Regis. Set ſi quis talium pro delicto de quo convictus fuerit in Cur' Regis, ſe redimere voluerit, et finem inde fecerit, remaneat illa redemptio ſeu finis Domino Regi, cum quilibet ſeipſum de ſuo proprio licite poſſit redimere. Set caveat Ballivus Domini Regis quicumque fuerit, ne, ratione cupiditatis alicujus redemptionis ad opus Domini Regis, illum redimi permittat qui non ſit redimendus, ratione enormis facti de quo fuerit convictus. Si vero Ballivus ſeu Miniſter Domini Regis quicumque, ſeu aliquis cum Ballivis aut Miniſtris ipſis in officio Regis exiſtens, infra Commotum predictum contra pacem Domini Regis depredatus, aut interfectus fuerit, vel alio modo contra pacem Domini Regis leſus, Dominus Rex tam cognitionem placiti, facti, aut felonie predictorum in Curia ſua, quam forisfcam felonum talium, & eorum redemptionem penitus optinebit, non obſtante forma Carte predicte.

Poſtea apud London' a die Paſche in unum menſem, anno regni Regis Edwardi viceſimo primo, venerunt predicti Robertus Tybetot, et Johannes Gyffard; Et idem Johannes graviter queſtus fuit ipſi Domino Regi, quod licet idem Dominus Rex quedam verba, ut premittitur, in predicta Carta ſua contenta declaraverat et obſervari preceperat, Prefatus tamen Robertus, contra tenorem Carte regie predicte, et ſimiliter contra declarationem ipſius Domini Regis predictam ſuper tenorem ipſius Carte ſue factam, non obſtantibus Carta et Declaratione predictis, tam in cognitionibus placitorum de tranſgreſſionibus per homines de Commoto predicto factis, quam de eorum forisfactur' que ad ipſum Johannem pertinere debent per declarationem predictam, auctoritate ſua propria ſe intromiſit, et eaſdem cognitiones & forisfactur' ipſi Johanni juſte tam ratione conceſſionis Regie predicte quam conſuetudinis partium illarum pertinentes, injuſte abſtulit et detinuit.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Dicit enim prefatus Johannes, quod ubicumque aliquis hominum de Commoto predicto tranſgreſſionem aliquam fecerit, ſeu feloniam, ad ipſum Johannem rationibus predictis pertinet ejuſdem tranſgreſſionis ſeu felonie cognitio, et etiam ejuſdem tranſgreſſionis finis, ſeu felonie redemptio.

Et predictus Robertus pro ipſo Domino Rege dicit, quod ſi aliquis hominum de Commoto predicto infra eundem Commotum aliquam feloniam fecerit ſeu tranſgreſſionem, et infra eundem Commotum recenter areſtatus fuerit et attachiatus, bene licebit eidem Johanni ejuſdem felonie ſeu tranſgreſſionis cognitionem habere, et juſticiam inde facere. Set ſi aliquis de Commoto predicto, extra Commotum in corpore Com' tranſgreſſionem aliquam fecerit contra pacem, ſeu feloniam; ad Dominum Regem, coram Vic' et Ballivis ſuis in Com' ſuo, pertinet ejuſdem tranſgreſſionis ſeu felonie cognitio, et per ipſos Vic' et Ballivos debet inde fieri juſticia.

Et quia Dominus Rex ſuper conſuetudine et uſu in caſibus conſimilibus in partibus predictis temporibus preteritis vult certiorari, Mandatum eſt Juſtic' &c. Breve Domini Regis in hec verba:

Quia certis de cauſis volumus certiorari, quod ſi quis de Libertate dilecti et fidelis noſtri Johannis Giffard de Ilkenny, vel alicujus alterius qui de nobis tenet per Baroniam infra Comitatum noſtrum de Kermerdyn, extra Libertatem Domini ſui in alterius Libertate tranſgreſſionem contra pacem noſtram fecerit, et poſtmodum, abſque eo quod ea occaſione ibidem attachietur, infra Libertatem dicti Domini ſui redierit; utrum videlicet cognitio hujuſmodi tranſgreſſionis ad Nos, ſi querela ad Comitatum noſtrum predictum inde pervenerit, vel ad Dominum Libertatis ubi hujuſmodi tranſgreſſio perpetrata fuerit, an ad Dominum Libertatis de qua tranſgreſſor ille extiterit, pertinere debeat, necne; Et qualiter et quo modo in hujuſmodi caſu, tam in Commoto predicto quam in Libertatibus infra eundem Com' hactenus fuerit uſitatum; Vobis mandamus, quod per ſacramentum tam illorum qui de nobis tenent per Baroniam infra Com' predictum, quam aliorum proborum et legalium hominum de eodem Com' per quos rei veritas melius ſciri poterit, diligenter inquiratis ſuper premiſſis plenius veritatem; Et de eo quod inde inveneritis Nobis, ſub ſigillo veſtro, diſtincte et aperte conſtare faciatis in prox' Parliamento noſtro poſt feſtum Sancti Michaelis prox' futur': Remittentes nobis tunc hoc breve.

---

ff. No 19. Petitio Regis Norwag' apud Berwyck ſuper Twedam. (Dorſ.)

UT proceſſui qui ſequitur adhibeatur in poſterum plena fides, Nos Edwardus Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, Dux Aquitan', et ſuperior Dominus Regni Scotie, ad firmitatem majorem ipſum duximus ſigilli noſtri munimine roborand'.

Dominus Ericus Rex Norwagie, per Hugicom̃ Plebanum de Caſtellione, Magiſtrum Petrum Algoti, Magiſtrum Bernardum Lodowyci, Willm de Thornham Militem, et Arnonem Canonicum Bergen', Attornatos ſuos per litteras ſuas patentes conſtitutos, ſupplicavit

A. D. 1293. 21 Edw. I.

plicavit Domino Edwardo Dei gratia, Regi Anglie, Domino Hibernie, Duci Aquitan', et ſuperiori Domino regni Scotie, coram ipſo Domino Rege Anglie, et Conſilio ſuo utriuſque regni, Anglie videlicet & Scotie, apud Berewyk ſuper Twedam, ad Parliamentum prefati Domini Regis Anglie ibidem, in craſtino Sancte Trinitatis, anno gratie M° CC° nonogeſimo ſecundo, et anno regni prefati Domini Regis Edwardi viceſimo. Quod cum bone memorie Dominus Alexander ultimus Rex Scotie teneretur dicto Regi Norwagie in quatuordecim mille marcis ſterlingorum, pro maritagio Margarete filie dicti Domini Alexandri, dudum deſponſate ipſi Regi Norwagie, et de quibus quatuordecim mille marcis prefatus Alexander in vita ſua ei ſatisfecit de ſeptem mille marcis; Et pro reſiduis ſeptem mille marcis idem Alexander conceſſiſſet et aſſignaſſet eidem Regi Norwagie, et prefate Margarete Uxori ſue, et heredibus de corporibus eorumdem procreatis, redditus terrarum & tenementorum ſubſcriptorum, videlicet, de Roſcymay Morauienſ' dioceſ' in Balliva de Banef', et de Balholuy in Vicecomitatu de Aberden', et de Badked' et de Radthou in Vicecomitatu de Edenburgh', percipiend' annuatim, videlicet quolibet anno ſeptingentas marcas: Et ſi redditus predictorum terrarum et tenementorum non ſufficerent ad predictas ſeptingentas marcas per annum, Quod id quod deficeret levaretur de terris de Muinemorch, et eiſdem Erico, et Margarete, et heredibus ſuis predictis ſolveretur; Habend' et tenend' ipſis Erico, et Margarete, et heredibus ſuis predictis: Et de quo redditu proveniente de predictis tenementis iidem Ericus, & Margareta, in vita ipſius Margarete, et etiam tempore predicti Domini Alexandri, per conceſſionem et aſſignationem predictas, fuerunt in ſeyſina, et etiam poſt mortem predicti Alexandri, quouſque jam tribus annis elapſis quod Epiſcopus Sancti Andree, et Epiſcopus Glaſguenſ', et alii Cuſtodes regni Scotie, predictum redditum eidem Regi Norwegie detinuerunt, et adhuc detinent. Et petiit, quod Dominus Rex Anglie, ut ſuperior Dominus Regni Scotie, reſtitutionem predicti redditus de terris et tenementis predictis provenient' in forma predicta ſibi facere preciperet, ſimul cum arreragiis ſuis de tribus annis predictis &c. Et ſuper hoc, per ipſum Dominum Regem Anglie, et Conſilium ſuum, queſitum eſt de predictis Attornatis, ſi quid habeant, ſeu oſtendere ſciant, pro ipſo Domino Rege Norwagie, Domino ſuo, de conceſſione et aſſignatione predictis, factis eidem Domino ſuo, et prefate Margarete Uxori ſuo, per predictum Alexandrum Regem Scotie, in forma predicta. Et iidem Attornati dicunt, quod nichil habent in ſcriptis ad preſens; Immo dicunt, quod conceſſio et aſſignatio predicte in forma predicta facte fuerunt, per quas quidem conceſſionem et aſſignationem, Dominus Rex Norwagie, Dominus ſuus, et Margareta Uxor ſua predicta, fuerunt in ſeyſina de predicto redditu, proveniente de Terris et Tenementis predictis, et in ſeyſinam poſiti: Et quod certe perſone aſſignate fuerunt ad recipiend' predictum redditum nomine ipſius Regis Norwagie, et ipſi Regi liberand'; et per quorum manus fuit inde ſeyſitus. Et ſupplicavit Domino Regi Anglie, ut ſuperiori Domino regni Scotie, quod ſuper premiſſis per Epiſcopos, Comites, Barones, Proceres, et Magnates, et ceteros de Conſilio prefati Domini Alexandri Regis Scotie tunc temporis exiſtentes, ſe velit certiorare: Et ſecundum quod per eorum teſtimonium invenerit, Domino Regi Norwagie Domino ſuo juſticiam velit exhibere. Propter quod, idem Dominus Rex Anglie prefatis Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Proceribus, Magnatibus, et ceteris de Conſilio prefati Alexandri Regis Scotie tunc exiſtentibus, in fide qua ei tenentur, & ſacramento fidelitatis ſibi preſtito, injunxit, qd ſuper hoc diligentem haberent inter eos tractatum, et ei veritatem inde ſcire facerent. Qui omnes in preſentia ipſius Domini Regis Anglie conſtituti, dixerunt ſuper ſacramentum ſuum, quod omnia predicta tenementa, exceptis terris & tenementis de Muinemorch', aſſignata fuerunt prefato Regi Norwagie, et Margarete Uxori ſue, Ita quod inde perciperent redditus annuatim provenientes, pro predictis ſeptingentis marcis per annum, in forma predicta. Set bene dicunt, quod predictus Rex Norwagie fuit in ſeyſina per conceſſionem et aſſignationem predictas, percipiend' predictum redditum de dictis terris & tenementis, preter terras & tenementa de Muinemorch', pro dictis ſeptingentis marcis annuis, quouſque predicti Cuſtodes, jam tribus annis elapſis, predictum redditum ei detinuerunt et adhuc detinent. Et quia, per teſtimonium et veredictum predictorum Epiſcoporum, Comitum, Baronum, et aliorum, coram ipſo Domino Rege, et ſuperiore Domino regni Scotie, compertum eſt, quod omnia predicta terre, & tenta, preter terras & tenta de Muinemorch', aſſignata fuerunt predicto Regi Norwagie, et Margarete Uxori ſue, et heredibus de corporibus eorumdem exeuntibus; ita quod inde perciperent redditus provenientes annuatim pro predictis ſeptingentis marcis per annum: Et quod idem Rex Norwagie fuit inde in ſeyſina, quouſque jam tribus annis elapſis, quod predicti Cuſtodes predictum redditum eidem Regi Norwagie detinuerunt: Et etiam, quia predictus Rex Norwagie nichil in predictis ſeptingentis marcis annuis clamare poteſt, niſi ad terminum vite ſue tantum; per Dominum Regem Anglie, et ſuperiorem Dominum regni Scotie, et Conſilium ſuum utriuſque regni, Conſideratum eſt, quod idem Rex Norwagie recuperet ſeyſinam ſuam de predicto redditu, proveniente de predictis terris et tenementis ad valorem eorumdem terrarum et tenementorum, preter terras & tenementa de Muinemorch', pro predictis ſeptingentis marcis per annum, percipiend' tota vita ſua, in forma predicta, et etiam arreragia predicti redditus de tribus annis preteritis, videlicet valorem redditus annuatim provenientis de terris et tenementis predictis, preter terras et tenementa de Muinemorch': Ita tamen quod terre et tenementa predicta, preter terras et tenementa de Muinemorch', per ipſum Regem Norwagie et ſuos tradantur aliquibus probis hominibus regni Scotie, quos ad hoc eligerit, et non aliis, tenend'; Et ad reſpondend' annuatim de valore earumdem terrarum & tenementorum ipſi Regi Norwagie ad totam vitam ſuam, in forma predicta. Et quoad terras et tenementa de Muinemorch', eo quod per predictum veredictum non ſit compertum, quod terre & tenementa illa aſſignata fuerunt ad perficiend' id quod deficeret de predictis ſeptingentis marcis annuis, percipiend' de aliis terris et tenementis ſupra nominatis, ſi redditus earumdem terrarum & tenementorum ſupradictorum ad id plene non ſufficeret, nec idem Dominus Rex Norwagie aliquid inde oſtendit per ſcriptum aut alio modo ſufficienti, nec etiam idem Rex Norwagie inde fuit in ſeyſina in forma qua petiit; Ideo, quoad ſupplicationem iſtam, de terris et tenementis de Muinemorch', nichil capiat ad preſens: Salva eidem Regi Norwagie actione ſua, ſi quam habeat, vel alias oſtendere poterit, ad ſuperpluſagium habend' in terris et tenementis de Muinemorch', ſi redditus proveniens de aliis terris et tenementis prenominatis ad plenariam ſolutionem ſeptingentarum marcarum annuarum predictarum non ſufficiant, cum inde loqui voluerit.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

A. D. 1292. 21 Edw. I. Placita coram ipſo Domino Rege Anglie, ſuperiore Domino regni Scotie, et Conſilio ſuo, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, die Lune proxima ante Natale Domini, anno regni Regis Edwardi viceſimo primo, [i. e. Exemplificatio iſtorum Placitorum.] A. D. 1292. 21 Edw. I.

Scoc' ff. N° 20. (m. 7.) MAGISTER Rogerus Bertelmeu, Burgenſ' de Berewyk, alias coram ipſo Domino Rege apud Berewyk, videlicet in craſtino Sancti Nichi prox' preterito, queſtus fuit, Quod cum idem Dominus Rex, ſuperior Dominus regni Scotie, dum idem regnum in manum ſuam ratione ſuperioritatis Dominii ſui ejuſdem regni extitiſſet, quoſdam Juſticiarios ſuos et Auditores querelarum in eodem regno conſtituiſſet, ut querelas quorumcumque audirent, et facerent et juſticiam ſingulis exhiberent in querelis coram eis porrectis; iidem Juſticiarii et Auditores, in quibuſdam querelis contra ipſum Rogerum coram eis porrectis et placitatis, minus rite, et contra omnimodam juſticiam, et etiam conſuetudinem tam regni Anglie quam Scoc' proceſſerunt, ad grave dampnum ipſius Rogeri, et exheredationem ſuam manifeſtam.

Propter quod, prefatus Dominus Rex Proceſſus & Recorda ſubſequentia, coram prefatis Juſticiariis & Auditoribus placitata & habita, et in quibus idem Rogerus querebatur ſibi injuriari, venire fecit coram eo & Conſilio ſuo, & etiam partes eorumdem proceſſuum et recordorum, ad diem iſtum; Ut, inſpectis proceſſibus et recordis illis, errorem ſi quis in eiſdem inveniretur emendari faceret, & partibus exhibere complementum juſticie. Et que proceſſus & recorda miſſa fuerunt per prefatos Juſticiarios in forma ſubſcripta &c.

Placita apud Edenburgh' coram Cuſtodibus regni Scoc', die Jovis in feſto Sancti Luce Ewangeliſte, anno Domini M° CC° nonogeſimo primo.

Berewyk' ff. MARGERIA Moygne optulit ſe verſus Magiſtrum Rogerum Bertelmeu, et dicit, quod idem Rogerus ei injuſte detinet $\frac{xx}{ix}$ libr' ſterlingorum, quas eadem Margeria dudum acomodaverat Willmo le Orfeure, de bonis & catallis puerorum ipſius Margerie; Et ideo injuſte, Quia dicit, quod bona & catalla predicti Willi, poſt ejus obitum ad manus ipſius Rogeri, tanquam Executoris predicti Willi devenerunt; Unde deterioratur & dampnum habet ad valenc' c marc' &c.

Et Rogerus venit, et bene dicit, quod predicte $\frac{xx}{ix}$ libr' de bonis ipſorum puerorum ad predictum Willm dum vixit ex mutuo predicte Margerie devenerunt, Et quod ipſe Rogerus de bonis predicti Willi poſt ejus obitum tanquam Executor ſe intromiſit: Set dicit, quod quatuor pueri de predictis pueris ſteterunt cum predicto Willo dum vixit per quinque annos, ita quod unuſquiſque eorum per conventionem inter predictam Margeriam & ipſum Willm factam, daret ei pro ſuſtentatione ſua quatuor marc' per annum, et etiam ſolverentur predictis pueris quaterviginti marcas per allocationem eidem Willo inde factam. Dicit etiam, quod de predictis $\frac{xx}{ix}$ libr' poſuerat ipſe Rogerus in quamdam ciſtam LX libr' et illam ciſtam ſigillo ſuo ſignavit, Et quod predicta Margeria proceſſu temporis predictam ciſtam aperuit, et predictas LX libras abinde cepit & aſportavit, et inde voluntatem ſuam fecit, ipſo Rogero neſciente, ita qd a retro non ſunt de predictis $\frac{xx}{ix}$ libris niſi c marc' tantum. Et hoc offert &c.

Et predicta Margeria dicit, quod nunquam conventum fuit de ſuſtentatione predictorum puerorum cum predicto Willo, in forma predicta, pro predictis quaterviginti marcis per annum pro quolibet puero redd' Et hoc petit quod inquiratur &c. Et quoad predictas LX libras, dicit, quod ſequeſtrator' Epiſcopi Sancti Andree, ad inſtantiam & per voluntatem predicti Rogeri, ſigillum ſuum a predicta ciſta amoverunt, et predictas LX libras abinde aſportaverunt, et illas ex mutuo predicti Rogeri, et per conſenſum ipſius Rogeri, predicto Epiſcopo tradiderunt, ita quod ad comodum predicte Margerie non devenerunt, ſicut ei inponit; Et quod ita ſit petit quod inquiratur:

Et Rogerus ſimiliter: ideo fiat inde Jurata.

Et quia predictus Rogerus bene recognovit, quod predicte $\frac{xx}{ix}$ libre ad predictum Willm dum vixit devenerunt, ſicut Margeria dicit, Et quod ipſe de bonis ipſius Willi ſe intromiſit poſt ejus obitum tanquam Executor, Et quod c marc' a retro ſunt adhuc eidem Margerie non ſolute: Ideo preceptum eſt eidem Rogero, quod habere faciat predicte Margerie predictas c marcas quas fatetur; Et idem Rogerus in miſericordia pro injuſta detentione. M'ia. Et de reſiduo ven' Inquiſitio ad proximum Parliamentum &c. hic.

Poſtea, die Lune proxima poſt feſtum inventionis Sancte Crucis, ven' Jur' ex conſenſu partium electi, et dicunt ſuper ſuum ſacramentum, Quod nunquam conventum fuit per aliquem cum predicto Willo de ſuſtentatione predictorum puerorum pro quatuor marcis, nec pro aliquo denar' per annum pro quolibet puero redd' ſicut Rogerus dicit. Set bene dicunt, quod predicta Margeria cepit predictas LX libr' de predicta ciſta, et comodum ſuum pro voluntate ſua inde fecit, ſicut Rogerus dicit: Et ideo conſideratum eſt, quod predicta Margeria recuperet quaterviginti marcas verſus predictum Rogerum et dampna ſua; Et idem Rogerus in miſericordia. Miſericordia.

Et quoad predictas LX libras, conſideratum eſt quod predictus Rogerus eat inde quietus. Et predicta Margeria nichil inde cap' ſet ſit in miſericordia pro falſo clam' &c.

Berewyk' ff. EADEM Margeria Moygne optulit ſe verſus eundem Rogerum Bertelmeu, Executorem teſtamenti Willi Aurifabri quondam viri ipſius Margerie; Et dicit, quod idem Rogerus ei injuſte detinet CC marc' ſterlingorum, de quibus predictus Wills quondam vir ſuus ipſam ad hoſtium Eccleſie dotavit, Et ideo injuſte, Quia dicit quod bona ejuſdem Willi poſt ejus obitum ad manus predicti Rogeri tanquam Executor' devenerunt, Et dicit quod dampnum habet ad valenc' c libr' &c.

Et Rogerus venit, et dicit, quod ipſe non tenetur ei ad hoc reſpondere, quia dicit quod idem Wills non habuit bona ad ſatisfaciend' creditoribus ſuis die quo obiit; Et petit judicium, ſi predicta mulier debeat preferri & audiri in petitione ſua dotis, antequam debita alia plenar' ſolvantur.

Et predicta mulier dicit, quod petitio ſua eſt principale debitum, & ſecundum conſuetudinem Burgorum debet preferri omnibus aliis debitis, & prius ſolvi.

Et Rogerus dicit, quod non eſt principale debitum; Et quod petitio dotis non debet ſolvi antequam alia debita

A. D. 1292. 21 Edw. I.

debita ſolvantur, Et petit quod Juſtic' certificentur ſuper legem et conſuetudinem Burgorum per quatuor Burgos. Et poſtea ad judicium. Et Margeria petit hoc ſimiliter ſecundum dictum quatuor Burgorum &c. Ideo conſulendum eſt cum quatuor Burgis contra proximum Parliamentum hic, Et tunc ad judicium.

Et quia in manu Philippi de Rydale inventi ſunt XIII ſacci lane, de bonis predicti Willi per predictum Rogerum depoſiti; preceptum eſt eidem Philippo, quod predictos XIII ſaccos lane in manu ſua ſalvo cuſtodiat, quouſque de predictis CC marcis inter partes plenar' fuerit diſcuſſum &c.

Poſtea, die Lune prox' poſt feſtum Inventionis Sancte Crucis ven' partes: Et predicti quatuor Burgi requiſiti fuerunt de conſuetudine Burgorum, ſi petitio dotis ſit principale debitum necne, Et ſi debeat ſolvi pre aliis debitis. Qui dixerunt quod lex et conſuet' Burgorum Scotie tal' eſt, quod petitio dotis eſt principale debitum, et quod pre aliis debitis debet ſolvi.

Et quia compertum eſt per recordum & veredictum quatuor Burgorum, quod lex et conſuet' tal' eſt: Et predictus Rogerus nichil aliud dicit per quod ipſas CC marcas diſrationare non debet, Ideo conſideratum eſt quod predicta Margeria recuperet predictas CC marcas verſus predictum Rogerum ut dotem ſuam & dampna ſua. Et idem Rogerus in miſericordia. Et preceptum eſt Philippo de Rydale, quod liberare fac' eidem Margerie predictos XIII ſaccos lane in manu ſua, prius areſtatos, in partem ſolutionis predictarum CC marcarum in quantum ſe extendere poterunt, ſecundum eſtimationem et conſuetud' mercatorum fideliter extentos &c.

ff. ET modo veniunt predictus Rogerus, et ſimiliter predicta Margeria per Walterum Virum et Attornatum ſuum. Et predictus Rogerus queritur, qd per prefatos Juſticiarios & Auditores in prefatis proceſſibus & record' manifeſte erratum eſt & ſibi injuriatum; In hoc primo, quod cum ad manus ſuas de bonis ſeu catallis predicti defuncti non devenerunt ultra viginti & ſeptem libr' ad plus, prefati Juſtic' & Auditor' ipſum ſolum & abſque hoc quod Executor ſuus in judicio veniret, licet idem Rogerus coram eis allegaret, ſe non debere de aliquo tangente teſtm predictum ſine coexecutore ſuo reſpondere, Conſideraverunt quod predicta Margeria recuperaret verſus eum, tam in querela prima ratione & nomine puerorum ſuorum, quam in ſubſequenti querela nomine dotis ejuſdem Margerie, una cum dampnis ſuis ad valenciam quadringentarum librarum & amplius, prout patet per Judicia in eiſdem recordis contenta. Et petit quod Proceſſus et Recorda predicta examinentur, & in hoc emendentur &c.

Poſtea, tam ſuper recordo iſto quam ſuper recordo ſubſequenti de dote ipſius Margerie, predictus Rogerus et predicta Margeria per predictum Virum ſuum & Attorn', concordati ſunt per licenc' Cur'. Et eſt forma concordie inter partes predictas facte primo in preſentia eorumdem in plena Curia recitata, et poſtea per Cyrographum inde inter eos confectum in modum ſubſequentem affirmata, et in ſcripturam redacta; Et ad majorem ſecuritatem, ne una pars vel alia eandem pacem infringat, in rotulo iſto irrotulata. Et ſimiliter quia tangit teſtamentum, dictum eſt Epiſcopo Sancti Andree loci Dyoceſano, quod auctoritate ordinar' eandem pacem perficere faciat et teneri &c.

Concordia unde ſcriptum.

Magiſter Rogerus Bertelmeu et Walterus de Thornton & Margeria Uxor ejus, concordati ſunt in hunc modum; videlicet, Quod predictus Magiſter Rogerus executor Teſtamenti Willi Aurifabri conceſſit et dedit predictis Waltero et Margerie plenar' poteſtatem adminiſtrandi de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Willi die obitus ſui, tam infra regnum Scotie quam Anglie, Et quod liberabit eiſdem Inventar' quod factum fuit in vita ipſius Willi cum omnibus bonis et catallis, ſcriptis, talliis, et omnibus aliis rebus que ad manus ipſius Rogeri devenerunt, ſive in dicto Inventario ſpecificentur ſive non: Ita tamen, quod quicquid idem Rogerus rationabiliter expendit ratione probationis teſtamenti predicti, et relaxationis ſequeſtr' Epiſcopi Sancti Andree, et ꝛone litium motarum verſus ipſum de debitis predicti Willi in foro Eccleſiaſtico, et quicquid dedit rationabiliter pro debitis ipſius Willi acquietand'; et ſimiliter quod acquietent eum verſus Johannem filium Willi Aurifabri de ſexdecim libris ab eodem mutuatis circa funera, et in vita ipſius Willi dum languidus fuit expenſ', ſicut idem Rogerus rationabiliter monſtrare poterit. Et quod predicti Walterus et Margeria faciant Adminiſtrationem dictorum bonorum in omnibus et per omnia; Et ſimiliter omnibus reſpondeant, eodem modo quo idem Rogerus facere et reſpondere deberet, quantum Catalla illa ſufficiant et rationabiliter reſpondere debeant. Et predicti Walterus et Margeria conceſſerunt, quod predictus Rogerus rehabeat omnia meſuag' & tenem' in Villa de Berewyk, que liberata fuerunt predicte Margerie per Ballivos de Berewyk; Et etiam omnia tenementa que per predictam Margeriam Clericis & Mareſcall' liberata fuerunt in eadem Villa de Berewyk, de quibus idem Rogerus prius fuit ſeyſitus, ſimul cum firmis et redditibus de dictis tenementis in medio tempore provenientibus, que predicti Walterus et Margeria inde receperunt, vel rationabiliter recepiſſe poterunt: Ita tamen quod ſi firmam aliquorum tenementorum plenar' non receperint, dum tamen firma illa in manibus Tenentium tenementorum illorum extiterit in nullo onerentur, ſet bene liceat eidem Rogero de tenentibus illis firmam illam levare et recipere. Et ſimiliter conceſſerunt dicti Walterus et Margeria, Quod predicti Rogerus et heredes ſui quieti ſint ab omni exactione & demanda, que prius eiſdem competebant ratione alicujus judicii coram Cuſtodibus regni Scotie prius verſus predictum Rogerum redd' pro predicta Margeria: Et quod predicti Walterus & Margeria quieti ſint ab omni demanda & exactione, que idem Rogerus tanquam Executor dicti Willi verſus eos prius habuit, vel aliquo modo habere potuit, exceptis hiis que in ſcripto iſto continentur ſuperius. Et omnia iſta fiant citra feſtum Purificationis beate Marie, per Epiſcopum Sancti Andree, vel ejus Ordinar', preterquam de ſeyſina dictorum tenementorum rehabend', quamcito commode fieri poterit per Ballivos de Berewyk'. Preterea ſciendum eſt, quod iſta forma concordie facta fuit preſente coexecutore teſtamenti predicti, et eam concedente &c.

---

ff. (Dorſ.) MICHAEL Speciar' querens optulit ſe verſus Magiſtrum Rogerum Bertelmeu de Berewyk, Et dicit Quod idem Rogerus eum injuſte ejecit, & contra pacem de quodam Burgagio in Berewyk, in quo fuit pacifice ſeyſitus poſt mortem Alexandri Regis Scotie; unde deterioratur & dampnum habet ad valentiam c libr'. Et hoc paratus eſt &c.

Et predictus Rogerus venit et defendit vim & injuriam et quicquid &c. Et dicit, Quod ingreſſus eſt predictum Burgagium per judicium Cur' de Berewyk, eo quod idem Rogerus impetravit Breve de recto ſuper predictum Burgagium in Cur' de Berewyk coram Ballivis ejuſdem Ville, et proſeq' fuit tantum quod habuit Aſſiſam in predicta Curia de predicto Burgagio; per quam Aſſiſam recuperavit ſeyſinam ſuam verſus predictum Michaelem &c.

Et predictus Michael venit et dicit, Quod illa Aſſiſa non debet ei nocere, ſecundum legem Scotie, quia capta fuit in abſentia ſua, et non per aſſenſum ſuum. Et quod hoc ſit verum, petit quod inquiratur.

Et Magiſter Rogerus dicit, Quod Aſſiſa illa capta fuit in preſentia predicti Michaelis, et per aſſenſum predicti Michaelis.

A. D. 1292. 21 Edw. I.

Michaelis. Et quod ita ſit petit quod inquiratur. Et Michael ſimiliter &c.

Poſtea, die Lune prox' poſt feſtum inventionis ſancte Crucis, ven' Jur' apud Edenburgh' ex conſenſu partium electi, Et dicunt ſuper ſacramentum ſuum, Quod predicta aſſiſa capta fuit contra inhibitionem, & abſque conſenſu predicti Michaelis, et etiam in abſentia ipſius Michaelis contra legem Scotie. Et ideo conſideratum eſt, quod predictus Michael recuperet verſus predictum Rogerum ſeyſinam ſuam de predicto Burgagio, et Miſericordia. dampna ſua. Et predictus Rogerus in miſericordia &c.

Et modo veniunt predicti Michael et Rogerus. Et idem Rogerus queritur, Quod in predicto recordo erratum eſt, in hoc quod predictus Michael queſtus fuit quod idem Rogerus injuſte ejecit eum de tenemento predicto, de quo poſt mortem Alexandri Regis Scotie pacifice ſeyſitus fuit; Et idem Rogerus ad hoc reſpondiſſet, Quod intravit per aſſiſam inter eos captam et per judicium, Et ſic reſponſio illa ſatis ipſum excuſavit de ejectione omnimoda, ex quo prefatus Michael conceſſit quod aſſiſa inter eos tranſiit prout patet per recordum predictum, qualitercumque dixit quod capta fuit in abſentia ſua, et contra inhibitionem ſuam. Cum ſi per captionem aſſiſe gravaretur, hoc potius imputand' eſſet Ballivis qui aſſiſam ceperunt, quam ipſi Rogero, ex quo captio aſſiſe directe pertinet ad Cur' et non ad partem ſequentem vel tenentem. Et ſi Ballivi obliti fuerint in exequendo officio, hoc ipſi Rogero non deberent prefati Juſtic' et Auditor' inputaſſe. Et petit, quod recordum examinetur et emendetur.

Et predictus Michael dicit, Quod in predicto Recordo in nullo erratum eſt. Immo quod rite et juxta conſuetud' regni Scotie Juſticiarii et Auditores predicti in judicio predicto proceſſerunt, ex quo predictus Rogerus gratis in Inquiſitionem predictam ſe poſuit, prout patet per recordum predictum. Et petit, quod Recordum illud ſtet et manuteneatur.

Poſtea, coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio recitato predicto Recordo, et etiam predictis Rationibus predictorum Rogeri et Michaelis; Per ipſum Dominum Regem Concordatum eſt, quod juxta conſuetudinem regni Scotie in negotio predicto procedatur. Propter quod, vocatis de diſcretioribus regni Scotie tunc cum Rege Scotie apud Novum Caſtrum predictum exiſtentibus, habitoque cum eis tractatu diligenti ſuper legibus & conſuetud' regni Scotie in caſu conſimili, quia per eorum teſtimonium & ſacramentum quod Domino Regi Anglie preſtiterunt compertum eſt, Quod quandocumque et qualitercumque alique partes ſe poſuerint gratis in Inquiſitionem patrie in Cur' Reg' de quacumque re partes illas contingente, et Curia ad hoc illas admiſerit, ſecundum veredictum illius Inquiſitionis erit judicand', et judicium executioni debet demandari, et locum tenere.

Et quia partes predicte gratis ſe poſuerunt in Inquiſitionem predictam, videlicet tam predictus Rogerus quam predictus Michael, et ea ratione Inquiſitio illa ligari debet juxta conſuetud' et legem regni Scotie; Conſideratum eſt, quod predictum judicium ſtet in ſuo robore, Et quod ſeyſina predicto Michaeli adjudicata ſibi remaneat: Salva actione predicto Rogero ſi quam de jure habeat verſus predictum Michaelem de Tenementis predictis petendis.

Et ſimiliter Conſideratum eſt, Quod per ſacramentum proborum et legalium hominum de Villa predicta, coram Majore et Ballivis ejuſdem Ville, in preſentia predictorum Rogeri et Michaelis et neutri eorum ſuſpectorum, Inquiratur que dampna idem Michael habuit occaſione ejectionis predicte per predictum Rogerum ſibi facte, a tempore ejectionis uſque diem quo judicium predictum pro eo tranſiit coram prefatis Juſticiariis & Auditoribus; ita quod ſi idem Michael plus levaverit, aut levaſſe vel precepiſſe potuiſſet rationabiliter de terris & bonis predicti Rogeri ſibi liberatis, et tenend' quouſque dampna ſua levaverit, ratione predicti judicii, quam dampna ſe extendunt, Id quod plus levaverit eidem Rogero reſtituatur. Et ſi ad plenum non levaverit juxta veredictum Inquiſitionis capiende, id quod remanſerit pacifice levari faciat prout de jure debebit. A. D. 1292. 21 Edw. I.

GILBERTUS de Dumbar optulit ſe verſus Magiſtrum Rogerum Bertelmeu de placito tranſgreſſionis; Et unde queritur, Quod idem Rogerus coram Majore de Berewyk ipſum malicioſe attach' fecit, eo quod ipſe, caſu fortuito, et ignoranter non malitioſe, nec per aliquam feloniam, cum una virga parumper tetigit, unde idem Rogerus nullum malum vel dampnum ſuſtinuit: Et etiam pendente eodem attachiamento ubi predictus Gilbertus venit ad Nundinas de Hadinton' pro quibuſdam negotiis ſuis expediend', ibi venit predictus Rogerus, et ipſum malicioſe traxit in placitum in Cur' Camerarii ibidem ſuper eodem modico delicto, inponens ei in eadem Curia Quod idem Gilbertus ipſum de oculo ſuo malicioſe mahemiaverat; Et in petitione dampnorum ſuorum c libr' poſuit, eo quod ipſum Gilbertum ad ſe defendend' minus ſufficientem vidit, et ita ipſum in eadem Curia vexavit, & alia ſcandala et opprobria ei intulit injuſte & malicioſe, unde deterioratur et dampnum habet ad valenc' XL libr' &c. Berewyk, ſſ.

Et Rogerus venit et dicit, Quod nullam injuriam ei fecit, nec ipſum Gilbertum malicioſe implacitavit, ſet juſte & ſecundum legem et conſuetud' regni Scotie, quia predictus Gilbertus magnam moleſtiam ei intulerat; Et quod ipſe nulla ſcandala aut opprobria predicto Gilberto intulit injuſte. Et de hoc ponit ſe ſuper Inquiſ'. Et Gilbertus ſimiliter &c.

Jur' ex conſenſu partium electi ven' et dic' ſuper ſacramentum ſuum, Quod predictus Rogerus malicioſe, et contra leges regni, et etiam injuſte, pendente attachiamento coram Majore & Ballivis de Berewyk, predictum Gilbertum in Cur' Camerarii inplacitavit, vexavit, & alia opprobria ei intulit. Et dicunt, Quod predictus Gilbertus nullam moleſtiam vel violentiam predicto Rogero intulerat, ſicut ei in eadem Cur' inpoſuit. Ideo conſideratum eſt, Quod predictus Gilbertus recuperet dampna ſua verſus predictum Rogerum. Et idem Rogerus in miſericordia. Et quia compertum eſt per Inquiſitionem quod predictus Gilbertus nullam moleſtiam predicto Rogero fecit, Conſideratum eſt, Quod predictus Rogerus amittat de cetero actionem ſuam verſus predictum Gilbertum quoad predictam tranſgreſſionem quam eidem Gilberto malicioſe inpoſuit.

Et modo ven' predicti Rogerus et Gilbertus, Et idem Rogerus queritur, Quod in recordo iſto manifeſtiſſimus Error intervenerit, in hoc quod conſider' fuit, Quod idem Rogerus amitteret actionem ſuam verſus predictum Gilbertum de quadam tranſgreſſione eidem Rogero per prefatum Gilbertum facta, et prout idem Gilbertus in querela ſua predicta quam verſus eum narravit expreſſe cognovit, et de qua tranſgreſſione idem Rogerus nunquam emendas aliquas habuit, nec verſus eum uncquam in aliqua Curia ad predictam tranſgreſſionem convincend' profecutus fuit. Et ſimiliter in eodem judicio erratum fuit, in hoc quod conſideratum fuit, quod idem Gilbertus recuperet dampna ſua verſus eundem Rogerum, cum in nullo verſus eum deliquid &c.

Et predicti Juſticiarii et Auditores, et ſimiliter predictus Gilbertus, dicunt, Quod intendunt quod in recordo et proceſſu predictis bene proceſſum eſt; Et quod judicium predictum abſque aliquo Errore redditum eſt. Et petunt, quod ſi Domino Regi et ejus Conſilio viſum

A. D. 1292. 21 Edw. I.

sit quod judicium predictum bonum sit, quod manuteneatur & affirmetur. Et si aliquis Error intervenerit, Quod judicium illud emendetur prout fuerit faciend'. Et super hoc examinato recordo predicto plenius et intellecto, quia in eodem recordo continetur, Quod predictus Gilbertus, narrando versus predictum Rogerum, cognovit se feciſſe eidem transgressionem quamdam, de qua quidem transgressione idem Rogerus nunquam aliquas emendas habuit, et ab actione cujus transgressionis prosequenda idem Rogerus per judicium predictum excluſus est; Et sic si judicium predictum suo robore staret, remaneret transgressio cognita & confessa in Curia Regis inpunita, quod esset inconveniens, Cum idem Gilbertus, ratione confessionis sue de transgressione facta prefato Rogero, potius in Curia Regis esset arestandus, quam predictus Rogerus ratione transgressionis sibi facte puniendus, De qua quidem transgressione nullas emendas prosecutus fuit; nec Justiciar' et Auditor' predicti scire potuerunt aliquo modo, si predictus Rogerus pro illa et eadem transgressione attachiare fecit predictum Gilbertum in predictis Nundinis, pro qua idem Gilbertus alibi ut supra scribitur attachiatus fuit, nisi idem Rogerus prius narrasset versus eum de aliqua transgressione sibi per prefatum Gilbertum facta; Cum per attachiamentum tantum quod querens aliquis faciat versus alium de Placito transgressionis, ita generaliter dicendo, scire non poterit de qua transgressione idem querens versus attachiatum cum illum in Curia vidit narrare voluerit; nec idem Rogerus uncquam coram Ballivis de Berewyk nisi primo attachiavit se ad sequend' versus predictum Gilbertum de aliqua transgressione narravit, ut dicitur, et prout idem Gilbertus expresse fatetur; nec idem Gilbertus uncquam in eadem Curia coram Ballivis predictis comparuit ad respond' eidem Rogero de predicta transgressione, aut aliqua alia, ratione attachiamenti predicti, et sic nullo modo scire potuerunt utrum fuit eadem transgressio vel alia: Consideratum est, Quod predictum Judicium pro predicto Gilberto per prefatos Justiciarios redditum pro nullo pronuncietur, et omnino adnulletur, et executio ejusdem totaliter suspendatur. Et Quod predictus Rogerus habeat actionem suam de predicta transgressione versus predictum Gilbertum, si sibi viderit expedire, non obstante judicio predicto. Et similiter, Quod quicquid predictus Gilbertus de dampnis sibi adjudicatis versus predictum Rogerum per judicium predictum levaverit, aut perceperit, predicto Rogero restituat &c.

A. D. 1292. 21 Edw. I.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

In Parliamento Domini Edwardi Regis de Termino Paschi' anno vicesimo primo.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

ff. N° 21. Ordinatio processus faciend' versus Regem Scotie de Querel' versus ipsum fact' in Cur' Angl'. (m. 1.)

SCIEND' est, quod ubi Dominus Rex prius mandavit Regi Scotie per Litteras suas, Quod esset coram eo in crastino Sancte Trinitatis proximo preterito, ubicumque &c. predicto Magdulpho super premissis respondsurus; nunc in instanti Brevi de Judicio eidem Regi Scotie inde dirigendo, loco verborum, Scilicet, Mandamus vobis, inserenda sunt hec verba, Adjornamus vos quod sitis coram nobis tali die ubicumque &c. ad respondend' predicto Magdulpho super premissis &c. Et ad ostendend' quare non fuistis coram nobis in prefato crastino Sancte Trinitatis, prout vobis mandatum fuit. Et quia ex querimonia predicti Magdulphi Dominus Rex accepit, quod Rex Scotie super terris et tenementis de Rereis et de Crei quoddam iniquum reddi fecit judicium contra eum; per quod presumitur quod ante judicium illud redditum, recordum et processus aliqua fieri debuissent, Mandatum est eidem Regi Scotie, quod Recordum inde et Processum habeat coram Domino Rege ad terminum supradictum, ut inspectis Recordo et Processu predictis fieri faciat partibus justicie complementum.

Et Sciend' est, quod quando aliquis Querens, vel Appellans, super falso judicio de re aliqua in Cur' Reg' Scotie sibi facto conqueratur superiori Domino, vel appellet, mandabitur in hoc casu Regi Scotie, quod Recordum et Processum loquele in Curia sua inde habite coram Domino superior' venire faciat, certo die ubicumque &c. Et si contingat, quod ad Dominum Regem Anglie tanquam ad superiorem Dominum Regni Scotie, per aliquem perveniat Appellatio sive Querimonia de re aliqua per Regem Scotie, sive per Cur' suam, eidem Conquerenti injuste, ut asseruerit, illata, propter quod Dominus superior mandaverit Regi Scotie qđ ad Cur' ipsius Domini superioris ad diem certum inde veniat respondsurus; ad quem diem Rex Scotie a casu contigerit absentare, et in proximo die sequenti sibi per superiorem Dominum prefixo cum comparuerit contumaciam diei precedentis purgare non possit, Concordatum est, quod idem Rex Scotie amittat cognitionem Querele principalis, Et insuper sit in misericordia Domini superioris ad voluntatem ipsius Domini. Et hoc idem fiet si non venerit secundo die contumaciam primi diei purgaturus, Querenti respondsurus.

Cumque etiam idem Rex Scotie in Cur' superioris Domini juri pariturus venerit, contumaciam suam in casu predicto purgare non potens, propter quod cognitio Querele principalis Domino Regi debeat remanere, Ac Rex Scotie sibi imposita super principali negaverit, vel tanquam indefensus teneatur, unde opportuerit habere verificationem; Concordatum est, Quod verificatio admittatur, et fiat per Inquisitionem patrie, per sacramentum proborum et legalium hominum de visneto ubi facta fuerit transgressio, vel alio modo secundum Consuetudinem Curie Anglicane, aut per legitima documenta. Quos quidem Juratores Inquisitionis, si Inquisitio inde fieri debeat, Vicecomes Domini Regis de Com' Norhumbr' vel aliquis alius pro voluntate ipsius Domini Regis ad hoc deputandus, venire faciat coram Domino Rege, vel alio per ipsum Dominum Regem ad hoc assignato, infra Angliam, sive infra Scotiam, ubi Domino Regi Anglie placuerit, ad faciend' Recognitionem predictam. Et Sciend', quod nullum Esson' in toto processu Regi Scotie, sive Querenti allocabitur in hoc casu, Set habeant attorn' secundum consuetudinem Curie Anglicane, si sibi viderint expedire.

Et si predictus Rex Scotie super disseisin' terrarum aut tenementorum versus predictum Magdulphum, aut alios, per processum temporis in casu consimili convictus fuerit, Consider' est, quod Appellantes seu Querentes in hoc casu recuperent inde seysinam suam, eis per Dominum Regem Anglie faciendam, una cum dampnis suis: Et Rex Scotie in misericordia Domini superioris, ad voluntatem ipsius Domini. Et preterea, iidem Appellantes seu Conquerentes cadant in homagium et dominium Domini Regis Anglie de eisdem terris & tenementis, faciendo inde eidem Domino omnes Consuetudines et servitia debita. Et similiter de omnibus aliis tenementis que habuerunt infra Regnum Scotie, eodem modo quo prius

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Regi Scotie aliquas consuetudines aut servitia facere consueverunt vel etiam facere debuerunt; Ita quod idem Rex Scotie nullum Dominium sive Jurisdictionem aliqualem, in personis et tenementis eorumdem Appellantium aut Querentium, tota vita utriusque ipsorum Reg' & Appellantium et Conquerentium optineat. Hoc idem observandum est, videlicet, Quod omnes et singuli Conquerentes, sive Appellantes, qui versus Regem Scotie de qualicumque aut quacũq; injur' per ipsum Regem aut Curiam suam eis illata justiciam in Curia Anglicana fuerint consecuti, debent se de homag', consuetudinibus, et servitiis suis Domino Regi Anglie, tanquam superiori Domino, attornare. Et eodem modo quo prius inde Regi Scotie fuerint respondentes eidem Domino superiori remaneant in omnibus intendentes, sicut superius est notatum.

Et si, a casu, Rex Scotie convictus fuerit super aliquo falso judicio, Concordatum est, Quod judicium illud rescindatur, vel revocetur, et parti Conquerenti sive Appellanti restituantur omnia dampna que sustinuerint occasione ejusdem judicii. Et misericordia vel pena quoad Regem Scotie versus superiorem Dominum sit arbitraria in hac parte.

Et si Rex Scotie super inprisonamento alicui per ipsum Regem injuste facto, de quo facere noluerit vel non fecerit justiciam Conquerenti, et Querimonia inde sive Appellatio ad superiorem Dominum pervenerit, super quo idem Rex Scotie in Curia Anglicana convictus fuerit, Querens aut Appellans in hoc casu recuperet dampna sua; Et misericordia seu pena, quoad Regem Scotie versus Dominum superiorem, sit arbitraria, sicut supra.

Et Sciend' est, Quod in omnibus premissis habeant Conquerentes sive Appellantes Protectionem Domini Regis Anglie, videlicet, quendam Custodem qui eos in personis propriis, et Familia sua, terris, et tenementis, redditibus et rebus aliis quibuscumque infra Scotiam ad ipsos spectantibus, pendente appellatione sive querimonia in Curia Anglicana, conservet, defendat, & protegat, si hoc petant. Quibus si infra hujusmodi Custodiam aliquid duritie vel injurie in lesionem protectionis predicte fuerit illatum, idem Rex Scotie, et heredes sui, homagia et dominium hujusmodi Conquerentium sive Appellantium amittant, ac Regi Anglie, tanquam Domino superiori, et heredibus suis, remaneant in perpetuum. Et nihilominus Rex Scotie in pena vel misericordia, sicut supra.

(Dors.) REGI Scotie Salutem. Cum nuper, dum eramus apud Berewyk, dedissemus Venerabili Patri W. Episcopo Sancti Andree, et Sociis suis Custodibus Regni Scotie, in mandatis, ut de terris & tenementis Magdulphi filii Malculmi, quondam Comitis de Fyff, de Rereys et de Crey, de quibus per predictum Episcopum tunc Custodem Com' de Fif' conquerebatur se esse deforciatum injuste, sibi justiciam exhiberent; et demum juxta formam mandati nostri predicti, per considerationem predictorum Custodum, seysinam terrarum & tenementorum hujusmodi recuperasset, Vos de eisdem terris & tenementis, injuste & sine judicio, disseisivistis eundem, in ipsius dampnum non modicum et gravamen: Et ne jus suum prosequeretur ulterius, fecistis eundem carcerali Custodie mancipari; Et tandem super dictis terris et tenementis quoddam iniquum reddi judicium contra eum. Cumque postmodum a Carcere liberatus, vos requisivisset instanter & pluries quod ipsum in jure suo curaretis audire, Et, super petitione sua quam faciebat de predictis terris et tenementis, sibi facere jus et justicie complementum, offerens se paratum docere de predicto jure suo per litteras et alia legitima documerta, Vos omnia illa sibi contra jus & justiciam facere recusastis, ut dicit. Propter que, predictus Magdulphus a gravaminibus antedictis, Necnon et a predicto judicio tanquam ab iniquo ac a juris defectu seu juris denegatione per vos sibi factis, ad Nos ut ad superiorem ipsius Regni Scotie dominum appellavit; petens & supplicans per Nos in vestri defectum sibi justiciam exhiberi, secundum quod ratione superioris Dominii quod in eodem Regno habemus ad Nos dinoscitur pertinere. Verum cum justa petentibus non sit denegandus auditus, propter quod alias Vobis mandaverimus per Litteras nostras, quas penes vos habere credimus, quod esseris coram Nobis in crastino Sancte Trinitatis proximo preterito, ubicumque tunc fuissemus in Angl', prefato Magdulpho in premissis responsuri, et in dicta causa Appellationis prout justum fuisset processuri, facturi, & recepturi, quod justicia suaderet: Vos coram Nobis ad prefatum terminum non venistis ad premissa facienda, juxta formam mandati nostri Vobis prius inde directi, de quo miramur non modicum et movemur. Et ideo adjornamus Vos Quod sitis coram Nobis, a die Sancti Michaelis in XV dies, ubicumque tunc fuerimus in Angl', prefato Magdulpho super premissis responsuri, et in dicta causa prout justum fuerit processuri, facturi, et recepturi, qđ justicia suadebit: Et ad ostendend' quare non fuistis coram Nobis in prefato Crastino Sancte Trinitatis, prout vobis mandatum fuit. Et quia, sicut dictus Magdulphus asseruit, quod Vos super dictis terris et tenementis quoddam iniquum reddi fecistis Judicium contra eum, per quod presumitur quod judicium illud redditum recordum & processus aliqua inde debuissent procedi, Vobis mandamus, Quod Recordum & Processum illa, cum omnibus ipsa contingentibus, coram Nobis ad prefatum terminum habeatis, ut eisdem Recordo et Processu inspectis fieri faciamus partibus quarum interest justicie complementum. Et habeatis ibi hoc Breve. Teste G. de Thornton &c.

A. D 1293. 21 Edw. I.

Recordum missum Coram Domino Rege & ejus Consilio per Johannem de Berewyk & Socios suos Justic' Itinerantes in Com' Kanc'.

Kanc' ff. Recordum missum Regi per J. de Berwyck de Itinere Kanc' de contentione inter Archiepiscopum Dublin' et Episcopum Elien'.

JOHANNES Archiepiscopus Dublin' et Willms Episcopus Elyens' in veniendo de Cantuar' de festo Consecrationis Willi Bathon' & Wellens' Episcopi hospitati fuerunt in Villa de Neuton. Et cum quidam de familia predicti Archiepiscopi lusissent in regia strata, juxta Hospitium ubi predictus Archiepiscopus hospitatus fuit, venit quidam Garcio de familia dicti Episcopi Elien' transiens per familiam ipsius Archiepiscopi equitando quemdam Equm: Et quem quidem Garcionem ipsi de familia predicti Archiepiscopi prostraverunt de Equo predicto, et ipsum verberaverunt, et maletractaverunt. Quod quidem factum videns quidam Robertus le Wayte, vigilator ipsius Episcopi, cornavit post Socios suos et alios de familia ipsius Episcopi, Ita quod viginti & quinque homines de familia ipsius Episcopi exierunt ab Hospitio cum arcubus et sagittis, et insultum dederunt predictis hominibus de familia predicti Archiepiscopi. Quibus predicti homines de familia ejusdem Archiepiscopi resistebant, et inter se interpugnaverunt, Ita quod ipsi de familia predicti Episcopi per vim fugarunt omnes de familia ejusdem Archiepiscopi ad Hospitium ejusdem. Et cum ingressi fuissent Portam ubi hospitati fuerunt, ipsam clauserunt, quodam Waltero de Polstede cissore ipsius Archiepiscopi deforis existente; quem quidam Ricardus de Notingham, unus de familia predicti Episcopi, sagittavit quadam sagitta, unde XVII die post inde obiit. Et omnes predicti viginti et quinque de familia predicti Episcopi, quorum nomina ignorantur, excepto Ricardo de Notingham simul cum Roberto le Wayte, statim post factum redierunt ad Hospitium predicti Episcopi a quo exierunt. Et postea in crastino, in aurora diei, predictus Episcopus recessit a predicta Villa de Neuton, simul cum omnibus predictis viginti et quinque, excepto predicto Ricardo de Notingham qui statim post factum fugit.

Et quia compertum est per Rotulos Coron' et per XII Jur' quod predictus Robertus le Wayte, et alii de familia predicti Episcopi, quorum nomina ignorantur, et

de

A. D. 1293. 21 Edw. I.

de nominibus quorum non poteſt inquiri per aliquos de Hundredo iſto, eo quod extranei, et fuerunt in forcia et auxilio ubi predictus Walterus occiſus fuit, et quod exierunt ab Hoſpitio ejuſdem Epiſcopi tanquam familiares et de manupaſtu ejuſdem, et poſt predictam feloniam factam redierunt et cum ipſo abierunt, ut predictum eſt; Et Vic' teſtatur quod idem Epiſcopus nihil habet in Comitatu iſto per quod poteſt attach', Ideo preceptum eſt Vicecomitibus London' qđ attach' eum &c. quod ſit apud Grenewycum die Mercurii prox' poſt feſtum Sancti Andree Apoſtoli ad reſpondend' &c.

Poſtea ad diem illum venit predictus Epiſcopus, Et dictum eſt ex parte Reg' qđ certificet Juſtic' de nominibus Famulāciū qui ſecum venerunt in predicta Villa de Neuton, excepto Ricardo de Notingham. Qui quidem Epiſcopus dicit, Quod ipſe eſt menbrum Sancte Eccleſie, Et quod non licet ei aliquos in tali caſu accuſare, eo quod cedere poſſet in crimine ſanguinis &c.

Et iterum dictum eſt ex parte Domini Regis, Quod certificet eoſdem Juſtic' de nominibus Seneſcalli & Mareſcalli ſui qui tunc ſecum fuerunt in predicta Villa de Neuton. Et eodem modo quo prius reſpond'.

Et iterum requiſitus ſi omnes qui tunc ſecum fuerunt in predicta Villa adhuc ſunt ſecum necne; Dicit, quod ignorat.

Et quia compertum eſt, Quod predictus Robertus le Wayte, ſimul cum aliis de Familia ipſius Epiſcopi qui fuerunt in vi & auxilio predicte mortis, poſt factum redierunt ad Hoſpitium predicti Epiſcopi de quo exierunt; Et in craſtino cum eodem Epiſcopo abierunt; Et de nominibus eorum non poteſt per homines iſtius Com' inquiri, Et idem Epiſcopus prefatos Juſtic' de nominibus eorumdem, Nec de nominibus Seneſcalli et Mareſcalli, non vult certiorare; Datus eſt ei dies coram Domino Rege apud Weſtm', die lune in Craſtino Sancti Nicholi, per manucaptionem, videlicet Radulphi de Sandewyk, Magiſtri Ricardi de Abyndon, Petri de Lekeburn, Sim' de Elleſworth, Willi Howard et Ricardi de Goſefeld. Ad quem diem venit predictus Epiſcopus coram Domino Rege et ejus Conſilio.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Et quia Juſticiarii predicti Iter ſuum in Com' Kanc' predicto jam terminaverunt et clauſerunt, Nec prefatus Epiſcopus juxta legem et conſuetudinem Regni de receptamento Hominum ſuorum qui fuerunt in forcia et auxilio ad predictam feloniam faciend', prout ſuperius preſentatum eſt, tenetur reſpondere, priusquam principalis fcor illius felonie de felonia illa; Et ſimiliter alii qui fuerunt in forcia et auxilio de illis fortia et auxilio debito modo convincantur; Dictum eſt per Dominum Regem prefato Epiſcopo, Quod inveniat bonos manucaptores qui eum manucapiant, ut habeant corpus ejus ad reſpond' de receptamento predicto, ubi, & quando debebit, & Domino Regi placuerit &c.

Et ſuper hoc Rogerus le Eſtraunge, Wills le Latimer, Robertus Malet, Petrus de Chauuent, Gocelinus de Baddeleſmere, Oſbertus de Spaldington, Sim' de Elleſwrth, et Will' de Carleton manuceperunt eundem Epiſcopum Elyenſ' in forma predicta &c.

Placita coram ipſo Domino Rege & Conſilio ſuo ad Parliamentum ſuum poſt Feſtum Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi viceſimo primo.

Scoc' ff. N° 22. Placitum inter Johannem Regem Scotie et Magdulphum. (m. 2.)

DOMINUS Rex mandavit Vicecom' Norhumb' per Breve ſuum, Quod cum ex gravi querimonia Magdulphi filii Malcolmi Comitis de Fiff' acceperat, Quod cum idem Dominus Rex nuper, dum erat apud Berewyk ſuper Twedam, dediſſet Venerabili Patri W. Epiſcopo Sancti Andree et ſociis ſuis Cuſtodibus predicti Regni Scotie in mandatis, ut de terris et tenementis Magdulphi predicti de Rerys de Crey, de quibus per dictum Epiſcopum tunc Cuſtodem Comitatus de Fiff' conquerebatur ſe eſſe deforciatum injuſte, ſibi juſticiam exhiberent: Et demum, juxta formam mandati predicti, per conſiderationem predictorum Cuſtodum ſeyſinam terrarum & tenementorum hujuſmodi recuperaſſet, Johannes Rex Scotie de eiſdem terris & tenementis injuſte diſſeiſ' eundem, in ipſius dampnum non modicum et gravamen. Et ne jus ſuum proſequeretur ulterius, fecit eundem carcerali Cuſtodie mancipari; Et tandem ſuper dictis terris et tenementis quoddam iniquum reddi judicium contra eum: Et cum poſtmodum a carcere liberatus predictum Regem requiſivit inſtanter et pluries, quod ipſum in jure ſuo curaret audire; Et ſuper petitione ſua quam faciebat, de predictis terris et tenementis ſibi facere jus & juſticie complementum, offerens ſe paratum docere de predicto jure ſuo per litteras et alia legitima documenta; Idem Rex, omnia illa ſibi contra jus & juſticiam denegando, facere recuſavit.

Propter quod mandatum fuit Vicecomiti predicto, Quod predicto Regi Scotie litteras Domini Regis in propria perſona ſua deferret, ſufficienti teſtimonio ſecum adhibito, de adjornando ipſum Regem eſſendi coram Domino Rege ad hunc diem, ad reſpondend' predicto Magdulpho ſuper premiſſis, et ad faciend' & ad recipiend' ulterius qđ juſticia requireret: Et modo venit predictus Rex, et predictus Magdulphus. Et idem Magdulphus queritur, Quod cum coram Epiſcopo predicto et ſociis ſuis Cuſtodibus Regni Scotie, ſeiſinam de terris et tenementis predictis recuperavit, prefatus Rex de eiſdem terris et tenementis injuſte diſſeiſ' eundem.

Et ne jus ſuum ulterius proſequeretur contra eum, fecit eum incarcerari, et contra vadium et pleg' in Carcere detineri: Et contra ipſum ſic incarceratum ſuper dictis terris et tenementis quoddam falſum judicium reddi fecit.

Et cum poſtmodum a carcere predicto liberatus fuiſſet, Requiſivit ipſum Regem inſtanter et pluries, quod ipſum in jure ſuo curaret audire, et ei juſticiam in Curia ſua exhibere ſuper premiſſis: Quod quidem predictus Rex Scotie eidem denegando juſticiam totaliter facere recuſavit, in contemptum Domini Regis Anglie ſuperioris Domini Reg' Scotie decem mille marcarum, Et ad dampnum ſuum ſeptem centum marcarum: Et hoc paratus eſt probare ſicut Cur' conſider' &c.

Et Johannes Rex Scotie venit et defend' omnem Contemptum Domini Regis Domini ſui; Et dicit, Quod non habet diem hic ad reſpond' prefato Magdulpho de aliquo &c.

Et idem Magdulphus dicit, Quod predictus Rex Scotie habet diem hic ad hunc diem ad reſpondend' ſibi Magdulpho, per adjornamentum ſibi factum per Breve Domini Regis: Quod quidem Breve ſibi liberatum fuit per

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Vicecom' Northumbr' apud Stryvelyn in craſtino Sancti Petri ad Vincula. Quod ſatis conſtare poteſt per returnum Vicecomitis predicti.

Et Rex Scotie queſitus ſi hujuſmodi Breve Domini Regis ſibi ex parte Domini Regis per Vicecomitem predictum liberatum fuit, Dicit quod ſic. Et quod ſemper paratus eſt, et erit, Brevia et Mandata Domini Regis ut Domini ſui admittere. Et ideo dictum eſt ei, quod ipſe retornet Breve illud, prout in Brevi illo plenius continetur.

Qui dicit, quod Breve illud ad manum non habet, ſet illud tradidit Cancellario ſuo in partibus ſuis.

Qui quidem Cancellarius ſuper hoc per ipſum Regem Scotie examinatus, Dicit quod illud non habet; Et ſi illud invenire poſſet, libenter illud Domino ſuo redderet.

Et quia idem Rex Scotie bene cognoſcit quod Breve illud admiſit, per quod adjornatus fuit hic ad hunc diem ad reſpondend' prefato Magdulpho, Dictum eſt eidem Regi, quod prefato Magdulpho reſpondeat.

Et Rex Scotie dicit, Quod ipſe eſt Rex Regni Scotie, nec predicto Magdulpho ad querelam ſuam, nec de aliquo Regnum ſuum contingente, auſus eſt reſpondere ſine Conſilio proborum hominum Regni ſui.

Et prefatus Magdulphus petit Judicium de ipſo Rege, tanquam de indefenſo; ex quo preſens eſt in Cur' Regis per adjornamentum ei factum per Breve Domini Regis, quod cognovit ſe recepiſſe, Nec aliquid ei reſpondet.

Et ſuper hoc dictum eſt eidem Regi Scotie per Dominum ſuum Regem Anglie, Quod idem Rex Scotie eſt homo ſuus ligius de predicto Regno Scotie, de quo fecit ei homagium & fidelitatem; Et eſt coram eo hic adjornatus quod reſpondeat, vel dicat quare nolit vel non debeat hic coram eo reſpondere.

Et idem Rex Scotie dicit ſicut prius dixit, qd de aliquo Regnum ſuum contingente non eſt auſus, nec poteſt, hic reſpondere, inconſultis probis hominibus Regni ſui.

Et ſuper hoc, quia idem Rex Scotie dicit, quod non auſus eſt hic reſpondere inconſultis probis hominibus Regni ſui; Dictum eſt ei, quod requirat alium diem ad conſulend' ſi voluerit. Qui preciſe reſpondet, Quod nullum diem requiret, nec aliquod adjornamentum hic admittet.

Et habito ſuper hoc Conſilio et tractatu diligenti cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Theſ' et Baronibus de Scaccario, Juſtic' et ceteris de Conſilio, Clericis, et Laycis, tunc ibi preſentibus; Concordatum eſt, Quod Cognitio querele principalis remaneat Domino Regi: Et quod predictus Rex Scotie erga predictum Magdulphum remaneat indefenſus.

Vacat. * 'Et quod predictus Magdulphus quoad inpriſona-
'mentum recuperet dampna ſua verſus eum per taxa-
'tionem Cur' Reg'. Et quod Dominus Rex inquirat
'ſecundum Conſuetudinem et uſagium Patrie, ſi pre-
'dictus Magdulphus ten' de quibus modo queritur ſe
'diſſeiſ' recuperavit in Cur' Reg' per judicium ejuſ-
'dem Cur' ſicut dicit, Et poſtea per Regem Scotie de
'eiſdem diſſeiſ' fuit ſicut queritur, necne.'

Et etiam quoad hoc, Quod idem Rex Scotie coram ipſo Rege dixit, Quod non auſus fuit nec potuit hic reſpondere inconſultis probis hominibus Regni ſui de aliquo Regnum ſuum tangente, Nec ad conſulend' diem petere voluit, Nec aliquod adjornamentum inde admittere, Nec aliquid oſtendere vel dicere pro ſe quare hic reſpondere non deberet, In Eluſionem et Enervationem Juriſdictionis Superioritatis Dominii ſui, et Leſionem Regie Dignitatis et Corone ſue; pro eo qd ſe modo coram Rege in Curia ſua non reſponſibilem in premiſſis ſtandi recto facit, contra hoc quod alias coram Rege in Curia ſua in petendo Regnum Scotie, et etiam in reſpondendo aliis jus vendicantibus in eodem, et etiam quibuſdam jus vendicantibus in partem ejuſdem, reſpondit, et ibidem juſticie complementum recepit: Et ſic eſt contemptus manifeſtus, et inobedientia expreſſa; Conſideratum eſt, quod predictus Magdulphus quoad inpriſonamentum recuperet dampna ſua verſus Regem Scotie, tanquam indefenſ' ut predictum eſt, Taxand' per diſcrecionem Cur'. Et quod Dominus Rex inquirat ſecundum conſuetudinem et uſagium patrie, ſi predictus Magdulphus ten' de quibus modo queritur ſe diſſeiſ' recuperavit in Cur' Reg' per judicium ejuſdem Cur' ſicut dicit, Et poſtea per Regem Scotie de eiſdem diſſeiſ' fuit ſicut queritur, necne: Et idem Rex Scotie in miſeri- Miſericordia.
cordia.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

Et quoad Inobedientiam et Contemptum Domino Regi facta, ut predictum eſt, Quia idem Rex Scotie occaſione poſſe ſue Regalitatis premiſſa preſumpſit; et Jur' conſonum eſt, qd quilibet puniatur in eo qd ei prebet audaciam delinquendi, Conſideratum eſt ſimiliter Quod tria principalia Caſtra Regni ſui Scotie, cum Vill' in quibus eadem Caſtra ſita ſunt, cum Juriſdictione Regali in eiſdem, ſeiſiantur in manum Domini Regis, et ſeiſ' remaneant quouſque de Contemptu & Inobedientia predictis eidem Domino Regi ſatisfecerit.

Poſtea venit predictus Rex Scotie ante pronunciationem predicti Judicii coram Domino Rege et Conſilio ſuo, et fecit Domino Regi quamdam ſupplicationem ore ſuo proprio, per verba ſubſcripta. Et eadem verba in quadam cedula ſcripta per manum ſuam porrexit &c.

Sire, jeo ſuy Voſtre Homme du Realme de Eſcoce, e Vus pri q̃ de ceo q̃ Vous me auez mys adeuaunt q̃ touche les Genz de mon Realme auſi cum a mey, voillez mettre en ſuffraunce ieſkes taunt q̃ jeo ey a eus parle, q̃ jeo ne ſey ſuppris par defaute de Conſeil, deſi cum les genz q̃ cy ſunt od mey ne me volent ne oſent conſeiller ſaunz autres du Realme. Et quant jeo me aueray a eus conſeille, jeo Vous reſpoundiray a Voſtre primer Parlement apres Paſkes le Conſeil q̃ il me aueraunt donez, e fray enuers Vous ceo q̃ fere deueray.

Et Dominus Rex, habito ſuper hoc Conſilio ad rogatum predictum predicti Regis Scotie, Et etiam ad inſtantiam Procerum et Magnatum de Conſilio ſuo, ex gratia ſua ſpeciali, et ſimiliter de Conſenſu predicti Magdulphi, Conceſſit ipſi Regi Scotie ſupplicationem ſuam predictam: Et diem ei dedit ad Parliamentum ſuum poſt Paſch', videlicet in craſtino Sancte Trinitatis &c. in omnibus in eodem ſtatu quo nunc.

Idem dies datus eſt prefato Magdulpho &c.

Et per ipſum Dominum Regem Anglie dictum eſt prefato Regi Scotie et injunctum, quod habeat ad prefatum terminum predicta Brevia que cognovit ſe recepiſſe, ut ſupradictum eſt &c.

Et Sciend' quod predicta Proceſſus et Recordum per manum Gilberti de Roubyry liberantur Gilberto de Thorneton et ſociis ſuis, ut coram eis in eiſdem procedatur, et partibus fiat juſticia, prout de jure et ſecundum Conſuetudinem Regni fuerit faciend'. Ideo queratur ibi ſi neceſſe fuerit reſiduum, Et id quod deeſt in Loquela predicta uſque judicium finale &c.

* This paragraph is croſſed with a line, and not tranſcribed in the Vetus Codex.

A.D. 1293. 21 & 22 Edw. I.

De Parliamento anno R. E. fil' Regis H. xxi. incipiente S'c'do.

A.D. 1293. 21 & 22 Edw I.

ff. N° 23. Petitio Johannis Regis Scotie de terris de Tyndale. Et Transcriptum cujusdam Carte de terris illis, & aliis in Regno Anglie. (m. 3.)

JOHANNES Rex Scotie alias supplicavit Domino Regi, Quod sibi Terras et Tenementa cum Pertinen' de quibus Alexander, ultimus Rex Scotie, Antecessor ipsius Johannis, fuit seysitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit infra Regnum Anglie, videlicet, Terras de Tyndale, Penreth, & Soureby, redderet ut vero et propinquiori Heredi prefati Alexandri. Propter quod per Breve Domini Regis mandatum fuit Thome de Normanvill, Escaetori Domini Regis ultra Trentam, Quod diligentem inde faceret Inquisitionem, et eam Domino Regi retornaret sub sigillo suo et sigill' eorum per quos facta fuerit, prout moris est in Cur' Reg'. Per quam Inquisitionem sic captam, et in Parliamento Domini Regis post Pasch', anno Regni sui vicesimo primo, retornatam, Compertum fuit, Quod prefatus Alexander Rex Scotie fuit seysitus in dominico suo ut de feodo, die quo obiit, de predictis Terris et Tenementis cum Pertinen', Et quod predictus Johannes est Heres ejus propinquior, et plene etatis: ob quod Nuncii & Attornati prefati Johannis Reg' instanter petierunt seysinam predictorum Tenementorum Domino suo liberari et reddi, juxta formam Inquisitionis retornat'.

Et super hoc venit coram Domino Rege et ejus Consilio Johannes de Hastinges, dicens se esse unum heredum prefati Alexandri, Et petiit propartem suam dictorum Tenementorum sibi contingentem de Terris & Tenementis predictis sibi liberari, ut uni heredum prefati Alexandri. Ita quod per Dominum Regem preceptum fuit tam prefato Johanni de Hastinges quam Nunciis et Attornatis prefati Johannis Regis, Quod in crastino venirent coram Cancell' & Justic' de utroque Banco in Cancellaria, et ibidem ꝛones suas proponerent, et ibidem fieret eis justicia, prout de jure et secundum consuetudinem Regni fuerit faciend'.

Ad quem diem Nuncii et Attornati prefati Johannis Regis coram Cancell' & Justic' venerunt. Et prefatus Johannes de Hastinges solempniter et pluries vocatus, non venit, nec aliquem pro se aut nomine suo misit.

Et iidem Nuncii et Attornati supplicarunt, Quod ex quo nulla mentio facta fuit de predicto Johanne de Hastinges in Inquisitione capta, Nec idem Johannes clamium quod appposuit prosecutus fuit, qd seysina Terrarum et Tenementorum predictorum Domino suo liberaretur; dicentes eundem Dominum suum prefato Johanni de Hastinges, et alii cuicumque in predictis tenementis aliquid petere volenti, in Cur' Regis prout debuerit libenter velle respondere.

Dixerunt etiam, quod licet prefatus Johannes de Hastinges aliquid in predictis Terris de Tyndale forte petere posset ut particeps hereditatis predicti Alexandri, Tamen in predictis Terris de Penreth et de Soureby cum pertinen' nichil petere potuit; Eo quod Terre et Tenementa illa tantummodo data fuerunt cuidam Alexandro Regi Scotie, Antecessori Domini sui, et Heredibus suis Regibus Scotie, et non simpliciter sibi et Heredibus suis. Propter quod nullus Heredum predicti Alexandri in terris et tenementis illis aliquid petere potest, nisi tantummodo Dominus suus, ex quo Rex est Scoc'.

Et iidem Nuncii et Attornati, quesiti si quid habent quod testatur donum predictum, Dicunt, quod ad presens nichil habent, Set quod Carta illius doni est penes Dominum suum in Regno suo Scoc', et ad citius qd poterint illam Domino Regi deferrent, et monstrabunt si sibi placuerit et Consilio suo.

Et quia predictus Johannes de Hastinges clamium quod appposuit non prosecutus fuit, licet pluries et solempniter fuisset vocatus: Et per Inquisitionem de Terris de Tyndale captam compertum est, quod predictus Alexander, Anteceſſor predicti Johannis Regis Scotie, fuit seysitus de Terris illis in Dominico suo ut de feodo, die quo obiit; Et quod idem Johannes Rex est Heres ejus propinquior, nulla facta mentione de alio Herede vel aliis Heredibus ipsius Alexandri, qualitercumque prefatus Johannes de Hastinges se opposuit; Et cum idem Johannes de Hastinges, et alii Heredes si qui fuerint, recuperare suum habere poterunt, si quod habere debeant, per Breve de rationabili parte in Canc' Domini Regis, Mandatum est prefato Escaetori, Quod prefato Johanni Regi Scotie seysinam terrarum de Tyndale cum pertin' plenar' faciat habere: Salvo jure Domini Regis et alterius cujuscumque &c. Ita quod idem Rex Scoc' inde Homagium suum faciat Domino Regi in quindecim dies Sancti Michaelis, ubicumque &c. ad quod Homagium tenetur, prout per Inquisitionem de Terris illis captam compertum est.

Et quoad Terras de Penreth et Soureby cum Pertinen' &c. eo quod prefati Nuncii & Attornati asserunt terras illas per donum et factum speciale in seysin' Regum Scoc' deveniſſe; Ideo remaneant terre ille in manum Domini Regis usque terminum predictum. Et tunc deferratur Domino Regi Carta per quam &c.

Ad quem diem venit predictus Rex Scoc' et protulit quoddam scriptum in hec verba:

Sciant presentes & futuri quod ita convenit in presentia venerabilis patris Domini E. T. T. Sancti Nichi in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, et tunc Apostolice sedis Legati, apud Eborum, inter Dominum Henricum Regem Anglie, et Dominum Alexandrum Regem Scott' super omnibus Querelis quas idem Rex Scott' moverat, vel movere poterat, contra dictum Regem Anglie, usque ad diem Veneris proxim' ante festum Sancti Michaelis, anno gratie M° CC° XXXVII°, scilicet, super Comitatibus Norhumbr', Cumbr', Westmerl', quos idem Rex Scott' petiit sicut hereditatem suam a dicto Rege Angl': Et preterea de quindecim milibus Marcis Argenti, quas illustris Rex Johannes, pater predicti Henrici Regis Anglie, receperat a Domino Willmo quondam Rege Scott' patre predicti Alexandri Reg' Scott' pro quibusdam Conventionibus inter dictos Reges initis, que a dicto Rege Johanne non fuerant observate, ut idem Alexander Rex Scott' dicebat: Et de Conventionibus factis inter dictum Henricum Regem Anglie & dictum Alexandrum Regem Scott' super matrimonio contrahendo inter eundem Henricum Regem Anglie & Margeriam sororem dicti Alexandri Regis Scott' quod ex parte dicti Regis Anglie non fuit observatum, sicut idem Rex Scott' dicebat: Et de omnibus aliis Querelis quas dictus Alexander Rex Scott' movit, vel movere potuit, pro se vel pro antecessoribus suis, contra dictum Regem Anglie, usque ad terminum predictum; Videlicet, quod dictus Alexander Rex Scot' remisit et quietum clamavit, pro se et heredibus suis, dicto Henrico Regi Anglie et heredibus suis in perpetuum, dictos Comitatus Norhumbr', Cumberl', et Westmerl', et totam predictam Pecuniam, et omnes Conventiones factas inter predictum Johannem Regem Anglie et predictum Willm Regem Scott' super conjugiis faciend' inter predictum Henricum Regem Anglie, vel Ricardum fratrem suum, & Margaretam vel Isabellam sorores predicti Alexandri Regis Scott': Et similiter Conventiones factas inter dictum Henricum Regem Anglie et dictum Alexandrum Regem Scott' super matrimonio contrahendo inter ipsum Henricum Regem Anglie et Margeriam sororem dicti Alexandri

A. D. 1293. 21&22 Edw I.

xandri Regis Scott'. Pro hac autem remiſſione et quieta clamantia predictus Henricus Rex Anglie dedit et conceſſit dicto Alexandro Regi Scott' ducentas libratas terre in predictos Comitatus Norhumbr', et Cumberl', ſi predicte ducente librate terre in ipſis Comitatibus extra Villas ubi Caſtra ſita ſunt poſſint inveniri: Et ſi quid inde deficerit, ei perficietur in locis competentibus et propinquioribus dictis Comitatibus Norhumbr', & Cumberl': Habend' & tenend' et in dominico retinend' eidem A. Regi Scott' et heredibus ſuis Regibus Scott' de dicto Henrico Rege Anglie et heredibus ſuis; Reddendo inde annuatim unum Oſturũ Sorũ ipſi Regi Anglie et heredibus ſuis apud Karleol' per manum Conſtabular' Caſtr' Karl' quicumque fuerit, in feſto Aſſumptionis beate Marie, pro omnibus ſervitiis, conſuetudinibus, et aliis demand' que pro eiſdem Terris exigi poſſint, ita libere quod predicti Rex Scott' & heredes ſui habeant et teneant dictas terras et homines dictarum terrarum, cum omnibus Libertatibus et liberis Conſuetudinibus et quietantiis ſuis, in boſco et plano, in pratis & paſturis, in aquis et molendinis, in viis et ſemitis, in ſtagnis et vivariis, in mariſcis et piſcariis, cum Soc & Sac, Tol & Theam, Infangenethef, Utfangenethef, Hamſocn', Gridbrech, Blodwyte, Flitwyte, Ferdwyte, Hengwyte, Leyrwyte, Flemenesfryth, Murdro & Latrocinio, Forſtal, infra tempus & extra tempus, et in omnibus locis. Et quod ipſe Rex Scott' et heredes ſui, et omnes homines ſui de predictis terris, ſint liberi et quieti ab omni Scotto, Geldo, et omnibus auxiliis Vicecomitum et omnium Miniſtrorum ſuorum, et de Hidagio, Carucagio, Danegeld, Horngeld, Exercitibus, Wapentac', Scutag', Tallag', Leſtagiis, Stallagiis, Schiris, Hundr' Warda, Wardepeny, Hauerpeny, Hundredeſpeny, Borchhafpeny, Thethyngpeny, et de operibus Caſtellorum, Parcorum, Pontium, Clauſturis, et omñi Careio, Summagio, Navigio, et de domuum Regalium edificatione, et omnimoda operatione. Et quod predicti Rex Scott' et heredes ſui habeant omnia Animalia que dicuntur Wayf, inventa in predictis terris, niſi aliquis ea ſecutus fuerit qui poſſit et velit probare quod ſua ſint. Conceſſum eſt etiam a dicto Rege Anglie, Quod omnia Placita que in dictis Terris de cetero emergent, et que coram Juſtic' in Banco vel coram ipſo Rege Anglie in Itinere ſuo, teneri conſueverunt, de cetero placitentur in Cur' ipſius Regis Scott' et heredum ſuorum infra predictas terras, et ibi terminentur per Ballivos ipſorum Reg' Scott' et heredum ſuorum, per returnum Brevis ipſius Reg' Angl' et heredum ſuorum, quem Vicecomites ipſorum eiſdem Ballivis habere facient, Si placita illa ibi per legem Anglie teneri & terminari poſſint. Et placita, que ibi coram predictis Ballivis per legem terre terminari non poterunt, coram Juſticiariis dicti Regis Angl' et heredum ſuorum Itinerantibus, ad primas Aſſiſas infra Comitatus in quibus terre ille fuerint teneantur & terminentur, in primo Adventu ipſorum Juſticiariorum, priuſquam aliqua alia placita teneantur, ſecundum quod juſtum fuerit, preſente Seneſcallo dicti Regis Scott' et aſſidente tanquam Juſticiario ad illa placita tenenda: Ita quod Ballivi vel homines ipſius Regis Scott' de predictis Terris pro nulla ſummonitione vel aliquo placito exeant Comitatus in quibus predicte Terre fuerint. Si qua vero terra aſſignata fuerit dicto Regi Scott' de predictis ducentis libr' terre infra metas Foreſte, nullus Foreſtarius Reg' Angl' intrabit eandem terram ipſius Reg' Scott' ad manducand' vel hoſpitand' vel aliquid aliud exigend' niſi tantum pro Attachiamentis faciend' de Placitis ad Foreſtam ſpectantibus; Et hoc per viſum Ballivi ipſius Regis Scott' ſi requiſitus intereſſe voluerit. Placita vero Corone cum in predictis terris emerſerint, attachientur per Ballivum et Coronatores Regis Angl' preſente Ballivo Regis Scott' ſi requiſitus venire voluerit. Et placitentur & terminentur eadem Placita coram Juſticiariis itinerantibus et predicto Seneſcallo, ad primam aſſiſam, ſicut predictum eſt de aliis placitis; ubi ſi aliquis hominum ſuorum de predictis terris convictus fuerit de felonia, poſt judicium factum fiat juſticia per Ballivos et homines ipſorum Reg' Scott' et heredum ſuorum. Ita tamen, quod non licebit dictis Regi Scott' vel heredibus ſuis remittere alicui indictato penam ei debitam, ſecundum legem terre, nec heredibus dampnatorum terram per feloniam perditam reddere; Nec etiam amerciamenta remittere hiis qui amerciati fuerint pro quocumque forisfacto. Omnia etiam Amerciamenta & Eſchaeta et Proventus de predictis terris, tam de anno & die dicti Reg' Angl' et heredum ſuorum, tam de terris per feloniam forisfactis quam de omnibus aliis exitibus, tam de placitis Foreſte, quam de omnibus aliis placitis homines predictarum terrarum contingentibus, remaneant ipſis Regi Scott' & heredibus ſuis in perpetuum.

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

Et ſi forte contingat aliquo tempore, ipſos Regem Scott' vel heredes ſuos implacitari de predictis terris, vel de aliqua parte earumdem, dictus Rex Anglie, et heredes ſui, eaſdem terras ſicut illas ei dedit ipſis Regi Scott' et heredibus ſuis warantizabit & defendet in perpetuum: Ita quod propter illud placitum non oportebit ipſos Regem Scott' et heredes ſuos ad Curiam Reg' Angl' accedere, ut inde alicui reſpondeant. Et dictus Rex Scott' fecit dicto Henrico Regi Angl' homagium ſuum (Dorſ.) de predictis terris, et fidelitatem ei juravit. Scripta vero vel Inſtrumenta ſuper predictis Maritagiis & Conventionibus a predicto Johanne quondam Rege Anglie, ſive a predicto Henrico Rege Angl' et a predicto Willmo quondam Rege Scott', vel a dicto Alexandro Rege Scott', confecta, debent hinc inde reſtitui: Eo ſalvo quod ſi in ipſis Scriptis vel Inſtrumentis aliqua capitula negotium preſens non tangentia inveniantur, que alterutrius Regis utilitatem continuant, debent predicta Capitula . . utriuſque Reg' litteras innovari. Similiter autem, ſi que Carte ſuper predictis Comitatibus poterunt inveniri, Regi Angl' reſtituentur. Et ſi forte in poſterum aliqua Inſtrumenta inveniantur de predictis Comitatibus & Conventionibus que non fuerint reſtituta, viribus careant, et pro nullis habeantur. Hanc autem Conventionem fideliter tenend' in perpetuum predictus Rex Anglie fecit in animam ſuam jurare W. Comitem Warenn': Et dictus Rex Scott' ſimiliter in animam ſuam fecit jurare Walterum Comyn, Comitem de Menetheth. Et preterea idem Rex Scott' fecit Comitem Maucolũ, Comitem de Meneteth, Walterum filium Alani, Walterum Olyfard, Bernardum Fraſer, Henricum de Bailloul, G. Mareſcallum Comitem de Penbrock, H. Comitem Hereford', David Comyn, David Mareſcallum, Thomam filium Ranulphi, Willm de Forz, Johannem de Bailloul, & Henricum de Haſtinges, jurare de pace iſta tenenda in forma Litterarum patentium quas ipſi Regi Angl' inde fecerunt. Preterea, idem Rex Scott' et Barones predicti jurati poſuerunt ſe juriſdictioni Domini Pape ſub hac forma: Quod ſi dictus Rex Scott' vel dicti Barones ſui aliquo tempore contra predictum juramentum ſuum venirent, debent ſuper hoc a Domino Papa canonice coherceri. Propter quod etiam debent ipſe Rex Scott' et Barones predicti Domino Pape litteratorie ſignificare, ut hanc juriſdictionem alicui ſuffraganeorum Cantuar' Archiepiſcopi de conſenſu partium committat. Ad majorem etiam huj' pacis ſecuritatem facta eſt hec Carta inter dictos Reges in modum Cyrographi, Ita quod uterque illorum alterius parti ſigillum ſuum appoſuit. Hiis Teſtibus, Venerabilibus Patribus W. Eborum Archiepiſcopo, R. Cyceſtr' Domini Regis Angl' Cancellar', W, Carleol', W. Wygorn', et W. de Glaſgu Cancellar' prefati Reg' Scott' Epiſcopis: W. Electo Valenc', R. Comite Pictav' et Cornub', W. Comite Warenn', J. Comite Linc' Conſtabular' Ceſtr', W. Comite Albemarl', R. Comite Wynton', S. de Monte Forti, G. Mar' Com' Penbr', Com' Patric', Com' de Strathern', Comite de Levenach', Comite de Angus, Comite de Mar', Comite de Atthol', Comite de Ros, Willmo Lungeſpee, Radulpho de Thonny, W. de Ros, R. de Ros, W. de Ferrar', R. Bertram, H. Paynel, G. de Umfranvill, Amaur' de Sancto Amando, Petro de Malo Lacu, Magiſtro Petro de Burdegal', et Magiſtro Att',

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

Att', Clericis Domini Legati, Johanne filio Galfridi, H. de Vinon, Stephano de Segrave, W. de Lancaſtr', W. de Say, & R. de Gray, Thom' de Furnivall, Johanne de Lexinton, Johanne de Pleſs, Bartholomeo Pecche, Willo Gernoun, Ricardo filio Hugonis, et aliis.

Et idem Rex Scoc' in propria perſona ſua, in preſentia prefati Regis Anglie et Conſilii ſui, petiit quod terre et tenementa illa de Penreth et Soureby cum pertin' ſibi juxta tenorem ſcripti predicti liberarentur.

Et ſuper hoc idem Rex Scotie queſitus ſi aliqua alia ſcripta vel munimenta habeat, per que predicta tenementa petere velit aut poterit, vel ſi alio modo ea petat quam ſecundum formam ſcripti predicti; Manifeſte dicit, Quod alia ſcripta ſeu munimenta inde non habet, nec alio modo ea petit aut habere clamat niſi ſecundum formam et tenorem ſcripti ejuſdem.

Et quia idem Rex Scotie predictum ſcriptum Domini Henrici Regis, patris Domini Regis nunc, profert in forma predicta, ſigillo ejuſdem Domini Henrici Regis ſignatum, quod teſtatur quod terre & tenementa predicta data fuerunt predicto Alexandro Regi Scotie, Anteceſſori prefati Johannis Regis nunc, Tenenda ſibi & heredibus ſuis Regibus Scotie; Et idem Johannes Rex eſt heres ipſius Alexandri et Rex Scotie; nec idem Johannes Rex alium ſtatum clamat in terris & tenementis illis niſi juxta formam & tenorem ſcripti predicti; Ideo ſeyſina terrarum & tenementorum eorundem ſibi liberetur in forma predicta, et juxta tenorem ſcripti ejuſdem: Salvo ſemper jure ipſius Domini Regis Anglie & alterius cujuſcumque; Ita quod ſi Dominus Rex Anglie, vel heredes ſui, temporibus futuris terras et tenementa predicta cum pertinen' verſus predictum Regem Scotie aut Heredes ſuos petere voluerint, Idem Rex Scotie & heredes ſui nichil in terris & tenementis illis cum pertinen' clamare poterunt, niſi ſecundum formam & tenorem ſcripti predicti, prout idem Rex Scotie terras et tenementa illa modo petit &c.

Et idem Rex Scotie, die Veneris proxima ante feſtum Omnium Sanctorum, tam pro terris & tenementis illis quam pro terris de Tyndale, et etiam pro proparte ſua Honoris de Huntingdon ipſum Regem Scotie contingent', fecit homagium Domino Regi Anglie. Et Patricius de Graham, miles ipſius Regis Scotie, ſacramentum fidelitatis fecit eidem Regi Anglie in animam prefati Regis Scotie, de omnibus terris et tenementis predictis, et de proparte Honoris predicti cum pertinen' &c.

Et mandatum eſt Thome de Normanvill, Eſcaetori &c. Breve Domini Regis in hec verba:

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

Edwardus Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, & Dux Aquitann' dilecto et fideli ſuo Thome de Normanvill, Eſcaetori ſuo ultra Trentam, ſalutem. Sciatis quod cepimus homagium dilecti & fidelis noſtri Johannis de Balliolo, Regis Scotie, de omnibus terris & tenementis que idem Johannes tenet de nobis in capite in Angl', videlicet de terra de Tyndale, et de Maneriis de Soureby et Penreth cum pertin' que per mortem Alexandri nuper Regis Scotie, Anteceſſoris ipſius Johannis, capi fecimus in manum noſtram; Ac de proparte ſua Honoris Huntingdon. Et ei terras illas et propartem cum pertin' reddidimus, ſalvo in omnibus jure noſtro et heredum noſtrorum, Cum inde loqui voluerimus, et etiam jure alterius cujuſcumque. Et ideo vobis mandamus, Quod eidem Johanni de Terris et Proparte predictis cum pertinen' plenam ſeyſinam habere fac' in forma predicta. Teſte me apud Weſtm' xxix° die Octobris, anno regni noſtri viceſimo primo.

---

ff. REX precepit quod Querela tangens Johannem de Warenn' Comitem Surr', ſuper quadam tranſgreſſione nuper facta hominibus et Miniſtris Reg' in Com' Kanc' per prefatum Comitem et homines et Ballivos ſuos, prout per quamdam Inquiſitionem coram J. de Berewyk, et Radulpho de Sandewyco, ad hoc aſſignatis, captam compertum fuit, Continuetur uſque feſtum Sancti Hillar' coram ipſo Domino Rege, ubicumque &c. Et ſimiliter quod omnes homines prefati Comitis, qui de eadem tranſgreſſione coram prefatis Juſticiariis per prefatam Inquiſitionem indictati fuerunt, et uſque Parliamentum iſtud per Breve Domini Regis manucapti, morentur ſub eadem manucaptione in eodem ſtatu quo nunc in omnibus, uſque Feſtum Sancti Hillar' predictum, coram ipſo Rege, ubicumque &c.

---

ff. Concord' int' Bogonem de Clare & Ab'em ſ'ci Aug'tini de Briſtoll'.

AD Preces Domini Regis inter Bogonem de Clara ex parte una, et Abbatem & Conventum Sancti Auguſtini Briſtoll' ex altera, pax talis placuit utrique parti; Quod prefatus Abbas et Conventus pro vexatione redimenda, Bogoni predicto Centum Marcas ſingulis annis in feſtis Sancti Michaelis et Paſch' pro equalibus portionibus perſolvant ad vitam ſuam; Et duas Eccleſias, videlicet de Renum et Sancti Melani, et Capellam de Petreſmore, quiete et pacifice habeant et teneant in proprios uſus, ſicut ante vexationem prefatam ſecundum privilegia ſibi indulta tenuerunt &c.

De Parliamento anno xxi incipiente xxii.

ff. N° 24. De Priore de Bermondeſeye calumpniante Preſentationem ad Vicar' de Camberwell'. (m. 4.)

PRIOR de Bermundeſeye qui nunc eſt monſtravit Domino Regi, Quod cum quidam Henricus Prior de Bermundeſeye, predeceſſor ſuus inmediatus, tempore ſuo preſentaſſet quemdam Galfridum de Wytelbyri ad Vicariam de Camerwell', que eſt de advocatione dicti Prioratus; Et idem Galfridus preſentationem illam proſecutus fuiſſet, Ac antequam Inſtitutionem in Vicariam prefatam haberet, prefatus Prior predeceſſor ſuus diem clauderet extremum; Propter quod Cuſtodia dicti Prioratus, poſt mortem prefati Henrici quondam Prioris &c. ratione vacationis ejuſdem in manum Domini Regis devenit; ratione cujus cuſtodie idem Dominus Rex ad eandem Vicariam quemdam Clericum ſuum preſentavit; Que quidem preſentatio Domini Regis cedit in prejudicium et exheredationem dicti Prioratus, que eſt de advocatione ipſius Domini Regis. Et ſupplicavit quod Dominus Rex preſentationem illam velit revocare &c.

Et ſuper hoc in pleno Conſilio habito inde tractatu diligenti, Quia per recordum Cancell', Juſticiariorum, et aliorum de Conſilio, compertum eſt, Quod Dominus Rex et progenitores ſui, ratione prerogative ſue, fuerunt et ſunt in ſeiſina preſentandi ad Eccleſias, Vicarias, et alia Beneficia quecumque, ad quaſcumque domos religionis

A. D. 1293. 21 & 22 Edw. I.

ligionis seu ad Episcopatus spectantia, tempore vacationis earumdem Domorum et Episcopatuum, nomine custodie in manu sua existentium: Dum tamen idem Dominus Rex Ecclesias, Vicarias seu Beneficia illa vacua et inconsulta invenerit tempore quo hujusmodi Episcopatus seu Domus in manum suam ratione predicta seysierit.

Et quia in supplicatione dicti Prioris continetur, Quod predecessor suus ad prefatam Vicariam presentavit, et antequam presentatus ille in eadem institueretur, idem Prior predecessor diem clausit extremum; Nec dici poterit quod predicta Vicaria plena fuit & consulta tempore obitus predicti Prioris predecessoris per presentationem suam, seu tempore quo Custodia dicti Prioratus in manum Domini Regis devenit, Concordatum est, Quod Dominus Rex Presentationem suam ratione Prerogative sue, ut predictum est, ad predictam Vicariam habeat, et quod presentatus suus ad eandem admittatur; non obstante presentatione per prefatum Priorem mortuum tempore suo facta &c.

Et dictum est Episcopo Wynton' Loci Diocef' Quod ad presentationem Domini Regis ad prefatam Vicariam idoneam Personam admittat &c.

---

ff. Statutum de illis qui debent poni in Jur' & Assif'.

QUIA Dominus Rex per pupplicam et frequentem querimoniam mediocris populi sui attendens quod quamplures de Regno suo minus sufficientes ad recognitiones Juratarum, Inquisitionum, Assisarum et Attinctarum extra Comitatus proprios faciendas per Vicecomites, Ballivos suos, et Ballivos Libertatum, ditioribus et magis sufficientibus per quos rei veritas melius sciri posset parcentes, sepius et intollerabiliter fatigantur, per quod multa dispendia & incommoda quoad depauperationem populi predicti et exheredationem multorum similiter de die in diem imminent manifeste:

Idem Dominus Rex Indempnitati ejusdem populi prospiciens, ac salubre Remedium in premissis desiderans adhiberi, ad communem utilitatem, in Parliamento de termino Sancti Michaelis, anno regni sui vicesimo primo incipiente vicesimo secundo, statuit in hac parte;

Quod nullus Vicecomes, Subvicecomes, vel eorum Ballivi, Senescalli, sive Ballivi Libertatum, de cetero ponant in aliquibus Recognitionibus supradictis aliquem de Ballivis suis extra Comitatus suos proprios faciend' nisi habeat terras aut tenementa ad valenciam Centum solidorum per annum ad minus.

Nec intendit Dominus Rex per Statutum istud rescindere ultimum Statutum Westm' in quo fit mentio de Recognitoribus ponendis in Assisis & Juratis, nisi de hiis tantummodo qui extra Comitatum proprium ire debeant ad Recognitiones aliquas faciendas; Ita tamen quod infra Comitatus coram Justiciariis assignatis vel aliis Ministris Domini Regis, ad Juratas, Inquisitiones, seu alias Recognitiones capiendas non ponatur aliquis nisi habeat terras vel tenementa ad valenciam XL solidorum per annum ad minus; Et salvo similiter quod coram Justiciariis itinerantibus ad communia placita in Itineribus suis, Et etiam in Civitatibus, Burgis et aliis villis mercator' in quibus Recognitiones, Assise, Jurate seu Inquisitiones emerserint faciende super quibuscumque Civitates, Burgos seu Villas illas tangentibus, fiat prout temporibus preteritis fieri consuevit.

---

ff. De Malcolmo de Harley Escaetore, de eo quod contra debitum Officii sui seysivit quasdam terras.

MALCOLMUS de Harlegh, Escaetor Domini Regis citra Trentam, monstravit Domino Regi et ejus Consilio, Quod cum idem Malcolmus per preceptum Roberti Bathon' et Wellen' Episcopi, nuper Cancellarii Domini Regis, per mortem Roberti de Valoignes senioris seysivisset in manum Domini Regis Manerium de Rughton' simul cum aliis terris & tenementis cum pertinen' que fuerunt prefati Roberti de Valoignes; Et statim postquam terras et tenementa illa seisiverat, prefato Episcopo eadem integre per Breve Domini Regis liberavit. Qui quidem Episcopus sic de eisdem terris & tenementis cum pertin' obiit seisitus, et toto tempore suo exitus et proficua earumdem terrarum et tenementorum percepit, et similiter Executores sui per mortem suam absque hoc quod aliquid commodi seu proficui inde ad opus ejusdem Malcolmi aliquo tempore inde deveniret. Ac nuper quidam Willielmus de Valoignes, dicens se feoffatum fuisse per predictum Robertum de Valoignes de predicto Manerio cum pertinen' per longum tempus ante mortem predicti Roberti, arrain' inde quamdam Assisam nove Disseisine versus ipsum Malcolmum et Executores predicti Episcopi, coram Justiciariis ad Assisas in partibus illis capiend' assignatis, Et per ejusdem Assise recognitionem tenementa predicta, simul cum dampnis suis que se extendunt ad novies viginti et decem libr', et per judicium postea super recognitione predicta coram Justiciariis de Banco redditum, recuperavit; Et de quibus dampnis idem Malcolmus solus oneratus est.

A. D. 1293. 21 & 22 Edw. I.

Et petiit quod Dominus Rex et ejus Consilium super hoc Remedium aliquod sibi vellent providere &c. Et quod Dominus Rex de misericordia, in quam incidit ratione disseisine predicte, sibi dignetur gratiam et voluntatem suam facere &c.

Et super hoc, vocatis coram Rege et ejus Consilio Decano de Wellen' et W. de Hamelton, principalibus Executoribus dicti Episcopi, Quesitum est ab eis, si quid habeant vel dicere sciant quare predictum Escaetorem de dampnis et misericordia predictis acquietare non debent, ex quo totum proficuum terrarum et tenementorum predictorum predicto Episcopo in vita sua, et etiam ipsis Executoribus et Coexecutoribus &c. post mortem predicti Episcopi devenit &c. Et iidem Executores dicunt, Quod ex quo per predictam assisam compertum est et convictum quod ipsi nullam injuriam aut disseisinam fecerunt, qđ contra recognitionem prefate Assise non debent in aliquo onerari &c. Dicunt tamen, Quod parati sunt expectare et facere quicquid Dominus Rex et ejus Consilium in premissis ordinare voluerint &c.

Propter quod, Dominus Rex et ejus Consilium, auditis Recordo & Processu prefate Assise, quibus compertum est, Quod predictus Escaetor, postquam Manerium predictum in manum Domini Regis seysiverat, illud idem prefato Episcopo liberavit: Qui quidem Episcopus toto tempore suo illud Manerium tenuit, & Executores sui post mortem suam, quousque predictus Willms illud per prefatam Assisam recuperavit; nec potest dedici, aut sit compertum, quod aliqua proficua ejusdem Manerii tempore predicti Episcopi, seu post mortem suam, ad prefatum Escaetorem devenit, Immo totaliter prefato Episcopo et Executoribus suis: Et durum esset & inconveniens quod ille de toto dampno oneraretur cui nichil commodi devenit, seu de alieno lucro dampnum reportaret: Et licet per prefatam Assisam predictus Episcopus modo post mortem suam de injuria sua non poterit convinci, Tamen per hoc injuria illa et peccatum non emendantur aut obolentur, nec poterunt esse emendata nisi restituantur ablata; Et prefati Executores ad sufficientiam de Bonis predicti Episcopi habeant, per que Injuriam suam predictam poterunt emendare, Consentientibus predictis Executoribus, Concordatum est in pleno Consilio, Quod predicti Executores predictum Escaetorem quoad solutionem dampnorum predictorum conservent indempnem: Et idem Escaetor respondeat Domino Regi de misericordia &c.

Postea incontinenti Rex pardonavit eidem misericordiam &c.

---

ff. N° 25. De Libertate Episcopi Dunelm' capta in manum Regis per Hugon' de Cressingham et Socios suos, Et postea sibi restituta. (m. 5.)

DOMINUS Rex mandavit dilecto et fideli suo Hugoni de Cressingham. Breve suum in hec verba:

Edwardus Dei gratia Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie, dilecto et fideli suo Hugoni de Cressingham Salutem. Quia super Processu, modo, et causa, captionis Libertatum venerabilis Patris A. Dunelm' Episcopi, et Hominum suorum Ecclesiam ejusdem Episcopi Dunelm' tangentium, per vos et Socios vestros Justiciarios nostros nuper itinerantes in Com' Norhumbr'

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

Norhumbr' in manum noſtram, Quas quidem Libertates eidem Epiſcopo replegiari fecimus uſque ad quindenam Sancti Michaelis prox' futur', volumus certiorari; Vobis mandamus, quod Nos ſuper proceſſu, modo, et cauſa, captionis predicte ſub ſigillo veſtro ad diem predictum diſtincte et aperte reddatis certiores: Remittentes Nobis tunc hoc Breve, Mittenteſque inſuper ad Nos ad eundem diem aliquem de veſtris circumſpectum et ſuper premiſſis ſufficienter inſtructum, ad certiorand' Nos plenius de hoc facto. Teſte me ipſo apud Weſtmonaſterium VI die Junii, anno regni noſtri viceſimo primo.

Propter quod prefatus Hugo, juxta formam mandati predicti Domini Regis ſibi directi, Recordum et Proceſſum eadem miſit in hec verba &c.

Placita coram Hugone de Creſſingham, et Sociis ſuis Juſticiariis Domini Regis itinerantibus, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, in Com' Norhumbr' in craſtino Sancti Hillar' anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici viceſimo primo.

Norhumbr' ſſ. CUM Vicecom' hic teſtaretur, juxta formam ſtatuti Glouc', quod plures Magnates et alii in Com' iſto utuntur diverſis Libertatibus quas nondum clamaverunt hic &c. Juſtic' hic inde plenius certiorari volentes, diligenter inquiſiverunt tam per XII Jur' Corporis Com' ultra Coket quam XII Jur' Corporis Com' citra Coket &c. Qui quidem Jur' adinvicem ſociati &c. Preſentant, quod Epiſcopus Dunelm' ſolet per Ballivos ſuos obviare Juſtic' itineratur' hic in adventu ſuo infra Com' iſtum apud Chylewell, vel apud Fourſtanes, vel apud Quakendebrigge, videlicet per quam illarum partium contingeret Juſtic' venire &c. Et poſtea venire coram eis hic apud Novum Caſtrum primo die Itineris, et tam in obviatione Juſtic' quam hic, petere a prefatis Juſtic' Articulos Corone placitandos hic in Itinere &c. Et ſic fecerunt omnes Epiſcopi, predeceſſores iſtius Epiſcopi, a tempore quo non extat memoria uſque ad tempus Roberti de Inſula quondam Epiſcopi Dunelm' ultimi predeceſſoris iſtius Epiſcopi, qui in ultimo Itinere hic ab hujuſmodi petitione ſe ſubtraxit.

Et habet Cancellarium ſuum, Et per Brevia ſua, et per Juſticiarios ſuos proprios, placitat in Libertatibus ſuis Dunelm' Sadberg' et Bedlington, que ſunt infra Procinctum Com' citra Coket, et ſimiliter in Libertate ſua de Norham que eſt infra Procinctum Com' ultra Coket, omnia Placita &c.

Et habet Monetarium ſuum apud Dunelm'.

Habet etiam Coronatores ſuos infra Libertates ſuas, videlicet unum apud Sadberg', et tres in tribus Wardis Libertatis Dunelm', et unum apud Bedlington, et unum apud Norham. Et ſtatim poſt Iter finitum hic ſolet Epiſcopus per Juſticiarios ſuos apud Dunelm' placitare omnia placita Corone ejuſdem Libertatis: Et ſimiliter omnia alia placita per legem Angl' et per articulos ei liberatos &c. Et poſtea continue in aliis Libertatibus ſuis predictis &c. Habet etiam Furcas apud Dunelm' et apud Norham: Et utitur ibi Infangenethef et Utfangenethef.

Idem Epiſcopus habet Mercatum et Feriam apud Dunelm', Et ſimiliter apud Derlington, Et ſimiliter apud Norham. Et placitat apud Norham omnia placita Corone de quindena in quindenam, vel de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas, pro voluntate ſua. Et ponit Homines in exigend' et eos facit exigi de ſex ſeptimanis in ſex ſeptimanas, quouſque fuerint utlagati ſi non comparũerint &c. Et ſi utlagati redierint, idem Epiſcopus pro voluntate ſua concedit eis pacem ſuam &c.

Idem Epiſcopus de novo levavit Warennam apud Twedemuth ubi nunquam ſolet eſſe Warenna; ſet omnes vicini et Homines patrie ſolebant ibi fugare pro voluntate ſua &c.

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

Idem Epiſcopus concedit Warennam cuicumque voluerit infra Libertates ſuas predictas; Et Ballivi ſui capiunt ad capud pontis de Berewyk omnes homines venientes cum lanis, coreis, vel pellibus vendend' ſine ſigno quod vocatur Coket, Et mercandiſas illas ſeyſiunt ad opus Epiſcopi tanquam forisfactas &c.

Item diverſi Magnates, et alii infra predictas Libertates predicti Epiſcopi, utuntur diverſis Libertatibus &c. Videlicet, Prior Dunelm' habet Infangenthef per totam terram ſuam infra predictas Libertates, et capit medietatem Catallorum Felonum dampnatorum in Curia ſua &c. Capit etiam emend' Aſſiſe Panis et Cerviſ' fracte in Elmete: Et medietatem de Wrek quod evenit ſuper terram ſuam &c.

Item Johannes Rex Scotie habet apud Caſtrum Bernardi, infra predictas Libertates &c. Mercatum, et Feriam, Pillor', et Tumberell', Furcas, et Infangenthef: Et capit Catalla Felonum dampnatorum in Curia ſua: Et habet ibi liberam Chaceam et liberam Warennam in omnibus terris ſuis in Libertate predicti Epiſcopi &c.

Item Agnes de Valencia habet Furcas et Infangenthef apud Geneford' in Libertate predicti Epiſcopi; Et capit Catalla Felonum dampnatorum in Curia ſua &c. Et habet Warennam in terris ſuis &c.

Item Robertus de Brus habet apud Hertepol in Libertate predicti Epiſcopi Mercatum et Feriam, et emend' Aſſiſe Panis et Cerviſ' fracte, et omnes Libertates que ad Feriam et Mercatum pertinent: Et Portum Maris, et capit ibi Killagium, ſcilicet de qualibet navi cum Batello applicante ibi octo denar' Et de qualibet navi ſine Batello quatuor denar'. Et capit ibi priſas piſcium &c.

Item Ranulphus de Neyvill habet liberam Chaceam, et liberam Warennam, in Libertate predicti Epiſcopi apud Brauncepath' &c.

Item Robertus de Hilton, et ſimiliter Wychardus de Charum, et ſimiliter Johannes Marmeduk, et ſimiliter Henricus de Inſula, et ſimiliter Walterus de Wyſſindon, et etiam Johannes de Guldeford, habent Warennam in omnibus terris ſuis infra Libertatem predicti Epiſcopi &c.

Item Johannes de Crayſtok habet apud Cumuſclyve Furcas, et Infangenthef, et Catalla Felonum dampnatorum in Curia ſua ibidem, infra predictam Libertatem &c. Et habet Warennam in omnibus terris ſuis ibidem &c.

Preſentant etiam quod Epiſcopus Dunelm' habet talem Libertatem, Quod ſi quis hominum ſuorum captus ſit in Corpore Com' Norhumbr' ad ſectam alicujus de Libertate ipſius Epiſcopi, Ballivus predicti Epiſcopi repleg' ipſum ad habend' ipſum ad March', videlicet inter corpus Comitatus et Norham, in quodam loco qui vocatur Holdenburn', et ibidem ſtabit legi. Et ſi aliquis de corpore Comitatus Norhumbr' captus ſit in Libertate de Norham, ad ſectam alicujus de Corpore Comitatus predicti, Vicecom' Norhumbr' eodem modo repleg' ipſum, et in predicto loco ſtabit legi &c. ut predictum eſt.

Et totus Comitatus ſimiliter recordatur, Quod omnes Epiſcopi Dunolm' a tempore quo non extat memoria continue venire ſolebant per Ballivos ſuos obviam prefatis Juſtic' itiner' hic in primo ingreſſu ſuo in iſtum Com' ad aliquem predictorum trium locorum, & ibi petere Articulos Corone in forma predicta. Et poſtea hic primo die Itineris &c. uſque ad tempus Roberti de Inſula nuper Epiſcopi Dunolm' proximi predeceſſoris predicti Epiſcopi, qui tempore Domini Regis nunc, in itinere J. de Vallibus et ſociorum ſuorum Juſticiariorum ultimo itinerantium hic, a Petitione predictorum articulorum ſe ſubtraxit. Et dicunt, quod quidam eorum recolunt, quod quidam Nichs de Farkham quondam Epiſcopus Dunolm' in itinere Abbatis de Burgo Sancti Petri hic, tempore Domini Henrici Regis, patris Domini Regis nunc; Et poſtea quidam Walterus de Kirkeham quondam Epiſcopus

A.D. 1293. 21&22 Edw.I.

copus Dunolm' tempore ejuſdem Domini Henrici Regis, in itinere R. de Thurkilby hic; Et poſtea quidam Robertus de Stichehill quondam Epiſcopus Dunolm' tempore ejuſdem Domini Henrici Regis, in itinere G. de Preſton hic, miſerunt Ballivos, vel Seneſcallos ſuos, ad petend' Articulos &c. in forma predicta. Et etiam per Inſpectionem Rotulorum ultimi itineris hic, compertum eſt, quod per totum Comitatum tunc fuit recordatum, quod Rex Scotie, Archiepiſcopus Eborum, Epiſcopus Dunolm', et Gilbertus de Umframvill, per Ballivos ſuos debent obviare predictis Juſticiariis, et petere Articulos Corone in forma predicta &c. Et quia tam per Jur' quam per Record' Com' compertum eſt, quod omnes predicte Libertates, et loca in quibus predictis Libertatibus utuntur &c. ſunt infra procinctum iſtius Com' &c. Et Vicecom' teſtatur, quod per totam Ballivam ſuam pupplice et ſolempniter fecit proclamari, ſecundum quod continetur in Brevi de communi ſum' itineris, et ſecundum formam Statuti Glouc' de hujuſmodi Libertatibus clamand' proviſi &c. Et predictus Epiſcopus non clamavit hic primo die itineris Libertates ſuas predictas, nec adhuc eas clamat, nec predicti Prior et alii Tenentes predicti Epiſcopi Libertates ſuas predictas, quibus uſi ſunt, que omnes ſunt infra procinctum Com' iſtius, ſicut predictum eſt, primo die itineris clamaverunt, nec adhuc eas clamant;

Conſideratum eſt, Quod omnes predicte Libertates capiantur in manum Domini Regis, nomine diſtrictionis: Ita quod Epiſcopus et alii Libertatibus illis non utantur quouſque venerint ad replegiand' Libertates illas, & Domino Regi inde reſpondend'. Et preceptum eſt Vicecom' quod illas capiat in forma predicta &c. Poſtea in craſtino Sancte Trinitatis prox' ſequen' Vicecom' teſtatur quod cepit Libertates predictas in forma predicta &c.

Et predictus Epiſcopus modo ſupplicavit ipſi Domino Regi et Conſilio ſuo inſtanter, Quod predicta Proceſſus et Recordum coram eis recitarentur & examinarentur, et Errores in eiſdem contenti, pro ſe & Eccleſia ſua Dunelm', prout juſtum fuerit et ſecundum legem & conſuetudinem regni, emendarentur. Dixit enim, Quod prefatus H. et Socii ſui Juſtic' Domini Regis itineran' in Com' Norhumbr' ad captionem Libertatum ipſius Epiſcopi, Eccleſie ſue, & hominum ſuorum infra Libertatem ſuam Dunelm' in manum Domini Regis, abſque auctoritate aliqua, fines etiam poteſtatis ſue excedendo, minus rite proceſſerunt. Et hoc, tam per ſtatutum Glouc' a quo Originem judicii ſui captionis predicte ſumpſerunt, quam per alias rationes per quas judicium ſuum coloraverunt & affirmaverunt, manifeſte patet; Continetur enim expreſſe in illo Statuto Glouc' et etiam in Brevi de communi ſummone Itinerum, quod omnes illi qui Libertates aliquas infra Comitatum in quo Juſtic' Domini Regis ſunt itineratur' habere clamant, quod primo die itineris coram eiſdem Juſtic' Libertates illas clament.

Et ſuper hoc in proclamatione itineris illius Comitatus mandatur Vicecom' in eodem Brevi, juxta formam predicti Statuti, quod ſic per totam Ballivam ſuam puplice proclamari fac'. Unde cum puplicum ſit, et a tempore quo non extat memoria omnibus de partibus illis et etiam de Regno iſto manifeſtum et notorium, quod Vicecom' Norhumbr' non eſt Vicecom' Dunelm', nec infra eandem Libertatem ut Vicecom' umquam intravit, nec aliquid quod ad officium Vicecom' pertinet infra eandem Libertatem Dunelm' ſive in predictis Locis de (Dorſ.) Norham, Bedlington, et Sadberge, que ſunt de eadem Libertate, exercuit; nec proclamationes, ſummonitiones, aut attachiamenta aliqua ibidem fecit, nec ad ipſum pertinet faciend'; nec ipſe Dominus Rex, aut Miniſtri ſui quicumque, in aliquo ſe habent intromittere infra Libertatem predictam, ſive locis predictis, niſi tempore vacationis Epiſcopatus predicti; Nec Juſtic' predicti, ratione War' ſui fines Com' in quo ſunt Itinerantes poſſunt aut debent excedere, aut ratione Itineris ſui in uno Com' auctoritatem Vicecom' illius Comitatus attribuere qđ in alio Com' officium Vicecom' exerceat; nec proclamatio Itineris Comitatus Norhumbr' per Vicecom' illius Com' facta ulterius ſe extendit quam in Balliva ſua; nec dici poterit qđ ipſe aliquam Proclamationem fieri fecit, prout nec debuit, infra Libertatem Dunelm' ſeu Loca predicta; Et Juſtic' prefati, ratione proclamationis per Vicecom' Norhumbr' facte in Balliva ſua, ceperunt Libertates ipſius Epiſcopi, Eccleſie ſue, et Hominum ſuorum, infra Libertatem predictam et Loca predicta exiſtentium, in manum Domini Regis, Et que quidem Libertates non ſunt infra poteſtatem ſeu Ballivam predicti Vicecom' Immo omnino extra, Videbatur ipſi Epiſcopo, qđ ſibi & Eccleſie ſue per judicium predictum in hoc injuriatur. Preterea dixit, Quod ipſe Epiſcopus, et omnes Predeceſſores ſui Epiſcopi Dunelm', a tempore quo non extat memoria, omnia Jura Regalia, et omnes Libertates Regales, infra Libertatem ſuam predictam Dunelm' et Loca predicta integre habuerunt et excercuerunt, Videlicet Cancell' et Cancellarium ſuum, Brevia ſua de eadem Cancellar' per totam Libertatem et Loca predicta emanantia, Juſticiarios ſuos proprios, Vicecom', Coronator', & alios Miniſtros Corone et Pacis, per ipſos Epiſcopos aſſignandos pro voluntate ſua, a tempore Conqueſtus Anglie, et antea; Et ſic hucuſque, et abſque interruptione aliqua, uſi fuerunt, ut de Jure et Libertate Eccleſie ſue Sancti Cuthberti Dunelm'.

Et petiit, Quod Dominus Rex, & ejus Conſilium, habito reſpectu ad premiſſa, Factum Juſtic' predictorum, ut ſibi videbatur Erroneum, precipere vellent revocare et emendare. Et quia recitatis predictis Proceſſu et Recordo, coram prefatis Juſtic' habitis; Et etiam auditis & intellectis rationibus predicti Epiſcopi coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio, Videtur, qđ ad captionem Libertatum predictarum predicti Epiſcopi, Eccleſie ſue, et hominum ſuorum, infra Libertatem Dunelm' & Loca predicta de Norham, Bedlington, & Sadberg', minus rite, abſque War', & Errore interveniente proceſſum eſt; prout tam per Recordum predictum per prefatos Juſtic' Domino Regi miſſum, quam per rationes predicti Epiſcopi ad recordum illud adnulland' propoſitas, evidenter patet: Et licet Vicecom' predictus Norhumbr' coram Juſtic' predictis teſtatus fuit, prout in predicto Recordo continetur, qđ puplice proclamari fecit per totam Ballivam ſuam preceptum Domini Regis, contentum in Brevi de communi ſummonitione Itineris Comitatus predicti ſibi directo, non propter hoc intelligend' eſt, qnod ipſe proclamationem aliquam fecit, aut feciſſe debuit niſi in Balliva ſua, et ubi poteſtas ſua ſe extendebat: nec dici poteſt qđ poteſtas Vicecom' Norhumbr' ſe extendit infra Libertatem Epiſcopi Dunelm' ubi idem Epiſcopus Vicecom' ſuum proprium habet; nec ſuper tali teſtimonio ſuo de re aliqua extra Ballivam et poteſtatem ſuam exiſtente judicium fieri debuiſſet, cum teſtimonium ſuum in hoc non fuit admittend':

Conſideratum eſt per ipſum Regem et Conſilium, quod Judicium predictum revocetur et adnulletur: Et quod omnes Libertates predicti Epiſcopi, Eccleſie ſue, et hominum ſuorum, que per conſiderationem Juſticiariorum Itinerantium predictorum in manum Domini Regis capte fuerunt, eidem Epiſcopo, Eccleſie ſue, et hominibus ſuis, plenar' et integre reſtituantur: Habend' et tenend' ſibi & Eccleſie ſue, ſicut ipſe, & Predeceſſores ſui Epiſcopi Dunelm', eas tenuerunt ante captionem predictam: Salvo ſemper jure Domini Regis et Heredum ſuorum cum inde loqui voluerint &c. Et preceptum eſt Vicecom' Norhumbr' &c. quod eidem Epiſcopo Libertates illas reſtituat in forma predicta &c.

A.D. 1293. 21&22 Edw.I.

A.D. 1293. 21 & 22 Edw. I.

Eborum ff. De Johanne Archiepiſcopo Eborum concelante Catalla Judeorum.

PRECEPTUM fuit Vicecom' quod venire faceret hic ad hunc diem, videlicet a die Sancti Michaelis in xv dies, Johannem Archiepiſcopum Eborum, ad reſpondend' Domino Regi de hoc, Quod cum Prior de Brydelington et ejuſdem Loci Conventus per ſcriptum ſuum tenebantur cuidam Bonamy, quondam Judeo Eborum, in treſcentis libris ſterlingorum, certis terminis ſolvendorum: Et idem Judeus, per commune exilium Judeorum, de Regno iſto ante ſolutionem predicte pecunie ſibi factam exularet, predictus Archiepiſcopus de Curia Romana rediens, apud Pariſ' cum predicto Judeo Conventionem et Mercatum faciens, predictum debitum, quod fuit et eſt Catallum Domini Regis, ab eo emit. Et poſtea in viſitatione ſua ad Prioratum predictum facta, eidem Priori et Conventui per obedientiam injunxit, quod pecuniam predictam cuidam Valetto ipſius Archiepiſcopi, aut Nuncio prefati Judei certo termino ſolverent; contra fidelitatem in qua Domino Regi tenetur, et in alienationem pecunie Domini Regis, ad dampnum ipſius Regis mille libr' &c.

Et predictus Archiepiſcopus modo venit, et ſuper facto predicto coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo arrenatus, expreſſe dicit, Quod nunquam cum predicto Judeo aliquam Conventionem fecit ſeu mercatum de predicta pecunia ſibi adquirenda. Set revera dicit, quod in Viſitatione ſua ad domum predictam invenit, et per Priorem et Conventum ejuſdem domus ſibi oſtenſ' fuit, quod domus illa indebitabatur predicto Judeo de predicta pecunia. Et idem ad ſalvationem animarum ſuarum, prout tenebatur, eiſdem Priori et Conventui dixit, quod pecuniam illam ſana conſcientia retinere non poſſent, et quod ſic facerent quod animas ſuas ſalvarent: Set quod nunquam eis injunxit quod pecuniam illam ſibi aut alii, nomine predicti Judei, ſolverent, paratus eſt ſe acquietare, ſicut placuerit Domino Regi et ejus Conſilio.

Et Dominus Rex ſuper hoc, de gratia ſua ſpeciali, et etiam ad inſtantiam Magnatum de Conſilio ſuo, licet per patriam de jure inquirere poſſet veritatem premiſſorum, Conceſſit predicto Archiepiſcopo, Quod in fide qua ei tenetur veritatem premiſſorum fateatur et cognoſcat. Et idem Archiepiſcopus in fide &c. fatetur, et dicit, quod in veniendo de Curia Romana apud Pariſ' bene audivit et intellexit per predictum Judeum quod predicta pecunia ei debebatur. Et quod idem Judeus eum rogavit, ut ei pro Deo eſſet in auxilium ad predictam pecuniam ſuam recuperand'. Et poſtea, ut predictum eſt, in Viſitatione ſua ad domum predictam hoc idem invenit per confeſſionem predictorum Prioris et Conventus, et eis dixit quod ſic facerent quod animas ſuas ſalvarent.

Et quia idem Archiepiſcopus bene cognoſcit, Quod poſt exilium predicti Judei et aliorum Judeorum de Regno iſto, a predicto Judeo intellexit quod pecunia predicta ſibi in regno iſto debebatur; et poſt eorum exilium omnia que ſua fuerunt, et in regno iſto remanſerunt, tam debita quam alia Bona quecumque, ipſi Domino Regi remanſerunt, et catalla ſua fuerunt: Et ſuper hoc incontinenti poſt eorum exilium ſollempnis Proclamatio fiebat per totum Regnum, quod omnes qui debita aliqua alicui Judeo debebant, aut de eorum debitis, bonis & catallis aliquid ſciebant, Domino Regi, aut alicui de Conſilio ſuo, ſcire facerent; De qua quidem Proclamatione nullus dicere poteſt quin ſcivit, aut ſciviſſe debuit: Et idem Archiepiſcopus de debito predicto ſcivit, prout fatetur, tam per Judeum quam per Priorem et Conventum, nec de hoc Domino Regi aut alicui de ſuis conſtare fecit, Immo debitum illud concelando, et a Rege alienando, contra fidem quam Regi tenetur injunxit prefatis Priori et Conventui quod animas ſuas ſalvarent; quod tantum valuit quantum ſi dixiſſet quod Judeo ſatisfacerent: Concordatum eſt, Quod predictus Archiepiſcopus remaneat in miſericordia Regis, pro concelamento et tranſgreſſione predictis &c. Et idem Dominus Rex ſibi ipſi reſervat taxationem illius miſericordie.

A. D. 1293. 21 & 22 Edw. I.

---

ff. De quadam Utlagaria promulgata in Robertum de Stutevyll adnullata. (m. 6.)

DOMINUS Rex nuper mandavit dilectis et fidelibus ſuis Hugoni de Creſſingham, & Willmo de Ormeſby, Juſticiariis ſuis, Breve ſuum in hec verba:

Edwardus Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie, dilectis & fidelibus ſuis Hugoni de Creſſingham, et Willmo Ormeſby, Salutem. Quia intelleximus quod Robertus de Stutevill, et Alianora Uxor ejus, coram vobis et Sociis veſtris Juſticiariis noſtris nuper Itinerantibus in Com' Norhumbr', de quibuſdam feloniis per ipſos contra pacem noſtram factis, ut dicitur, indictati fuerunt; et pro eo, qđ coram vobis, durante Itinere predicto, ad ſtand' inde recto ſecundum legem et conſuetudinem regni noſtri non comparuerunt, poſiti ſunt in exigendis ad utlagand' in Com' predicto: per quod, ſuper modo et cauſa indictamenti predicti, et exigendarum predictarum, necnon et ſuper facto veſtro in hac parte, plenius certiorari volentes, vobis nuper mandavimus, quod Recordum et Proceſſum dicte preſentationis et facti predicti, una cum Recordo illo quod pro predictis Roberto et Alianora ſub pede ſigilli noſtri nuper vobis tranſmiſimus, et omnibus aliis premiſſa tangentibus, Nobis ſub ſigillis veſtris, in feſto Omnium Sanctorum proximo preterito, ubicumque tunc eſſemus in Angl', diſtincte et aperte mitteretis; Ac vos nichil inde facere curaveritis, de quo miramur: Vobis mandamus, ſicut alias mandavimus, quod Recordum et Proceſſum dicte preſentationis et totius facti predicti, una cum Recordo illo et Proceſſu quod pro predictis Roberto et Alianora ſub pede ſigilli noſtri nuper vobis tranſmiſimus, et omnibus aliis premiſſa tangentibus, Nobis ſub ſigillis veſtris diſtincte et aperte mittatis, & hoc Breve; Ita quod ea habeamus in craſtino Feſti Sancti Nichi prox' futuro, ubicumque tunc fuerimus in Angl', ut inde fieri faciamus quod de Conſilio noſtro duxerimus ordinand': vel cauſam nobis ſignificetis quare mandatum noſtrum alias vobis inde directum exequi noluiſtis vel non potuiſtis. Teſte me ipſo apud Weſtmonaſterium XII Novembris, anno regni noſtri viceſimo primo.

Ratione cujus mandati Juſticiarii predicti miſerunt Recordum ſuum in hec verba:

Placita Corone coram Hugone de Creſſingham & Sociis ſuis Juſticiariis itinerantibus, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam in Com' Norhumbr', in craſtino Sancti Hillarii, anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici viceſimo primo.

Norhumbr' ff.

JURS' preſentant, quod quedam Contentio fuit inter Hugonem de Euere, et Robertum de Stutevill, pro quodam tenemento quod idem Hugo perquiſierat de feodo ipſius Roberti in Villa de Throple, propter quod predictus Robertus de Stutevill retinuit ſecum quoſdam contencioſos de patria, videlicet Rogerum de Heyley, Regin' le Brazour, Ricardum le Graper, & Robertum de Tyndale, ad impediend' ſeiſinam predicti Hugonis de predicto tenemento. Et pendente ſic contentione inter predictos Robertum & Hugonem, acceſſerunt ad Villam de Midford' quidam de Familia predicti Hugonis, videlicet Stephanus le Peſtour, Rogerus le Ken, et Robertus le Scot. Qui cum ibidem veniſſent, predicti Rogerus de Heyley, Reginaldus le Brazour, Ricardus, & Robertus, incontinenti inſultaverunt eos cum gladiis, arcubus, & ſagittis; propter quod fugerunt uſque in domum Agnetis de Beverig', et pre timore clauſerunt hoſtium domus poſt ſe, et in eadem ſe tenuerunt donec predicti

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

predicti Rogerus de Heyley, et alii, impoſuerunt ignem in domo illa, et conbuſſerunt domum. Ad quod venerunt plures de familia predicti Roberti de Stutevill, de precepto et miſſione Alianore uxoris ejuſdem Roberti de Stutevill, videlicet Robertus Fagard Miles, Johannes de Sancto Edwardo, Johannes le Ken, Jacobus de Garderoba Domine, Petrus Garcio Roberti de Stutevill, Rogerus Garcio Johannis de Mikley, Walkelinus le Porter, Colinus Vigilator, et Belet le Peſtour, in auxilium predictorum Rogeri de Heyley, et aliorum; Qui omnes, ſimul cum predictis Rogero et aliis, fuerunt in vi et auxilio ad occidend' predictum Stephanum le Peſtour: Et quod omnes conſenſerunt combuſtioni predicte domus, eo quod non permiſerunt homines predicte Ville de Midford' extinguere predictum ignem, ſet eos impedierunt quo minus poſſent ad predictam domum auxiliand' appropinquare. Set omnes ſtatim in una ſocietate poſt factum redierunt ad Caſtrum de Midford', & ibidem receptati fuerunt per quatuor dies, predictis Roberto & Alianora uxore ejus ſcientibus predictam feloniam factam fuiſſe per predictos. Et tunc predicti Rogerus de Heyley, Reginaldus le Brazour, Ricardus le Graper, & Robertus de Tyndal, fugerunt, et modo ſe ſubtrahunt, et malecreduntur. Ideo exig' et utlag' nulla habuerunt Catalla. Et preceptum eſt Vicecom' quod capiat predictos Robertum Fagard, Johannem de Sancto Edwardo, Johannem, Jacobum, Petrum, Regin', Walkelinum, Colinum, et Belet, Robertum de Stutevill, et Alianor' uxor' ejus &c.

Poſtea compertum eſt per Rotulos Coron' qđ Agn' de Beveryng appellavit in Com' Robertum Fagard militem, Johannem de Sancto Edwardo, Johannem Cocum, Robertum de Stutevill, Robertum de Tyndal, Rogerum le Brazour, Ricardum le Graper, Rogerum de Heyley, Johannem de Tyndal, Jacobum de Garderoba Domine, Petrum Garcionem Roberti filii Roberti de Stutevill, Rogerum Garcionem Johannis de Mikley, Walkelinum le Porter, Beleyt Piſtorem, et Colinum Vigilatorem, de combuſtione domus ſue, et pace Domini Regis fracta &c. Eadem Agn' appellavit in Com' predictum Robertum de Stutevill, & Alianorem uxorem ejus, de vi et auxilio, precepto, miſſione et receptamento &c. Et ipſa ſequebatur verſus eos uſque ad tertium Com' et tunc poſitum fuit appellum iſtud per Breve Domini Regis coram Johanne de Lovetoft, & Gwychardo de Charroun, Juſtic' ad audiend' & terminand' aſſign' &c. coram quibus ipſa retraxit ſe de appello ſuo. Per quod conſideratum fuit quod predicta Agnes conmitteretur Gayol'. Ideo nichil hic de ipſa nec de appello &c.

Poſtea Vicecomes teſtatur, Quod predicti Robertus Fagard, Johannes de Sancto Edwardo, Johannes, Jacobus, Petrus, Rogerus, Walkelinus, Colinus, Beleyt, Robertus, & Alianora, non poſſunt inveniri in Balliva ſua. Et Jur' iſtius Vill' ſimul cum XII Jur' de corpore Com' citra Coket hoc idem teſtantur, et quod ipſi malecreduntur; Ideo predicti Johannes, Robertus, Johannes, Jacobus, Petrus, Rogerus, Walkelinus, Colinus, et Beleyt, principales Factores, exigantur et utlagantur. Neſcitur de Catall' eorum quia extranei et vacabundi. Et predicti Robertus de Stutevill, et Alianora Uxor ejus, pro receptamento, precepto, et miſſione, poſtquam predicti Robertus Fagard, Johannes de Sancto Edwardo, & alii principales factores, utlag' vel alio modo legitimo convincantur, extunc de novo exigantur, et utlag' ſi non comparuerint &c.

Et ſimiliter compertum eſt per Rotulos Coron', quod Ricardus de Clyvelaund appell' in Com' predictos Robertum Fagard, Johannem de Sancto Edwardo, Johannem le Ken, Rogerum, Robertum, Reginaldum, Ricardum, Rogerum, Johannem, Jacob', Petrum, Walkelinum, Colinum, et Beleyt, in priori appello nominatos, de morte Stephani fratris ſui, et ſequebatur verſus eos uſque ad tertium Com' Et tunc poſitum fuit appellum iſtud coram prefatis Johanne et Gwychardo, per Breve Domini Regis; coram quibus predictus Ricardus non venit, nec ſequebatur appellum ſuum. Per quod conſideratum fuit, quod predictus Ricardus caperetur, Et pleg' ſui de proſequendo in miſericordia. Ideo nichil hic de appello iſto.

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

Et quia Johannes de Ireby, unus XII Jur' qui de predicta felonia plenam ſcivit veritatem, procuravit penes ſocios ſuos Jur' falſam preſentationem facere in veredicto ſuo, ut felonia iſta concelaretur, prout ſocii ſui teſtantur; Ideo ipſe committatur Gayole &c.

Et Rogerus Mauduyt Coron' fecit quamdam favorabilem Inquiſitionem et minus ſolempnem de predictis feloniis, per Homines de Midford' ſuſpectos, et non in pleno Com' ſicut moris eſt ubique in partibus iſtis, licet ei conſtiterit per famam publicam de felonia predicta, prout convictum eſt per Jur' iſtius Vill' et Jur' de corpore Com' citra Coket, ſuper quos inde ſe poſuit; Ideo ipſe cuſtodiatur.

Poſtea venit predictus Johannes, et finem fecit pro predicta tranſgreſſione per XL đ. per ptiũ Egidii de Midford.'

Et predictus Rogerus Mauduyt ſimiliter finem fecit pro predicta tranſgreſſione et aliis tranſgreſſionibus, per duas marcas, per ptiũ Hugonis Gobyoun, et Nichi de Yatham.

Et ſunt Catalla predicti Roberti de Stutevill XXXV ſi. II ſ. II đ. Unde Vicecomes reſpondebit &c.

Poſtea Wills de Kellawe protulit quoddam Recordum ſub pede ſigilli Domini Regis in hec verba:

Placita coram Domino Rege de termino Sancti Hillar' anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici XIIII.

DOMINUS Rex mandavit dilectis & fidelibus ſuis Johanni de Lovetot, & Gwychardo de Charroun, Quod, quia ſuper Recordo et proceſſibus Inquiſitionum factarum coram eis ad Appellum quod Ricardus de Clyvelaund fecit in Com' Norhumbr' verſus Robertum Fagard, Johannem de Sancto Edwardo, Johannem le Ken, Robertum filium Roberti de Stutevill, Jacobum de la Garderob', Nicholaum le Vylour, et Robertum de Stutevill, et Alianoram uxorem ejus, de morte Johannis le Peſtour, fratris predicti Ricardi; Et etiam ad appellum quod Agn' de Beuerigg' fecit in eodem Com' verſus predictos Johannem, Robertum, Johannem, Jacobum, Nichum, Robertum, et Alianoram, de combuſtione domus predicte Agnetis apud Midford', audiend' & terminand' de morte & conbuſtione predictis; quibuſdam certis de cauſis certiorari voluit, Recorda et proceſſus Inquiſitionum earumdem Regi ſub ſigillo ſuo diſtincte & aperte mitterent &c. (Dorſ.)

Qui quidem Juſticiarii miſerunt Recordum in hec verba:

Preceptum fuit Vicecom' quod cum Agnes de Beverigg' appell' in Com' predicto Robertum Fagard, Johannem de Sancto Edwardo, Johannem Cocum, Robertum de Stutevill, Jacobum de la Garderobe, Nicholaum Vyelour, Robertum de Stutevill, et Alianoram uxorem ejus, de combuſtione domus ipſius Agnetis apud Midford': Ac iidem appellati nulla querentes ſubterfugia, ſet ſe ſecundum legem et conſuetudinem Regni Reg' Juſtic' permittentes, Domino Regi attente ſupplicaverunt, quod appellum illud cum celeritate qua fieri poterit audiri et terminari, ac partibus inde plenam et celerem juſticiam exhiberi faceret; Dominus Rex aſſignavit dilectos et fideles ſuos Johannem de Lovetoft, Wychardum de Charroun, ad appellum illud audiend' & terminand' ſecundum legem & conſuetudinem Regni Regis, quod venire faceret hic ad hunc diem appellum predictum, cum attachiamentis et omnibus aliis appellum illud tangentibus, et tot et tales probos & legales homines de Balliva ſua per quos rei veritas in premiſſis

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

melius ſciri poterit & inquiri. Et quod ſcire faceret predicte Agneti, quod eſſet hic ad hunc diem, appellum ſuum verſus predictos Robertum, Johannem, Jacobum, Nicholaum, Robertum, & Alianoram, inde proſequend' ſi voluerit, &c.

Et Vicecomes miſit appellum in hec verba:

Placita Corone apud Novum Caſtrum, die Jovis proxim' poſt feſtum Sancti Mathei Apoſtoli, anno regni Regis Edwardi XIIII.

AGNES que fuit Uxor Walteri de Hindemers appellat Robertum Faggard Militem, Johannem de Sancto Edwardo, Johannem Cocum Roberti de Stutevill, Robertum de Tyndale, Reginaldum Braciatorem, Ricardum le Graper, Reginaldum de Heyley, Johannem de Tyndale, Jacobum de Warderoba Dñe, Petrum Garcionem Roberti filii Domini Roberti de Stutevill, Rogerum Garcionem Johannis de Micley, Walkelinum Janitorem, Colinum Vigilatorem, et Robertum Foreſtar' de Beuerigg', Quod cum ipſa fuit in pace Dei Domini Edwardi Regis Anglie in domo ſua in Midford', in vico qui ſe extendit verſus Parcum de Midford', die Dominica poſt Annunciationem beate Marie Virginis, hora veſpertina, ſcilicet inter canem et lupum, anno regni Regis Edwardi duodecimo, ibi venerunt Robertus Faggard Miles, Johannes de Sancto Edwardo, Johannes Cocus, Robertus de Tyndale, Reginaldus Braciator, Ricardus Graper, Rogerus de Heyley, Johannes de Tyndal, Jacobus de Warderob' Domine Alianore Domine Caſtri de Mitford', Petrus Garcio Roberti filii Domini Roberti de Stutevill, Rogerus Garcio Johannis de Micleye, Walkelinus Janitor, Beleyt Piſtor, Colinus Vidulator, et Robertus Foreſtar' de Beuerigg', nequiter, et in felonia & in aſſult' premeditato, predictam Agnetem in domo ſua predicta inſultaverunt, et eam cum gladiis & fuſtibus verberaverunt, et domum ſuam ſupra capud ejus nequiter et ſicut felones combuſſerunt. Facta autem combuſtione, quandam Coferam ſuam fregerunt, et duas Cartas ſuas, ſcilicet unam Cartam de predicta domo, et aliam de tenementis ſuis in villa de Beuerigg', et duas Cartas Roberti fratris ſui de tenementis ſuis in villa de Beuerigg', cum Tall' de Scaccario Domini Regis allocand', ſcilicet unam Tall' de dimid' Marca de tempore Walteri de Cambo, et alteram Tall' de dimidia marca de tempore Thome de Diveleſton, et duas marcas argenti, & quatuor monalia argentea, et duos anulos aureos de precio dimid' marc', nequiter & in roberia ſicut robatores aſportaverunt. Et hoc verſus predictos tanquam verſus felones et robatores parata eſt verificare, ſecundum quod Cur' Reg' conſideraverit quod facere debeat. Pleg' de proſequendo Elyas fil' Willi de Kirkelawe, et Thom' fil' Elye de eadem.

Supradicti Robertus Faggard Miles, et alii prenominati, ad hunc Com' non venerunt. Ideo exigantur, &c.

Eadem Agnes appellat Robertum de Stutevill, et Alianoram Uxorem ejus, de vi et auxilio, et de precepto hujuſmodi Felonum, eo quod ipſi ante Factum, in Facto, et poſt Factum, predictos Felones receptaverunt contra pacem Domini Regis. Et hoc parata eſt verificare verſus predictos Robertum, et Alianoram Uxorem ejus, quia hujuſmodi receptamentum contra pacem fecerunt. Predicti Robertus et Alianora vocati non veniunt ad hunc Com'. Ideo exigantur, &c.

Placita Corone apud Novum Caſtrum, die Jovis prox' poſt feſtum beati Leonis pape, anno regni Regis Edwardi XIIIo.

AGNES que fuit Uxor Walteri de Hindemers de Beuerigg' ſequitur appellum ſuum verſus Robertum Fagard Militem, Johannem de Sancto Edwardo, Johannem Cocum Roberti de Stutevill, Robertum de Tyndal, Reginaldum Braciatorem, Ricardum Graper, Rogerum de Heyley, Johannem de Tyndal, Jacobum de Warderob' Domine Alianore Domine Caſtri de Mitford', Petrum Garcionem Roberti filii Domini Roberti de Stutevill, Reginaldum Garcionem Johannis de Mickeley, Walkelinum Janitorem, Belent Piſtorem, Colinum le Vylour, et Robertum Foreſtar' de Beuerigg', de felonia, roberia, et combuſtione domus. Et ſimiliter verſus Dominum Robertum de Stutevill, et Alianoram uxorem ejus, de vi, auxilio, receptamento, et precepto, in omnibus modis ſicut in Com' precedenti. Robertus Fagard et alii vocati ad hunc ſecundum Com' non veniunt. Ideo exigantur, &c.

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

Placita Corone apud Novum Caſtrum, die Jovis prox' poſt feſtum beati Auguſtini, anno regni Regis Edwardi XIIIo.

AGNES de Beuerigg' que fuit uxor Walteri de Hindemers optulit ſe ad hunc tertium Com' ad proſequend' appellum ſuum verſus Robertum Fagard Militem, et alios ſupraſcriptos in appello ſuo contentos, et verſus Robertum de Stutevill, et Alianoram uxorem ejus; Set adjornati ſunt per Breve Domini Regis coram Dominis J. de Lovetoft, et Wychard' de Charroun, in craſtino Exaltationis ſancte Crucis, anno ſupradicto in appello memorato &c.

Et predicta Agnes modo venit.

Et predictus Johannes de Sancto Edwardo, et Robertus de Stutevill, et Alianora Uxor ejus, ſimiliter veniunt.

Et predicti Johannes, Robertus, et Alianora, petunt, quod predicta Agnes narret appellum ſuum verſus eos modo debito, et per verba in Cur' Domini Regis in hujuſmodi appello conſueta et uſitata.

Et predicta Agnes dicit, Quod bene conſtat toti patrie quod domus ſua predicta combuſta fuit, et nomina illorum qui fecerunt combuſtionem predictam ſunt in Rotulis Coron' Et appellum ſuum eſt ibidem; Et petit quod ſecundum hoc fiat ei juſticia.

Et predicta Agnes queſita ſi velit aliud dicere in appello ſuo verſus predictum Johannem et alios, Dicit qđ non. Dicit etiam, quod neque nomina neque perſonas appellatorum niſi ſecundum qđ ſcripta ſunt in Rotulis predictorum Coron' novit.

Et predicti Johannes et alii petunt inde judicium et allocationem, deficut certa ſunt verba in Cur' Domini Regis ſtatuta, per que fieri debent appella, et per que appellator proſequi debet et narrare in appello ſuo verſus appellatos. Et predicta Agnes nichil narrat verſus eos, ſet tantum dicit, quod appellum ſuum eſt in Rotulis Coron'. Et petunt inde judicium et allocationem.

Et quia predicta Agnes nichil narrat verſus eos quos prius appellavit in Com' Conſideratum eſt, quod predicti Johannes, Robertus, et Alianora, quoad appellum ſuum inde quieti.

Et predicta Agnes committatur priſone quouſque redimatur, &c.

Set pro pace Domini Regis obſervand' inquiratur, Utrum ſint culpabiles, necne.

Et predictus Johannes, queſitus quomodo ſe velit acquietare de Felonia predicta,

Et Robertus et Alianora, queſiti quomodo ſe velint acquietare de vi, auxilio, precepto, & receptamento predictis,

Dicunt, quod de bono & malo ponunt ſe ſuper patriam.

Juratores dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod predictus Johannes non eſt culpabilis de felonia predicta. Et quod predicti Robertus et Alianora non ſunt culpabiles de predictis vi, auxilio, precepto, et receptamento.

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

to. Ideo eant ipſi inde quieti. Juratores predicti, queſiti qui ſunt culpabiles de predicta Combuſtione,

Dicunt, quod quidam Reginaldus Braciator illuminavit predictam domum. Et quod Robertus de Tyndale, et Ricardus Graper, interfuerunt predicte combuſtioni cum predicto Reginaldo. Ideo capiantur ſi inveniantur &c.

Juratores, queſiti per cujus abettum predictum appellum formatum fuit et proſecutum verſus predictos Johannem, Robertum, et Alianoram,

Dicunt, quod Hugo de Euere, qui eam ſuſtinuit ad proſequend' appellum predictum.

Et predictus Hugo, preſens, queſitus quomodo ſe velit aquietare de abecto illo malicioſe facto, ad dampnum ipſius Johannis centum marcarum, et ad dampnum predictorum Roberti et Alianore mille librarum,

Dicit, quod revera diſſenſio quedam fuit inter ipſum & predictum Robertum de Stutevill, ratione quarumdam terrarum quas ipſe tenuit. Et cum predicta combuſtio facta fuiſſet per quoſdam homines qui fuerunt de Familia predicti Roberti, in prejudicium ſui et contemptum, ipſe manutenuit predictam Agnetem in appello ſuo predicto, et conſuluit ei quod proſequeretur predictum appellum verſus predictos Robertum de Stutevill, Alianoram Uxorem ejus, et alios.

Et ſuper hoc venit Walterus de Cambo, Hugo Gobyon, Robertus Bertram, Johannes Doggel, Johannes de Kirkeby, et Robertus de Moynill, et manuceperunt predictum Hugonem, habend' corpus ejus coram Domino Rege ad certum diem ſibi prefigend', &c.

Preceptum fuit etiam Vicecom' quod cum Ricardus de Clyveland appell' in Com' predicto Robertum Fagard, Johannem de Sancto Edwardo, Johannem Cocum Roberti de Stutevill, Jacob' de la Garderob', Nichum le Vylour, Robertum de Stutevill, et Alianoram Uxorem ejus, de morte Johannis le Peſtur fratris ſui; ac iidem appellati, nulla querentes ſubterfugia, ſet ſecundum legem et conſuetudinem Regni Regis juſtic' permittentes, Domino Regi attente ſupplicaverunt, Quod appellum illud cum celeritate qua fieri poterit audiri et terminari, ac partibus inde plenam et celerem juſticiam exhiberi faceret:

Ac Dominus Rex aſſignavit dilectos et fideles ſuos Johannem de Lovetot, et Wychardum de Charroun, ad appellum illud audiend' et terminand' &c. Et quod venire faceret hic ad hunc diem appellum predictum, cum attachiament' et omnibus aliis appellum illud tangentibus, Et tot & tales probos et legales homines de Balliva ſua per quos rei veritas in premiſſis melius ſciri poterit et inquiri: Et quod ſcire faceret predicto Ricardo, quod eſſet hic ad hunc diem appellum ſuum verſus predictum Robertum et alios proſeq' ſi voluerit.

Et Vicecomes miſit appellum in hec verba:

Placita Corone apud Novum Caſtrum, die Jovis prox' poſt feſtum beati Mathie Apoſtoli, anno regni Regis Edwardi XIII.

(m. 7.) RICARDUS de Clyveland appellat Robertum Fagard Militem, Johannem de Sancto Edwardo, Johannem Cocum Roberti de Stutevill, Robertum de Tyndale, Reginaldum Braciatorem, Ricardum Graper, Robertum de Heyley, Johannem de Tyndale, Jacobum de Warderoba Domine Alianore Domine Caſtri de Midford', Petrum Garcionem Roberti filii Roberti de Stutevill, Rogerum Garcionem Johannis de Micley, Walkelinum Janitorem, Belotam Piſtorem, Colinum le Vylour, & Robertum Foreſtar' de Beuerigg', de morte Stephani Piſtoris fratris ſui; Quod cum ipſe Stephanus fuit in pace Dei & Domini Regis Edwardi, die et anno et hora ſupradictis, in domo predicte Agnetis quam predicti nequiter combuſſerunt, ibidem venientes predicti, nequiter & in felonia & aſſultu precogitato, predictum Stephanum inſultaverunt cum gladiis et fuſtibus, ipſum vulneraverunt, tanquam omicid' occiderunt. Et hoc paratus eſt verificare verſus predictos, tanquam verſus felones et omicid', ſecundum qd Cur' Regis conſider' qd facere debeat.

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

Pleg' de proſequendo Johannes Foreſtar' de Neuton et Ricardus filius Odonis de eadem.

Predicti Robertus et alii vocati non venerunt ad hunc Com'. Ideo exigantur &c.

Placita Corone apud Novum Caſtrum, die Jovis prox' poſt feſtum beati Leonis Pape, anno regni Regis Edwardi XIII.

RICARDUS de Clyveland ſequitur appellum ſuum verſus Robertum Fagard Militem, Johannem de Sancto Edwardo, Robertum Cocum Roberti de Stutevill, Robertum de Tyndale, Reginaldum Braciatorem, Ricardum Graper, Rogerum de Heyley, Johannem de Tyndal, Jacobum de Warderoba Domine Alianore Domine Caſtri de Mitford', Petrum Garcionem Johannis de Mickeley, Walkelinum Janitorem, Belot' Piſtorem, Colinum le Vylour, & Robertum Foreſtar' de Beuerigg', de felonia et morte Stephani Piſtoris fratris ſui, in omnibus modis ſicut in Com' precedenti.

Robertus Fagard et alii vocati ad hunc ſecundum Com' non venerunt. Ideo exigantur &c.

Placita Corone apud Novum Caſtrum, die Jovis prox' poſt feſtum beati Auguſtini, anno regni Regis Edwardi XIII.

RICARDUS de Clivelaund optulit ſe ad hunc tertium Com' ad proſequend' appellum ſuum verſus Robertum Fagard Militem, et alios ſubſcriptos in appello ſuo contentos: Et verſus Robertum de Stutevill, et Alianoram uxorem ejus, adjornati fuerunt per Breve Domini Regis coram Johanne de Lovetot, et Wychardo de Charroun, apud Novum Caſtrum, in craſtimo Exaltationis ſancte crucis, anno ſupradicto in appello memorato &c.

Et Johannes de Sancto Edwardo, Robertus de Stutevill, et Alianora Uxor ejus modo veniunt.

Et predictus Ricardus, ſepius vocatus et ſolempniter, non venit.

Ideo ipſi quoad appellum illud inde quieti: Et predictus Ricardus capiatur &c.

Et pro pace Domini Regis obſervand' Inquiratur utrum fuerunt inde culpabiles, necne.

Juratores dicunt ſuper ſacramentum ſuum, Quod predicti Johannes, Robertus, et Alianora, non ſunt culpabiles de predicta Felonia, nec de precepto, miſſione, conſilio, vi vel auxilio, ad predictam feloniam faciend', nec de receptamento felonum qui predictam feloniam fecerunt.

Dicunt etiam, Quod Rogerus de Heyley interfecit predictum Stephanum. Et quod Reginaldus Braciator, Robertus de Tyndale, et Ricardus Graper, fuerunt ei conſentientes et auxiliantes ad predictam feloniam faciend': Et poſtquam eam fecerant fugierunt. Ideo capiantur ſi inveniantur &c.

Juratores, queſiti per cujus abettum appellum predictum factum fuit et proſecutum,

Dicunt, qd per abettum Hugonis de Euere. Et ſuper hoc predicti appellati petunt dampna ſua, que eſtimaverunt ad mille libras &c.

Poſtea, in octab' Sancti Hillarii hoc anno, per preceptum Domini Regis venerunt coram Rege tam predicti Robertus de Stutevill, et Alianora Uxor ejus, et Johannes

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

hannes de Sancto Edwardo, quam predictus Hugo de Euere.

Et quia convictum est per Inquisitionem coram prefatis Johanne de Lovetot, et Wychardo de Charroun, Justiciariis per preceptum Domini Regis ad appella illa audiend' et terminand' assignatis, captam, Quod predicti Robertus, et Alianora uxor ejus, et Johannes, non sunt inde cupabiles, ut predictum est: Et quod appellati fuerunt per abbettum predicti Hugonis, Consideratum est, Quod predicti Robertus, et Alianora Uxor ejus, et Johannes, eant quieti de Appello predicto, tam ad sectam Regis quam aliorum. Et quod predictus Hugo committatur Gayole pro abetto &c.

Postea coram Domino Rege et ejus Consilio, in octab' Sancti Hillarii, venerunt partes per preceptum Domini Regis.

Et quia ei videbatur quod in appello predicto rite processum fuit ad judicium, Consideratum est, Quod predicti Robertus de Stutevill, & Alianora Uxor ejus, et Johannes de Sancto Edwardo, eant inde quieti in perpetuum ad sectam Domini Regis. Et Hugo custodiatur pro abetto &c.

Et quia, inspectis predictis Recordo et Processu compertum est, quod predictus Johannes de Sancto Edwardo, appellatus de facto, quietus recessit coram eisdem Justiciariis per considerationem ejusdem Curie; Ideo nichil hic de eo, nec de utlagar' penes ipsum, nec de predictis Roberto et Alianora pro receptamento ejusdem.

Set quia predicti Robertus et Alianora appellati fuerunt, tam de receptamento predictorum Rogeri de Heyley, Reginaldi le Brazour, Ricardi le Graper, Roberti Fagard, Johannis le Ken, Jacobi de Garderoba Domine, Petri Garcionis Roberti de Stutevill, Rogeri Garcionis Johannis de Mickeley, Walkelini le Porter, Colini le Vylour, et Beloti Pistoris, qui inde modo malecreduntur, quam de receptamento predicti Johannis de Sancto Edwardo qui inde aquietatus est; Et videtur quod non fuit procedend' ad plenam acquietantiam predictorum Roberti, et Alianore, appellatorum de receptamento predictorum Rogeri de Heyley, Reginaldi le Brazour, Ricardi le Graper, Roberti Fagard, Johannis le Ken, Jacobi de Garderoba Domine, Petri Garcionis Roberti de Stutevill, Rogeri Garcionis Johannis de Mickeley, Walkelini le Porter, Colini le Vylour, et Beloti Pistoris, quousque omnes predicti appellati de facto aquietarentur, vel convincerentur; Ideo inde loquend' cum Domino Rege &c.

Et predicti Rogerus de Heyley, Reginaldus le Brazour, Ricardus le Graper, Robertus Fagard, Johannes le Ken, Jacobus de Garderob' Domine, Petrus Garcio Roberti de Stutevill, Rogerus Garcio Johannis de Mickeley, Walkelinus le Porter, Colinus le Vylour, et Belot' le Pestour, ut prius exigantur et utlagantur &c.

Et nichil de Catall' predicti Roberti de Stutevill in extractis, quousque consultum fuerit inde cum Domino Rege.

Postea mandavit Dominus Rex, quod predicta Record' & Processus ut ei mitterentur. Et ei mittuntur &c.

Et super hoc venit predictus Robertus de Stotevill coram Domino Rege et ejus Consilio; Et pro se & predicta Alianora Uxore sua supplicavit, Quod predicta Processus et Recordum, per que ipsi alias tam coram ipso Domino Rege quam coram Justiciariis suis ad appellum predictum audiend' & terminand' assignatis de predictis feloniis fuerunt acquietati, recitarentur & examinarentur. Et si videretur ipsi Domino Regi & ejus Consilio, Quod per Inquisitiones in predicto Recordo contentas, et per Judicia super eisdem reddita, sufficienter et satis debite fuissent acquietati de feloniis predictis, vi, fortia et auxilio, precepto et receptamento, Felonum qui felonias predictas commiserunt, quod Exigende versus eos per prefatos Hugonem et socios suos Justiciarios itinerantes considerate, revocarentur et suspenderentur. Quia dixit, quod quicquid in recordo hic misso continetur, ipsi Robertus & Alianora pro facto illo positi sunt et exiguntur de Com' in Com'. Dixit etiam, quod qualitercumque Justiciarii itinerantes predicti modo in recordo isto per eos missum recordantur, qd nichil de Catall' ipsius Roberti; iidem tamen in itinere suo predicto Catalla sua Domino Regi adjudicaverunt, et Vicecom' majorem partem eorumdem levavit per Extractas eorumdem Justiciariorum, ad Scaccarium liberatas, et Vicecom' predicto missas. Et petiit, quod Extracte ille ad Scaccarium liberate Domino Regi ostendantur et ejus Consilio, ut super facto Justiciariorum illorum plenius certiorentur. Protulit etiam Litteras Domini Regis nunc patentes, que testantur, quod Dominus Rex pardonavit eis felonias predictas, et sectam pacis sue que ad ipsum pertinet &c.

A. D. 1293. 21&22 Edw. I.

Et quia in predictis Recordo et Processu, coram prefatis Justiciariis ad appella predicta de feloniis predictis audiend' et terminand' assignatis, manifeste compertum est, Quod predicti Robertus et Alianora se inde de bono et malo et ad sectam Reg' in Inquisitiones patrie posuerunt; per quas convictum fuit, Quod nec de feloniis illis, nec de vi, auxilio, precepto, aut receptamento, felonum qui felonias illas commiserunt fuerunt cupabiles, per quod per Judicium Cur' Reg' inde totaliter fuerunt acquietati, Et quod judicium postea coram ipso Domino Rege fuit affirmatum, prout in predicto Recordo continetur: Et etiam idem Dominus Rex postea per Litteras suas predictas patentes, felonias easdem quas iidem Robertus & Uxor sua feciſſe dicebantur, et etiam sectam pacis sue que ad ipsum inde pertinebat, pardonavit: Nec juri consonum esset, inmo totaliter inconveniens & erroneum, et contra legem & consuetudinem terre, qd ex quo alias ad sectam Regis per patriam fuerunt de predictis feloniis, ut predictum est, et per judicium Cur' Reg' solempniter acquietati, Et similiter, qd Dominus Rex sectam pacis sue eis inde pardonavit, qd contra tales acquietantias de novo ad sectam Regis pro eisdem feloniis utlagarentur, aut ad aliquod judicium contra eos procederetur: Et per Vicecom' Com' predicti, & per alios fideles Domini Regis testatur, quod predicti Robertus, et Alianora, per preceptum Justiciariorum predictorum nunc de novo in itinere suo in Exigend' positi fuerunt, Et de Com' in Com' exigantur quousque fuerunt utlagati:

Et similiter, quia scrutatis Rotulis de Extractis finium & Amerciamentorum de itinere predictorum Justiciariorum ad Scaccarium liberatis, compertum est, Quod Vicecom' de catall' ipsorum Roberti & Alianore per prefatos Justiciarios oneratur, qualitercumque iidem Justiciarii modo per recordum suum missum hic recordantur, Quod nichil de catall' eorumdem, Per ipsum Dominum Regem et Consilium suum Concordatum est, quod Exigenda prefata versus prefatos Robertum & Alianoram, per prefatos Justiciarios considerata & pronunciata, revocetur & omio adnulletur. Et quod iidem Robertus & Alianora inde quieti. Et quod catalla sua de Extractis predictis extrahantur. Et super hoc mandatum est Thes' et Baronibus de Scaccario: Et etiam preceptum est Vicecom' et Coronatoribus Comitatus predicti &c.

A.D. 1293. 21 Edw. I. Placita coram ipso Domino Rege & ejus Consilio apud Cantuar' a die Sancti Johannis Baptiste in quindecim dies, anno regni ipsius Domini Regis Edwardi vicesimo primo. A. D. 1293. 21 Edw. I.

Suthť ff. Querela Walteri Upright. (m. 8.)

WALTERUS Opright, Magister Navis que vocatur Omnium Sanctorum de Hethe juxta Novam Forestam, alias attachiatus fuit ad respondend' Jacobo Moreans de Helemes, Egid' de Rouleres, Mercatoribus Turnacens'; Petro de Langou, & Willo Arnald, Mercatoribus de la Rochele; de hoc, Quod cum ipsi Mercatores frettassent a prefato Waltero & aliis parcenar' prefate navis eamdem navem, et octies viginti et unum doleum vini in eadem onerari fecissent, apud la Rochele: Et que vina prefatus Walterus, et alii parcenar' navis predicte, duxisse debuerunt apud Dam in Flandr' per certam conventionem inter ipsos Mercatores et ipsum Walterum et parcenar' suos factam, et per scriptum inde inter eos cyrographatum, predictus Walterus et parcenar' sui vina predicta juxta conventionem predictam non duxerunt, ad grave dampnum ipsorum Mercatorum &c.

Et predictus Walterus coram ipso Domino Rege alias venit, et bene cognovit, Quod ipse est Magister predicte navis, Et quod predicta vina in eadem nave carcata fuerunt, ducenda de predicto loco de la Rochele usque predictum locum de Dam, ut predictum est; et per certam conventionem inde inter predictos Mercatores et ipsum Walterum et parcenar' ejusdem Navis factam.

Set dicit, Quod per tempestatem venti et maris Navis sua fugata fuit versus Angliam, super Costeram Maris de Haylford' in Cornub', & ibidem depredata per quosdam homines maritimos de omnibus predictis & aliis bonis in eadem nave existentibus, preterquam de triginta et sex doleis vini tantum que in eadem Nave remanserunt &c.

Et dicit, Quod, inter cetera bona ablata, asportata fuit pars sua cyrographi facti inter ipsum et parcenar' suos et predictos Mercatores de conventione inter eos facta &c.

Et petit, quod Dominus Rex respectum habeat ad hoc, quod per tempestatem maris Navis predicta fugata fuit, ut predictum est, et postea depredata: Et si ipse Walterus & parcenar' sui ad restitutionem eorumdem vinorum sic depredatorum teneantur: Dicit tamen quod, de predictis triginta et sex doleis que sibi remanserunt paratus est prefatis Mercatoribus respondere, et ea sibi restituere; per sic quod ipsi Mercatores de fracto suo sibi satisfaciant, prout tenentur &c.

Postea idem Walterus dicit, quod predicta Navis depredata fuit per quemdam Copynum de Sc̃nton de Stenore, Adam Jori de Sandewyco, Willm Jori de Heth juxta Romeneye, et Robertum Milde Magistrum Navis que vocatur la Rose de Herwych, et quemdam Henricum de la Pole Magistrum Navis que vocatur Sanneye de Wesworth de Hibernia, de vinis predictis et aliis bonis suis &c. Et petit, Quod Dominus Rex ei subveniat, tam ad bona sua propria sic depredata recuperanda, quam ad vina predicta predictis Mercatoribus restituenda &c.

Et quia Dominus Rex vult quod predictis Mercatoribus, et etiam quod predicto Waltero et parcenar' suis, celeris fiat justicia: Mandatum est Stephano de Penceštr' Custodi Quinque Portuum, quod attachiet predictos Copynum, Adam Jori, Willm Jori, et Robertum Milde, Ita quod eos habeat coram Domino Rege a die Sancti Johannis Baptiste in xv dies, ubicumque &c. ad respondend' Domino Regi et Mercatoribus predictis de transgressione predicta &c.

Et de predicto Henrico de la Pole, eo quod testatum est quod est in partibus Hibernie, Mandatum est Justic' Hibernie, Quod attachiet eum et Navem que vocatur Gabriel unde idem est Magister, cum omnibus in eadem Nave inventis, eo quod idem Walterus dicit, quod magna pars eorumdem vinorum depredatorum in Nave predicta devenerunt: Ita quod habeat eum coram Domino Rege, a die Sancti Michaelis in xv dies, ubicumque &c. ad respondend' &c.

Postea, a die Sancti Johannis Baptiste in xv dies, apud Cantuar' coram ipso Domino Rege venit quidam Jacobus de Helemes, et protulit quoddam scriptum procuratorium, sigillo communitatis Turnacens' signatum, quod testatur Quod predicti Jacobus Moreans, Egidius de Rouleres, et quidam alii Mercatores Turnacens' quibus quedam pars vinorum predictorum fuit, constituerunt ipsum Jacobum de Helemes procuratorem suum &c. ad petend' & recipiend' catalla sua quecumque in quibuscumque Cur' &c.

Et similiter venerunt predicti Petrus de Langou, et Wills Arnald, Mercatores de la Rochele &c.

Et similiter predictus Walterus Opright &c.

Et iidem Mercatores de la Rochele, et similiter predictus Procurator, petierunt restitutionem vinorum suorum, que in predicta nave onerata fuerunt &c.

Et quia predictus Walterus, Magister navis predicte, alias coram Domino Rege cognovit, et etiam modo cognoscit, quod triginta et sex dolea predictorum vinorum penes se remanserunt; Per ipsum Dominum Regem preceptum est, quod eadem triginta et sex dolea plenarie prefatis Mercatoribus et procuratori restituantur, vel totum precium si vina illa alienentur vel deteriorentur &c.

Et similiter, Quia prefati Mercatores et Procurator asserunt, quod decem dolea alia de vinis suis predictis invenerunt apud Sandewycum; Per ipsum Dominum preceptum est Ballivo de Sandewyco, quod si Mercatores et Procurator predicti decem dolea illa probare per signa, seu alio modo competenti verificare, poterunt, quod sua aut Dominorum suorum fuerunt, et in predicta Nave devenerunt; Quod idem Ballivus ea sibi sine dilatione faciant restituere.

Et super hoc predictus Walterus Opright petit, qđ ex quo placet Domino Regi quod dolea predicta deliberentur predictis Mercatoribus et Procuratori, qđ de fracto suo prout inter Mercatores quibus vina predicta fuerunt et ipsum Walterum et parcenar' suos convenit ei satisfiat; ex quo per eum non remansit quin predicta vina ad opus eorumdem Mercatorum, et loco quo voluerunt, devenerunt &c.

Et predicti Mercatores et Procurator dicunt, quod idem Walterus nullum freccum petere potest de jure, nec habere debet.

Dicunt enim, Quod ubi convenit inter ipsum Walterum et ipsos Mercatores predictos, quod ipse Walterus duxisse debuisset vina sua, ut predictum est, et absque hoc quod navis sua cum vinis suis in Angl' deveniret, nisi esset vi temporis; prefatus Walterus, gratis et absque aliqua vi temporis, contra conventionem inter eos factam, ad partes Angl' se transtulit ubi de vinis predictis depredatus fuit per assensum suum, et cujus depredationis particeps fuit. Et hoc manifeste patet, ex quo pars predictorum vinorum sibi & in navi sua remansit, & alia bona & catalla sua.

Unde dicunt, Quod tam in hoc quod contra conventionem predictam devenit, quam quod predicte depre-

A. D. 1293. 21 Edw. I.

dationi conſentiens fuit, quod frectum ſuum omnio foriſfecit. Et etiam ſi ſuper hoc convincatur, ad reſtitutionem omnium vinorum ſuorum tenetur &c. Et proferunt ſuper hoc quoddam ſcriptum, ſub nomine predicti Walteri, et cujuſdam Radulphi Godrik, quod conventionem inter eos factam ut predictum eſt teſtatur. Et cujus tranſcriptum preſenti recordo eſt appenſum &c.

Et predictus Walterus bene cognoſcit predictum ſcriptum conventionis, et quicquid in eo continetur. Set dicit quod in nullo deliquit contra conventionem predictam, nec per ipſum ſtetit quin vina predicta, juxta conventionem predictam, cariata fuerunt: Nec particeps fuit depredationis ſibi facte de vinis predictis, aut aliis bonis. Immo dicit, quod per vim temporis navis ſua fuit fugata ubi fuit depredata.

Et quod ita ſit ponit ſe ſuper patriam &c.

Et Mercatores et Procurator ſimiliter.

Ideo recordum iſtud traditum eſt Stephano de Peneceſtr' et Magiſtro J. de Lacy, Juſticiariis per Dominum Regem ad omnimodas querelas conſimiles de depredationibus nuper in mari factis audiendas et terminandas aſſignatis, ut in loquela iſta procedant, prout de jure fuerit faciend' &c. Et ſimiliter quod de illis qui faciunt defaltam, Quod iidem Juſticiarii procedant ad eorum punitionem, juxta retorna Vicecom' et Ballivorum, prout fuerit faciend'.

Et ſciend', quod Brevia et alia quecumque negotium tangentia eis liberantur per G. de Roubyry &c.

A. D. 1293. 21 Edw. I.

ROTUL.

ROTUL. DE ANN. XXII ED. I.

A. D. 1294. 22 Edw. I. Placita coram Domino Rege apud Weſtmonaſterium, a die Sancti Johannis Baptiſte in unum Menſem, anno regni Regis Edwardi xxii°. A. D. 1294. 22 Edw. I.

Hibern' ff. Quoddam Recordum liberatum per manum Walteri de la Haye.

No 1. Placitum inter Wil' de Veſcy & Joh'em fil' Thome. (m. 1.)

PLACITA coram Waltero de la Haye, Cuſtod' Officii Capit' Juſtic' Hibern' et Conſilio Domini Regis apud Dublin', die Jovis, primo die Aprilis, anno regni Regis Edwardi xxii° in preſentia Gilberti de Clare Comitis Glouc', et Ricardi de Burgo Com' Ulton', Johannis de Haſtinges, et aliorum Baronum et Magnatum.

ff. JOHANNES filius Thome attachiatus fuit ad hunc diem ad ſectam Willi de Veſcy ad reſpondend' eidem ſuper diffamatione &c. Ad quem diem partes predicte ven'. Et predictus Willis optulit ſe verſus predm Johannem conquerendo ſuper eo quod idem Johannes dixiſſe et oſtendiſſe debuit Domino Regi, et ejus Conſilio in Angl', Quod ipſe Willis petiviſſe debuiſſet a predicto Johanne Confederationem per ſacramentum quod prefatus Johannes fuiſſet una ſecum contra Dominum Regem; Et petiit qđ hoc advocaret vel dediceret. Qui Johannes venit et dicit, Quod prefatus Willis nuncquam petiit ab eo Confederationem per ſacramentum, ſet dixit qđ ſi ulterius fuerit alloqutus alia diceret. Et propter hujuſmodi ſuppoſitiones prefatus Johannes deductus fuit ad ducend' ulterius ad petitionem predicti Willi et Com' Glouc', ſi ipſe predictum Johannem uncquam de aliqua Confederatione vel Iniquitate rogaverat contra Dominum Regem, per ſacramentum, vel alio modo quocumque. Qui Johannes, habito ſuper hoc Conſilio, fatetur quod idem Willis verba contenta in quadam cedula quam idem Johannes proferebat et tradidit Juſtic' predicto ibidem ſibi aliquando dixit. Et ulterius idem Johannes dixit, quod predictus Willis omnia in Cedula contenta ſibi dixit: Et hoc voluit advocare, et proteſtatus fuit plura dicere ſi neceſſe fuerit et fuerit premeditatus.

Tenor Cedule patet:

ff. CES ſunt les paroles qe Sire Willam de Veſcy dyſt a Sire Johan le fiz Thom' endreyt de noſtre Seingnur le Rey Dengleterre. Ceſt aſauoyr, Qe les Genz de Irlande furent les plus Cheytifs qe il conyſeit, kar il ſerreynt ſi il vauſiſent riens grauns Seingnurs, e bien meyntendreyent lor terres e lor fraunchiſez Dirlaunde maugre le Roy. E ſi il ſuſſent taunt du Roy cum il ſaueyt il tendreynt mult poy de ly, kar il eſt le plus lauers e le plus laches chyualer de ſun Reaume, Et conta une bone cheaunce qe ly auynt, e ceo fuſt maugre ſoen al hure qil vynt a Kenelworth quant il priſt mult des hoſtages e grant pople, e ociſt del oſt Sire Symond de Mountford le Jeouene, e deſconfit tut oltre. Mes eyns q̃ il vynt a Kenelworth il maunda genz pur ſauer quel genz furent oue Sire Symond de Mountford. E quant il aueyt entendu quel genz furent la, il diſt qe il returnereyt, kar touz les genz Dengleterre auereyent aſſez affere daſſembler auekes eus. Et dunt diſt Sir' Roger de Clyfford, qe ſil returnaſt il ſerreyt grant hounte e blame a ly e a touz les ſoens arremanaunt, e purreyt pdre Engleterre. Et dunc diſt le Rey q̃ ore eſt, qe tote la hounte e la blame fuſt ſur ly, e il returnereyt. Veyre diſt Sir' Roger de Clyfford, vouz aporterez plus de hounte e de blame de cel choſe e cel buſoingne q̃ le Remenaunt Dengleterre. Et pus dyſt Sire Roger, coment qe auyne nos irroms, E diſt auaunt les baners. E il cheuaucha auaunt, E le Roy ne pout pur hounte qil ny alaſt, e la eſpleyterent bien, ſicum auaunt eſt diſt. Et diſt lauantdiſt Sire Willame a lauauntdyſt Sire Johan, qil plaſt oue ces amyz ſil vouſiſſent aſſentir a les choſes auauntdytes e dunt ſerreyt bon. Jeo entendy ben qđe ceſtes choſes furunt encontre noſtre Seingnur le Rey e ſun eſtat, e Jeo garny les uns du Conſeil de ceſte choſe pur ſauuer ma foy.

ET predictus Willis, audito tenore Cedule predicte, dementitus eſt predictum Johannem, dicendo, Mentitus es tanquam falſus et proditor. Et denegavit omnia ſibi impoſita, et optulit ſe hoc deffendere per corpus ſuum contra predictum Johannem, Et tradidit vadium in manum Juſtic' qui illud admiſit. ff.

Et predictus Johannes omnia advocavit in forma predicta; Et optulit ſe hoc probare per corpus ſuum contra predictum Willm ſicut Curia conſider' &c. Et tradidit vadium in manum Juſtic' qui illud admiſit.

Et poſtea fuit predictum negotium continuatum per manucaptionem partium et conſenſum uſque diem Sabbati prox' ſequen'. Quo die partes predicte venerunt. Et predictus Johannes iterum dixit verſus predictum Willm, Quod omnia, que in Cedula quam prius tradidit Juſtic' continentur, ipſe Willis ſibi dixit ut ſupra. Et quod idem Willis ſicut falſus et proditor hoc dixit paratus fuit probare per corpus ſuum, pro Domino Rege et ſeipſo, verſus predictum Willm. Et predictus Willis e contra dementiendo ipſum ut ſupra &c. Et predictus Johannes e contra dementiendo ipſum Willm ut ſupra.

Et per Juſtic' et alios de Conſilio, ex conſenſu partium, datus eſt eis dies a die Sancti Johannis Baptiſte in unum menſem, quod ſint ibidem in eodem ſtatu, eodem modo, et eadem forma qua nunc ſunt, ad faciend' et recipiend' ſecundum quod &c. Et interim conſulatur Dominus Rex, et remandet &c.

Et ſic utraque pars per Balliũ traditur, et manuc' xii Militum uſque diem predictum.

POSTEA Dominus Rex mandavit Breve ſuum in forma que ſequitur: ff.

EDWARDUS Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitaine, Dilectis et Fidelibus ſuis Willo de Eſtden Theſ' ſuo Hibernie, Roberto Bagod, et Waltero de la Haye Eſch' ſuo Hibernie, Salutem. Quia ad partes Tranſmarinas non divertimus ad preſens, per quod Parliamentum noſtrum apud Weſtmonaſterium poſt Feſtum iſtud Paſch' tenere proponimus, ut prius per Nos extitit ordinatum: Vobis Mandamus, qđ pro duello ff.

A.D. 1294. 22 Edw. I.

duello vadiato coram vobis in Hibern' inter Willm de Veſcy et Johannem filium Thome, prout vos, prefati Wille et Waltere, Nobis ſignificaſtis, non omittatis quin Inquiſ' ſuper Querel' per dictum Johannem et alios de partibus illis coram Nobis apud Weſtm' in ultimo Parliamento noſtro factis, de diverſis tranſgreſſionibus ſibi in eiſdem partibus per dictum Willm ut dicitur illatis, juxta poteſtatem quam vobis inde dedimus, celeriter fieri faciatis. Volumus etiam, quod vos et ipſi ſitis coram Nobis apud Weſtmonaſterium, in craſtino Sancte Trinitatis proximo futuro, ſuper Negotiis et Inquiſ' ſupradictis. Propter quod volumus quod ſcire faciatis eiſdem quod ſint ibi ad eundem diem. Et ſimiliter diem duelli, eiſdem datum coram vobis, aſſignetis coram Nobis apud Weſtm' in eodem ſtatu quo Negotium fuit ordinatum coram vobis: Ita quod ſint in propriis perſonis ſuis apud Weſtmonaſterium, ad faciend' inde et recipiend' quod Curia noſtra conſiderabit. Et Volumus, quod interim non procedatur in aliquo dictum duellum tangente quouſque venerint coram Nobis, et inde ordinaverimus voluntatem noſtram ſecundum qđ Nobis videbitur conſonum rationi. Et de conſenſu veſtrum trium aliquem probum Hominem de Terra illa, qui ydoneus ſit et cõis, aſſignetis ad faciend' offic' Juſticiarie uſque ad reditum veſtrum ad partes illas, vel quouſque ſuper hoc aliter per Nos fuerit ordinatum. Et Volumus quod ad eundem diem duelli habeatis coram Nobis Recordum et Proceſſum rei illius, et hoc Breve. Teſte me ipſo apud Cantuar' xxi° die Aprilis anno regni noſtri xxii°.

ff. HUJUS auctoritate mandati aſſignatus fuit dies partibus, a die Sancti Johannis Baptiſte in unum menſem, apud Weſtmonaſterium, coram Domino Rege, in eodem ſtatu quo negotium fuit ordinatum ad eundem diem in Hibern': Ita quod partes predicte ſint in propriis perſonis ſuis apud Weſtm' ad faciend' inde et recipiend' quod Curia Domini Regis conſider' ſecundum formam Brevis Domini Regis predicti.

ff. AD quem diem, videlicet a die Sancti Johannis Baptiſte in unum menſem, anno regni Regis nunc xxii°, venit predictus Willmus Eques, armatus armis militaribus, videlicet cum deſtrio coopto, lancea, ſcuto, cultello, lorica, et cum aliis armis militaribus; Et optulit ſe verſus predictum Johannem paratum ſe defendere ſicut Cur' conſider' de omnibus ei per predictum Johannem impoſitis.

Et predictus Johannes ſolempniter vocatus non venit.

Et predictus Wilts petiit judicium de defalta ſua. Et ſuper hoc ſupplicavit, Quod ſi plura arma haberet quam competeret qđ illa poſſet dimittere per licentiam Cur'; Et ſi pauciora haberet, qđ plura aſſumere poſſet. Et ſuper hoc datus eſt ei dies die Lune in craſtino Sancti Jacobi Apoſtoli. Et interim ſciatur voluntas Reg'.

A.D 1294. 22 Edw. I.

Poſtea in craſtino, ſcilicet die Veneris, mandavit Dominus Rex Theſ' quoddam Breve ſub tenore ſequen':

Edward par la grace de Deu, Rey Dengleterre, Seingnur Dirland, et Duchs Daquytaine, al honerable pere en Deu W. par la meſmes grace Eveſque de Baa et de Welles ſon Treſorer, Saluz. De ceo q̃ vous Nos avez maunde de la buſoigne q̃ eſt entre Monſr̃ Guillame de Veſcy e Monſr̃ Johan le fiz Thomas, vous Maundoms, q̃ ſil vingnent devaunt vos q̃ vous lur commaundez a venir a Nous ou q̃ Nous ſeoms, e Nos emfrons ſi Deu pleſt ceo q̃ Noz deveroms. Don' deſouz noſtre prive ſeal, a Rughemore, le xxi jor' de joil', l'an de noſtre regne xxii.

Poſtea, die Sabbi in craſtino diei Veneris predicti, venit predictus Wilts coram Theſ' in pleno Scaccario, et dixit, Quod intellexit quod Dominus Rex mandavit voluntatem ſuam Theſaurario ſuo de predicto negotio. Et ſupplicavit quod Voluntas ejus adimpleretur.

Et predictus Johannes ſuper hoc ſolempniter vocatus non venit.

Et predictus Wilts petiit Judicium de Defalta ſua, ut prius. Et ſuper hoc datus eſt ei dies, pretextu mandati Regis, uſque diem Mercurii prox' poſt Feſtum Sancti Jacobi Apoſtoli, ubicumque Rex fuerit in Angl', coram ipſo Domino Rege, ad faciend' qđ Cur' Regis conſider'. Et mittitur totum Recordum Domino Regi &c.

Ad quem diem Mercurii coram ipſo Dño Rege, apud Farham in Com' Suthton, venit pred' Willus de Veſcy, & optulit ſe coram Dño Rege et ejus Conſilio, inſtanter petens Judicium ſup p̃dca defalta predc̃i Johis put continebatur in pred' Recordo ipſi Dño Regi p Theſ' ſuum de Sccio ſuo miſſo. Et ſuper hoc pred' Johes ſolempniter vocatus non venit. Et quia Dominus Rex variis et arduis prepeditus negotiis predc̃o negotio tunc vacare non potuit, ex officio & gratia ipſius Dñi Regis datus eſt dies pred' Wilto cor' ipſo Dñi Rege in cr̃o Aſcenſionis Dñi ad Parliamentum ſuum, ubicumque &c. ad audiendum judicium ſuum ſuper dc̃a defalta pred' Johis, & ad ulterius faciend' & recipiend' in loquela pred' quod Curia ipſius Dñi Regis conſideraverit in hac parte. Ita qđ loquela pred' tunc ſit in eodem ſtatu in omnibus & p̃ omnia in quo fuit pred' die Mercurii &c. *

Et Sciend', quod iſte idem proceſſus continuatus fuit uſque ad Parliamentum in craſtino Aſſumptionis beate Marie, anno xxiii. Et ibi inveĩetur continuatio et finale judicium &c.

* The Cedule on which the above paragraph was written being now loſt from the Roll, this is ſupplied from the Vetus Codex, fol. 67. b. See Ryley, p. 195.

De Parliamento anno xxii°.

ff. De Hugone Molard Mercatore Holand. (m. 2.)

HUGO Mulard, mercator de Holand, alias coram ipſo Domino Rege apud Cant' in craſtino Sancte Trinitatis, anno xxii, queſtus fuit de Waltero Hobbe, de hoc quod prefatus Walterus, infra menſem poſt Bellum in Mari inter Anglicos et Normannos habitum, vi cepit ab eo quandam Navem ſuam diverſis Marcandiſis carcatam; In qua Navi fuerunt de Bonis ipſius Hugonis propriis Marcandiſe ad valenc' triginta et duarum librarum, et pro locatione cujus navis habuiſſe debuit viginti libr' &c. Cepit etiam idem Walterus in predicta navi Herneſia ad navem illam ſpectantia, ad valenc' centum ſolidorum. Unde dicit quod deterioratus eſt et dampnum habet ad valenciam octo librarum &c.

Et Walterus venit et dixit, quod nulla bona ſeu catalla a pred' Hugone abſtulit, cepit, aut aſportavit. Et

A. D. 1294. 22 Edw. I.

Glouc'.

de hoc posuit se super patriam de Com' Glouc'. Et Hugo similiter.

Ideo preceptum fuit Vic' Glouc' quod venire fac' coram Domino Rege, ubicumque &c. in crastino Sancti Johannis Baptiste XII &c. per quos &c. Et qui nec &c. ad recogn' &c. Quia tam &c. Et quoad navem &c. idem Walterus dixit, Quod ipse emit medietatem cujusdam navis de quibusdam Lamberto de Whith, Waltero Droys de Treueru Cornubie, et Jeel de Devon', et quibusdam aliis quorum nomina ignorabat, in villa Bristoll', Et dixit quod altera medietas ejusdem navis fuit cujusdam Thome Germeyn &c. Ideo dictum fuit predicto Waltero Hobbe, quod haberet coram Domino Rege et Consilio suo aut illis quos Rex voluerit ad hoc assignare, predictos Lambertum, Walterum Droys, et Jeel, et alios si quos &c. de quibus emit predictam medietatem &c. Set predictus Walterus Hobbe supplicavit Domino Regi quod subveniret ei per Brevia sua Vicecomitibus suis Dors', Somers', et Glouc' directa, ad faciend' venire predictos Lambertum et alios de quibus emit predictam navem &c. Et concedebatur ei. Ita quod sive veniret sive non ipse Walterus respondeat.

Et similiter dictum fuit Constabulario Bristoll' qui presens fuit, quod venire fac' predictum Thomam Germein ad prefatum terminum ad faciend' et recipiend' qd̄ justum fuerit, Et tunc fieret quod de jure &c. Et predictus Walterus Hobbe committebatur predicto Constabulario interim custodiend' &c.

Et Sciend' quod prefatus Hugo fatebatur se navem predictam recepisse de predicto Constabulario, qui navem illam ei per preceptum Domini Regis liberavit &c. sicut predictus Constabular' asserebat &c.

Postea in crastino Sancti Johannis Baptiste, predictus Hugo coram Domino Rege apud Portesmuth' optulit se versus predictum Walterum de placito predicto: Et idem Walterus non venit, Nec Warantum suum de predicta nave prout adjornamentum recepit produxit, Nec etiam predicti Vicecom' Brevia sua retornarunt. Propter * quod per Dominum Regem preceptum fuit, qd̄ mandaretur predicto Constabular' quod esset in propria persona sua coram ipso Rege in crastino beati Petri ad vincula, ubicumque &c. Et ibi haberet predictum Walterum ad faciend' &c.

* *In Orig.* quod *a* per &c.

Norh't' ff. De Manerio de Bokebrok post mortem Godefri' de Bello Monte seisito in man' Domini Regis.

DOMINUS Rex mandavit Malculmo de Harlegh, Escaetori suo citra Trentam, quod quia Godefridus de Bello Monte, qui diversas Terras et Tenementa tenuit de hereditate que fuit Cecil' de Ferrariis quondam Uxor' sue, que de Rege tenuit in capite, diem clausit extremum, Quod omnes Terras et Tenementa que idem Godefridus tenuit in Balliva sua die quo obiit de Hereditate predicta, sine dilatione caperet in manum Regis, Et salvo custodiri faceret donec Rex aliud inde preceperit, Et quod inquireret per sacramentum proborum &c. quantum terre idem Godefridus tenuit de Rege in Balliva sua de hereditate predicte Cecil', Et quantum de aliis, Et per quod servitium, Et quantum Terre ille et Tenementa valeant per annum in omnibus &c. Et quis est ejus heres propinquior; Et quod Inquisitionem inde factam Domino Regi mitteret sub sigillo suo et sigill' eorum &c.

Per quam quidem Inquisitionem sic factam et per Escaetorem Domino Regi missam Compertum est, Quod Manerium de Bokebrok fuit jus et hereditas predicte Cecilie, De quo Manerio dicta Cecilia fuit seisita in dominico suo ut de feodo die quo obiit, Et quod predicti Godefr̄s et Cecil', ad prosecutionem Johannis Bygot per Breve Domini Regis per collusionem inter eos factam, venerunt coram Justiciariis de Banco, et cognoverunt dictum Manerium cum pertin' esse jus predicti Johannis Bygot; set qd̄ tempore recogn' predicte, et antea, et post, semper dicti Godefr̄s et Cecilia fuerunt in seisina dicti Manerii: Et quod ratione alicujus contractus inter ipsos Godefr̄m, Cecil' & Johannem facti nuncquam amoti fuerunt inde servientes seu Ballivi seu aliqua Bona eorumdem, nec in aliquo inde statum suum mutaverunt: Et quod dictum Manerium tenebatur de Comite de Ferrar' ratione Honoris Cestrie, per servitium duorum Feodorum Militum, eo quod dictum Manerium fuit aliquando Radulphi Comitis Cestr': Et quod Johannes de Ferrariis, filius Roberti de Ferrariis, consanguineus predicte Cecil' est heres dicte Cecil' propinquior, et est plene etatis. In cujus rei testimonium sigilla sua appossuerunt.

A. D. 1294. 22 Edw. I.

Ratione cujus Inquisitionis coram Canc' et Consil' Domini Regis apud Farham, per preceptum Regis venit predictus Johannes de Ferrar' et petiit quod seisina predicti Manerii sibi liberaretur, Ex quo per predictam Inquisitionem compertum est quod dicta Cecilia fuit seisita de predicto Manerio cum pertin' in dominico suo ut de feodo die quo obiit, Et quod ipse est ejus heres propinquior &c.

Et super hoc venit quidam ex parte predicti Johannis Bygot Domini sui, et petiit, Quod seisina predicti Manerii nullo modo liberaretur predicto Johanni de Ferrar' priusquam idem Johannes Bygot Dominus suus super hoc audiretur de jure suo in dicto Manerio, ratione finis de quo predicta Inquisitio facit mentionem.

Et similiter quidam alius ex parte Edmundi, Fratris Domini Regis, eodem modo petit pro Domino suo, quod Dominus suus audiretur super jure suo quod intendit habere in dicto Manerio.

Et quia Dominus Rex unicuique, prout tenetur, justiciam facere voluit, dedit diem prefato Johanni de Ferrariis usque diem Lune in crastino beati Petri ad vincula, ubicumque &c. Et dictum fuit ex parte Domini Regis prefatis hominibus predicti Edmundi, & predicti Johannis Bygot, Quod scire facerent Dominis suis quod essent ad prefatum diem ostens' si quid pro se haberent vel dicere scirent quare Dominus Rex prefato Johanni de Ferrar' seysinam predicti Manerii liberare non debet, juxta Inquisitionem predictam.

Ad quem diem venit predictus Johannes Bygot: et similiter predictus Johannes de Ferrariis; qui petiit quod seisina predicti Manerii sibi liberaretur ratione Inquisitionis predicte, prout superius Domino Regi supplicavit.

Et Johannes Bygot dicit, Quod a die Sancti Johannis Baptiste in XV dies, anno regni Regis nunc sexto, coram Magistro Rogero de Seyton et sociis suis Justiciariis Domini Regis de Banco, levavit quidam finis inter Johannem Bygot querentem, et Godefr̄m de Bello Monte et Ceciliam Uxorem ejus deforc', de Manerio de Bockebrok cum pertin'; per quem Finem predicti Godefridus et Cecilia recognoverunt predictum Manerium cum pertin' esse jus ipsius Johannis. Et pro hac &c. idem Johannes concessit predictum Manerium cum pertin' predictis Godefrido et Cecilie, et heredibus de corporibus eorumdem Godefridi et Cecilie procreatis, de ipso Johanne et heredibus suis in perpetuum: Ita quod si contingeret quod predicti Godefridus et Cecilia obierint sine herede de corpore suo procreato, Tunc predictum Manerium cum pertinen' integre reverteretur ad predictum Johannem et ad heredes suos quiete de aliis heredibus ipsorum Godefri et Cecilie; Tenend' de Capitalibus Dominis feodi illius per servitia que ad predictum Manerium pertinent in perpetuum.

Et profert quoddam cyrographum predicti finis, et similiter transcriptum pedis ejusdem finis sub pede sigilli Scaccarii, que hoc idem testantur; Unde dicit, Quod predicta Cecilia die quo obiit nichil habuit in eodem Manerio nisi ad terminum vite sue tantum, juxta formam predicti finis: Et dicit, Quod post mortem predictorum Godefridi et Cecilie predictum Manerium sibi reverti debet et remanere per finem predictum. Unde deficut predicta Cecilia statum quem habuit in dicto Manerio die quo obiit tantummodo habuit per finem predictum, qui finis supponit ad terminum vite sue tantum, petiit quod dictum Manerium sibi, ut illi cui post mortem predicte Cecilie per finem predictum reverti debeat, liberetur, qualitercumque per predictam Inquisitionem, ex officio

A. D. 1294. 22 Edw. I.

Domini Regis captam, et in quam ipſe Johannes Bygot ſe non poſuit, compertum ſit &c.

Et Johannes de Ferrariis bene cogn' quod predictus finis, ut predictum eſt, levavit inter partes predictas; ſet per hoc non debet retardari quin ſeiſinam ſuam habere debeat. Dicit enim, Quod predictus Finis om̃io vacuus eſt in ſe, nec per hunc poteſt predictus Johannes Bygot aliquem ſtatum clam' in dicto Manerio, eo quod predicti Godefr̃s et Cecil' tempore levationis ejuſdem finis, et antea, et poſtea ſemper fuerunt in ſeiſina dicti Manerii plena et pacifica, ut de jure et hereditate ipſius Cecil' Conſanguinee ſue cujus heres ipſe eſt, abſque hoc quod iidem Godefridus et Cecilia uncquam ſe de Manerio illo dimiſerunt, aut ſtatum aliquem predicto Johanni Bygot per predictum finem inde fecerunt. Et quod predicta Cecilia de predicto Manerio cum pertin' fuit ſeiſita in dominico ſuo ut de feodo die quo obiit &c. Et hoc paratus eſt verificare prout Cur' conſider' &c. Et dicit, quod hoc idem per predictam Inquiſitionem compertum eſt &c.

Et Johannes Bygot dicit, Quod predictus finis in Cur' Domini Regis, ut predictum eſt, levavit inter predictos Godefridum et Ceciliam et ipſum. Et quod predicta Cecilia die quo obiit nichil habuit in eodem Manerio niſi ad terminum vite ſue tantum, prout idem finis teſtatur: Et petit quod ſeiſina dicti Manerii, juxta formam ejuſdem finis, eo quod dicti Godefridus et Cecilia obierunt ſine herede de corpore ſuo procreato, ſibi liberetur.

Et ſuper hoc idem Johannes Bygot, queſitus ſi predictam verificationem quam predictus Johannes de Ferrar' verſus eum pretendit velit expectare, Nichil dicit niſi quod predictus finis levavit ut predictum eſt.

Et predictus Johannes de Ferrariis ſuper hoc inſtanter pet' judicium &c.

(Dorſ.) Et quia per predictam Inquiſitionem per preceptum Domini Regis captam compertum eſt, Quod predicta Cecilia fuit ſeiſita de predicto Manerio in dominico ſuo ut de feodo die quo obiit, Et quod predictus Johannes eſt ejus heres propinquior; Et predictus Johannes Bygot in propria perſona ſua nichil aliud oſtendit ſeu dicit, propter quod ſeiſina dicti Manerii per Dominum Regem predicto Johanni de Ferrariis liberanda retardari debet, juxta Inquiſitionem predictam, Niſi quod predictum finem dicit fuiſſe levatum in Cur' Reg' ut predictum eſt, Et per eundem finem dictum Manerium ſibi debere remanere poſt mortem predictorum Godefridi et Cecil' eo quod obierunt ſine herede de corpore ſuo procreato, Et quem finem predictus Johannes de Ferrar' ut om̃io vacuum et nullum paratus eſt verificare, quod quidem verificare predictus Johannes Bygot nullo modo vult expectare; Et ſic finis ille quem pretendit ad impediend' ſeiſinam dicti Johannis de Ferrariis ad preſens quoad hoc potius pro nullo quam pro bono haberi debet, ex quo verificare illud quod dictus Johannes de Ferrar' offert ad finem illum adnulland' ſeu affirmand' non vult expectare; Nec aliud dicit ſeu oſtendit per quod ſeiſina dicti Johannis de Ferrar' retardari debeat, cum ſuper hoc diem haberet ad hunc diem, ut predictum eſt;

Videtur Cur' quod idem Johannes Bygot nichil oſtendit ſeu dixit quin Dominus Rex ſeiſinam predicti Manerii dicto Johanni de Ferar' liberare debeat, ut propinquiori heredi predicte Cecilie: Salvo jure ipſius Domini Regis et alterius cujuſcumque; Et etiam ſalva predicto Johanni Bygot omnimoda actione que per predictum finem in dicto Manerio ſibi competere poterit, cum inde loqui voluerit et ſibi viderit expedire.

Ideo mandatum eſt Eſcaetori, quod liberet ſeiſinam predicti Manerii prefato Johanni de Ferar' in forma predicta &c.

---

ff. (m. 3.) DE Conceſſione facta Roberto de Pynkeny de reſiduo Anni et Vaſti remanentium de Manerio in Com' Norh̃t' a die captionis Inquiſitionis apud Suth̃t' uſque terminum &c.

REX conceſſit Hugoni de Dodingſeles Manerium quod fuit Johannis de Pynkeny ſuſpenſi in Com' Warr' Ita quod capiat exitus uſque reditum ipſius Hugonis de Vaſcon', Et quod interim non tranſſiat Inquiſitio &c. A. D. 1294. 22 Edw. I. ff.

REX conceſſit Warino de Inſula, Quod idem Warinus habeat & percipiat omnes exitus et proficua provenienc' de Maneriis que capta fuerunt in manum Domini Regis poſt mortem Iſabell' de Fortibus, Comitiſſe Albemarlie, Et de quibus idem Warinus dicit ſe eſſe verum heredem dicte Comitiſſe juxta dictum Inquiſitionum captarum de eiſdem; Ita quod ipſe Warinus exitus et proficua illa capiat per manus Ballivorum ipſius Reg', Et quod ratione illius Conceſſionis nichil deperiat Hugoni filio Hugonis de Courteny, afferenti ſe eſſe heredem predicte Comitiſſe de predictis Maneriis; Et quod nichil accreſcat dicto Warino in jure ſuo ratione illius Conceſſionis cum dictus Hugo ad etatem pervenerit, Set tunc ſolvatur utrique parti jus ſuum. ff.

REX conceſſit Henrico de Gildeford, quod ipſe poſſit dimittere ad firmam ad vitam ipſius Henrici centum libratas terre, quas ipſe tenet de Domino Rege in cap' &c. ff.

OMNIBUS hoc ſcriptum viſur' vel auditur' Johannes filius Thome Salutem. Cum nuper, qd̃ ex relatu quorumdam intellexeram quod Dña Agn' de Valenc' diem ſuum clauſerat extremum, cepiſſem & ſeiſ' in manum meam omnia Bona et Catalla, Terr' et Tenementa, una cum Redditibus, Homag', Ward', et Reliviis, que predicta Domina Agnes habuit et tenuit in Hibern', Et modo veraciter intellexi quod eadem Domina Agnes in vite proſperitate adhuc vivens et ſuperſtes eſt, exnunc omnes predictas Terras Redditus et Tenementa ſua cum omnibus ſuis pertinen' ut predictum eſt in Cur' Domini Regis eidem Domine Agneti per preſentes reddo et reſtituo, Tenenda ſicut ea prius tenuit ante captionem ſupradictam ſine aliquo retenemento: Et plenariam ſeyſinam et pacificam de omnibus Terris & Tenementis ſuis cum pertin', ut predictum eſt, predicte Agn' vel alicui de Ballivis ſeu Miniſtris ſuis nomine ejuſdem Domine Agn' citra Feſtum Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici viceſimo tertio, teneor pro me et heredibus meis facere reſtituere et deliberare, adeo integre ſicut ea cepi in manum meam: Et etiam omnia bona et catalla ſua per me, ſeu pro me aut per quoſcumque alios nomine meo, capta et adhuc detenta, ſeu aliquo modo capienda vel detinend' uſque ad diem reſtitutionis ſupradicte, ſecundum qd̃ per legalem Inquiſ' inde capiend' per Theſ' et Barones de Scaccario Dublin' in quos conſencio plenius conſtabit. Teneor ſimiliter pro me et heredibus meis predicte Domine Agn' heredibus et executoribus ſuis plene refundere et reſtituere, ſine aliqua diminutione, ad duos anni terminos, videlicet unam medietatem ad Feſtum Paſch' anno regni Regis Edwardi ſupradicti viceſimo quarto, Et aliam medietatem ad Feſtum Sancti Michaelis proximo ſequens, ſine ulteriori dilatione, una cum dampnis et expenſis que et quas predicta Domina Agnes, ſeu aliquis nomine ſuo, incurrerit ſeu habuerit ratione ſeiſine et detentionis ſupradicte, juxta veredictum predicte Inquiſitionis ſimiliter inde capiende coram Theſaur' et Baronibus ſupradict' uſque ad diem reſtitutionis terrarum et tenementorum ſupradictorum, niſi predicta Agnes omnia premiſſa per aſſiſam nove diſſeyſine prius recuperaverit. Preterea volo et concedo, quod predicta Domina Agnes, a tempore confectionis preſentium, percipiat omnes fructus et exitus omnium terrarum et tenementorum ſupradictorum, nichil inde computato ſeu comprehenſo inter ea que ad predictos duos terminos reſtant ſolvenda. ff. Tranſcriptum cujuſdam ſcripti Johannis filii Thome facti Agn' de Valenciis.

E2

A.D. 1294. 22 Edw. I.

Et etiam volo, quod ſi ad diem captionis predicte Inquiſitionis coram Theſaurar' et Baronibus ſupradictis me abeſſe contigerit, Quod nullo modo preſentia mea expectetur, quin procedatur ad eandem Inquiſitionem capiendam in forma ſupradicta. Et ſi contingat, me vel heredes meos in reſtitutione ſeyſ' terrarum, reddituum et tenementorum ſupradictorum, ſeu etiam bonorum et catallorum predictorum, una cum dampnis et expenſis, et etiam fructibus et exitibus eorumdem terrarum et tenementorum predictorum a tempore confectionis preſentium, ut ſupradictum eſt, in parte vel in toto deficere, Extunc obligo me, heredes et executores meos, teneri Domino Wilto de Valenc' in mille libris ſterlingorum nomine debiti ſolvend' eidem Domino Wilto, heredibus, vel executoribus ſuis ad Feſtum Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi ſupradicti viceſimo quarto, ſine ulteriori dilatione. Et nichilominus volo et concedo, Quod Dominus Rex, ſeu Miniſtri ſui, me, heredes et executores meos de die in diem coherciant et diſtring' ad omnia premiſſa plenar' faciend' in forma predicta. Et predictus Dominus Wills manucepit quod predicta Domina Agnes ratum et gratum habebit quicquid in preſenti ſcripto continetur. In cujus rei teſtimonium, tam predictus Dominus Wills de Valenc' quam ego predictus Johannes filius Thome, preſenti ſcripto, in modum cyrographi confecto, ſigilla noſtra alternatim appoſuimus. Dat' apud Weſtmonaſterium, die Lune proxima ante Feſtum beati Laur' Martiris, anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici ſupradicto.

A.D. 1294. 22 Edw. I.

Liberatum fuit ſcriptum Domino Egidio de Barenton.

ROTUL.

ROTUL. DE ANN. XXIII E. D. I.

A.D. 1295. 23 Edw. I. Placita et Memoranda coram Domino Rege Edwardo ad Parliamentum ſuum apud Weſtmonaſterium, in Craſtino Aſſumptionis beate Marie, anno regni ejuſdem Domini Regis XXIII°. A. D. 1295. 23 Edw. I.

Placita coram Domino Rege apud Weſtmonaſterium, a die Sancti Johannis Baptiſte in unum menſem, anno regni Regis Edwardi XXII°.

Quoddam Recordum liberatum per manum Walteri de la Haye.

N° 2. Placitum inter Will'm de Veſcy & Johannem filium Thome de Duello inter eos vadiato in Hibern' et coram Rege adnullato. (m. 1.)

PLACITA coram W. de la Haye Cuſtode Officii Capital' Juſticiar' Hibern' et Conſilio Domini Regis apud Dublin', die Jovis, primo die Aprilis, anno regni Regis Edwardi XXII°, in preſentia Gilberti de Clare Com' Glouc' et Ricardi de Burgo Com' Ulton' Johannis de Haſting' et aliorum Baronum et Magnatum.

Johannes filius Thome attach' fuit ad hunc diem ad ſectam Willi de Veſcy ad reſpondend' eidem ſuper diffamatione &c.

Ad quem diem partes predicte ven'. Et predictus Wills optulit ſe verſus predictum Johannem conquerendo ſuper eo, Quod idem Johannes dixiſſe et oſtendiſſe debuit Domino Regi et ejus Conſilio in Angl' quod ipſe Wills petiviſſe debuiſſet a predicto Johanne confederationem per ſacramentum quod prefatus Johannes fuiſſet una ſecum contra Dominum Regem; Et petiit quod hoc advocaret vel dediceret.

Qui Johannes venit et dicit, Quod prefatus Wills nunquam petiit ab eo confederationem per ſacramentum. Set dixit quod ſi ulterius fuerit allocutus, alia diceret. Propter hujuſmodi ſuppoſitiones prefatus Johannes deductus fuit ad dicend' ulterius, ad petitionem predicti Willi et Com' Glouc', ſi ipſe predictum Johannem unquam de aliqua confederatione vel iniquitate rogaverat contra Dominum Regem, per ſacramentum vel alio modo quocumque.

Qui Johannes, habito ſuper hoc conſilio, fatetur quod idem Wills verba contenta in quadam Cedula, quam idem Johannes proferebat et tradidit Juſticiario predicto ibidem, ſibi aliquando dixit. Et ulterius idem Johannes dixit quod predictus Wills omnia in Cedula contenta ſibi dixit; Et hoc voluit advocare. Et proteſtatus fuit plura dicere ſi neceſſe fuerit et fuerit premeditatus.

Tenor Cedule patet:

Ces ſunt les paroles qe Syre Wilyam de Veſcy dyſt a Syre Johan le fyz Thomas endreit du noſtre Seignur le Roy Dengleterre. Ceſt aſauer, ke les genz de Irlaunde furent les plus chaytifs qe il coniſſayt, kar il ſerreynt ſi il vauſyſſent riens granz Seignurs, e bien mentendreynt lor terres et lour fraunchyſes de Irlaunde maugre le Roy. E ſi il ſeuſſent taunt du Roy cum il ſaueyt, il tendreynt mont poy de ly, kar il eſt le plus lauers e le plus laſche cheualer de ſon Reaume; E counta une bone chaunce qe ly auynt, e ceo fu maugre ſoen al houre ke il vynt a Kenilleworth quant il pryſt mouz des hoſtages e grant poeple, e occyſt del oſt Syre Symond de Mountfort le Jeouen, e deſcomfyſt tut outre. Mes einz ke il vynt a Kenillyeworth il maunda genz pur ſauer quele genz furent of Syre Symond de Mountfort. E quant il aueyt entendu queles genz furent la, il dyſt ke il returnereit, kar tõz lez genz de Engleterre aucreynt aſſez afere de aſſembler oueokes eus. E dunt dyſt Syre Roger de Clifford, ke ſil returnaſt il ſerreit grant hount e blame a ly e a toz les ſoens a remanaunt, e purreit ꝑdre Engleterre. E dounc dyt le Roy qe ore eſt, ke tote la hounte e la blame feuſt ſur ly, e il returnereyt. Veyre dyt Syre Roger de Clifford, vous apporterez plus de hounte e de blame de cele choſe e cele boſoigne ke le remanaunt Dengleterre. E puis dyt Syre Roger, coment ke aueigne nous irrons, E dyt auaunt les baneres, E il cheuaucha auaunt, E le Roy ne pout pur hounte kil ny alaſt, E la eſſplayterent bien ſicũ auaunt eſt dyt. E dyt le auantdyt Syre Wilyam al auantdyt Syre Johan, ke il parlaſt of ſes amys ſil vouſiſſent aſſentyr a les choſes auauntdytes, e dount ſerreit bon. Jeo entendy bien ke ceſtes choſes furent encountre noſtre Seignur le Roy e ſon eſtat, e Jeo garny les uns du Conſeil de ceſte choſe pur ſauuer ma foy.

Et predictus Wills, audito tenore Cedule predicte, dementitus eſt predictum Johannem, dicendo, Mentitus es tanquam falſus et proditor. Et denegavit omnia ſibi impoſita, et optulit ſe hoc defendere per corpus ſuum contra predictum Johannem. Et tradidit vadium in manum Juſticiar' qui illud admiſit.

Et predictus Johannes omnia advocavit in forma predicta. Et optulit ſe hoc probare per corpus ſuum contra predictum Willm ſicut Cur' conſider' &c. Et tradidit vadium in manum Juſtic' qui illud admiſit.

Et poſtea fuit predictum Negotium continuatum per manucaptionem partium et conſenſum uſque diem Sabbi proximo ſequentem. Quo die partes predicte venerunt. Et predictus Johannes iterum dixit verſus predictum Willm, Quod omnia, que in Cedula quam prius tradidit Juſtic' continentur, ipſe Wills ſibi dixit ut ſupra. Et quod idem Wills ſicut falſus et proditor hoc dixit paratus fuit probare per corpus ſuum, pro Domino Rege et ſeipſo, verſus predictum Willm. Et predictus Wills e contra dementiendo ipſum ut ſupra &c. Et predictus Johannes e contra dementiendo ipſum Willm ut ſupra.

Et per Juſticiar' et alios de Conſilio, ex conſenſu partium, datus eſt eis dies a die Sancti Johannis Baptiſte in unum menſem, quod ſint ibidem in eodem ſtatu, eodem modo, et eadem forma qua nunc ſunt, ad faciend' et recipiend' ſecundum qđ &c. Et interim conſulatur Dominus Rex et remandet &c. Et ſic utraque pars per Balliũ traditur, et manuc' XII Militum uſque diem predictum.

Poſtea Dominus Rex mandavit Breve ſuum in forma que ſequitur:

Edwardus Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquit' Dilectis et Fidelibus ſuis Willo de Eſtden Theſaurario ſuo Hibern', Roberto Bagot, et

A. D. 1295. 23 Edw. I.

Waltero de la Haye Eſchaetori ſuo Hibern' Salutem. Quia ad partes Tranſmarinas non divertimus ad preſens, per quod Parliamentum noſtrum apud Weſtmonaſterium poſt Feſtum iſtud Paſch' tenere proponimus, ut prius per Nos extitit ordinatum, Vobis Mandamus, quod pro duello vadiato coram vobis in Hibern' inter Willm de Veſcy et Johannem filium Thome, prout vos, prefati Wille et Waltere, Nobis ſignificaſtis, non omittatis quin Inquiſ' ſuper Querel' per dictum Johannem et alios de partibus illis coram Nobis apud Weſtmonaſterium in ultimo Parliamento noſtro factis, de diverſis tranſgreſſionibus ſibi in eiſdem partibus per dictum Willm ut dicitur illatis, juxta poteſtatem quam vobis inde dedimus, celeriter fieri faciatis. Volumus etiam, quod vos et ipſi ſitis coram Nobis apud Weſtmonaſterium, in craſtino Sancte Trinitatis proximo futuro, ſuper Negotiis et Inquiſ' ſupradictis. Propter quod Volumus quod ſcire faciatis eiſdem quod ſint ibi ad eundem diem. Et ſimiliter diem duelli, eiſdem datum coram vobis, aſſignetis coram Nobis apud Weſtmonaſterium ad faciend' inde et recipiend' quod Curia noſtra conſiderabit. Et Volumus, quod interim non procedatur in aliquo dictum duellum tangente quouſque venerint coram Nobis, et inde ordinaverimus voluntatem noſtram ſecundum quod Nobis videbitur conſonum rationi. Et de conſenſu veſtrum trium aliquem probum hominem de Terra illa, qui ydoneus ſit et cōis, aſſignetis ad faciend' offic' Juſtic' uſque ad reditum veſtrum ad partes illas, vel quouſque ſuper hoc aliter per Nos fuerit ordinatum. Et Volumus quod ad eundem diem duelli habeatis coram Nobis Recordum et proceſſum rei illius, et hoc Breve. Teſte me ipſo apud Cantuar' XXII° die Aprilis anno regni noſtri XXII°.

Hujus Auctoritate mandati aſſignatus fuit dies partibus, a die Sancti Johannis Baptiſte in unum menſem, apud Weſtm' coram Domino Rege, in eodem ſtatu quo negotium fuit ordinatum ad eundem diem in Hibern': Ita quod partes predicte ſint in propriis perſonis ſuis apud Weſtm' ad faciend' inde et recipiend' quod Cur' Domini Regis conſider' ſecundum formam Brevis Domini Regis predicti.

Ad quem diem, videlicet a die Sancti Johannis Baptiſte in unum menſem, anno regni Regis nunc XXII°, venit predictus Wilts Eques, armatus armis militaribus, videlicet cum dextrario coopto, lancea, ſcuto, cultello, lorica et cum aliis armis militaribus; Et optulit ſe verſus predictum Johannem paratum ſe defendere ſicut Cur' conſider' de omnibus ei per predictum Johannem impoſitis.

Et predictus Johannes ſollempniter vocatus non venit.

Et predictus Wilts petiit Judicium de defalta ſua. Et ſuper hoc ſupplicavit, Quod ſi plura arma haberet quam competeret, Quod illa poſſet dimittere per licentiam Cur'. Et ſi pauciora haberet, Quod plura aſſumere poſſet. Et ſuper hoc datus eſt ei dies die Lune in craſtino Sancti Jacobi Apoſtoli. Et interim ſciatur voluntas Regis.

Poſtea in craſtino, ſcilicet die Veneris, mandavit Dominus Rex Theſaur' quoddam breve ſub tenore ſequenti.

Edward par la grace de Deu, Roy de Engleterre, Seignur Dirlaunde, e Duchs Daquit', al honurable pere en Deu W. par meyme la grace Eueſke de Ba e de Welles ſon Treſorer, Saluz. De ceo ke vous Nous auez maunde de la buſoigne qe eſt encountre Monſr Wilyam de Veſcy e Monſr Johan le fiz Thomas, Vous Maundons, ke ſi il veignent devaunt vous ke vous lour comaundez a uenyr a Nous ou ke Nous ſeuns, E Nous enfrons ſi Deu pleſt ceo ke Nous deuerons. Done deſuz noſtre prive ſeal, a Rughemor, le XXI jor de Jul' lan de noſtre regne XXII.

Poſtea, die Sabi in craſtino diei Veneris predicti, venit predictus Wilts coram Theſaur' in pleno Scaccario, Et dixit, quod intellexit Quod Dominus Rex mandavit voluntatem ſuam Theſaur' ſuo de predicto negotio. Et ſupplicavit quod voluntas ejus adimpleretur.

A. D. 1295. 23 Edw. I.

Et predictus Johannes ſuper hoc ſolempniter vocatus non venit.

Et predictus Wilts petiit judicium de defalta ſua ut prius. Et ſuper hoc datus eſt ei dies, pretextu mandati Regis, uſque diem Mercurii prox' poſt feſtum Sancti Jacobi Apoſtoli, ubicumque Rex fuerit in Angl' coram ipſo Domino Rege ad faciend' qđ Cur' Reg' conſidet'. Et mittitur totum Recordum Domino Regi &c.

Ad quem diem Mercur' coram ipſo Domino Rege, apud Farham in Com' Sutht', venit predictus Wilts de Veſcy, Et optulit ſe coram Domino Rege et ejus conſilio, inſtanter petens judicium ſuper predicta defalta predicti Johannis prout continetur in predicto Recordo ipſi Domino Regi per Theſaur' ſuum de Scaccario ſuo miſſo. Et ſuper hoc predictus Johannes ſollempniter vocatus non venit. Et quia Dominus Rex variis et arduis prepeditus negotiis predicto negotio tunc vacare non potuit, ex officio et gratia ipſius Domini Regis datus eſt dies predicto Willo coram ipſo Domino Rege in craſtino Aſcenſionis Domini ad Parliamentum ſuum, ubicumque &c. ad audiend' judicium ſuum ſuper predicta defalta predicti Johannis, et ad ulterius faciend' et recipiend' in loquela predicta quod Cur' ipſius Domini Regis conſideraverit in hac parte: Ita quod loquela predicta tunc ſit in eodem ſtatu in omnibus et per omnia in quo fuit predicto die Mercurii &c.

Quibus Recordo et Proceſſu de predicto die in craſtino Aſcenſionis Domini coram ipſo Domino Rege tunc in partibus Wall' exiſtente, per diverſa profra predicti Willi diverſis diebus et locis continuatis, prout Dominus Rex recordabatur, uſque ad Parliamentum ipſius Domini Regis apud Weſtmonaſterium, in craſtino Aſſumptionis beate Marie anno viceſimo tertio, Ad idem Parliamentum venerunt tam predictus Johannes quam predictus Wilts in propriis perſonis ſuis coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo, ubi predicta Proceſſus et Recordum de verbo ad verbum ſepius et cum diligentia fuerunt examinata per preceptum Domini Regis, ut ad finem debitum prout de jure et ſecundum conſuetudinem Regni eſſet faciend' procederetur.

Et quia in predicto irrotulamento, videlicet in principio ejuſdem, de quo totum quod proſequitur originem et fundamentum ſumere debet, continetur, Quod predictus Wilts attachiatus fuit ad reſpondend' predicto Johanni ſuper defamatione principaliter, Et non ſit uſitatum in regno iſto placitare in Cur' Regis placita de defamationibus, aut inter partes aliquas duellum conſiderare in placitis de quibus cognitio ad curiam Regiam non pertinet, Et etiam licet Proceſſus predictus originem ſumpſiſſet de aliquo unde cognitio ad curiam Regiam deberet pertinuiſſe, Tamen in Proceſſu eodem manifeſte erratum eſt in hoc, Quod predictus Walterus tenens locum Juſticiar' vadia predictorum Johannis et Willi cepit priuſquam duellum inter eos conſideratum fuit et adjudicatum: Quod fuit omo contra legem et conſuetudinem Regni:

Adhuc de Parliamento, in craſtino Aſſumptionis beate Marie, anno R. Edwardi XXIII°. (Dorſ.)

ET etiam quia in eodem Proceſſu poſtea invenitur, Quod poſtquam certus dies per predictum Walterum, videlicet a die Sancti Johannis Baptiſte in unum menſem, datus fuit eiſdem Johanni et Willo, Et ipſi per adjornamentum illud a Cur' receſſerunt diem illum expectando, Per predictum Breve Domini Regis mandatum fuit eidem Waltero, et Willo de Eſtden Theſ' et Roberto Bagot Juſtic' quod ſcire facerent predictis Johanni et Willo, quod eſſent coram ipſo Domino Rege in craſtino Sancte Trinitatis: Et quod iidem Walterus et alii diem duelli coram eis aſſignatum aſſignarent coram

A. D. 1295. 23 Edw. I.

ram ipso Domino Rege, Quod similiter fuit ōino contra legem et consuetudinem Regni; cum non sit usitatum, immo totaliter consuetudini Regni inconveniens et contrarium, qđ postquam coram Justic' aliquibus in Cur' Reg' certi dies et loca partibus aliquibus fuerint data et assignata, Et ipse partes sic adjornate a Cur' recesserint, Quod postea in absentia earumdem partium et extra Cur' dies et locus eis assignati anticipentur, aut in aliquo mutentur; Et maxime in placito ubi duellum fuerit percutiend': Quia a casu poterit accidere, qđ per tales premunitiones extra Cur' si se tenerent post certum adjornamentum in Cur' factum, qđ una pars premuniri posset per ignorantiam aut oblivionem premunientium essendi in uno loco, et altera pars in alio, ad eosdem terminos vel forte ad diversos. Et sic omnis processus prehabitus in Cur' Regis, licet bonus esset et legi terre conveniens, per tales premunitiones poterit evacuari.

Et similiter, quia in predicto Processu continetur Quod predictus Wills de Vescy venit eques et armatus coram ipso Domino Rege apud Westmonasterium, ad predictum mensem Sancti Johannis Baptiste, quem diem ipse Wills et Johannes habuerunt in Hibern'; Et per hoc patet quod idem Wills premunitus fuit juxta mandatum Domini Regis predictum, et eidem mandato obedivit: Nec in eodem processu contineatur, si predictus Johannes venit ad prefatum mensem coram prefato Waltero juxta adjornamentum sibi factum, necne: vel si idem Johannes premunitus esset essendi coram ipso Domino Rege ad eundem terminum, necne; secundum mandatum Domini Regis predictum: Per quod prefato Willo de Vescy imputand' non est, si defaltam fecit coram prefato Waltero in Hibern' ad prefatum mensem, cum ipse eodem die venit coram ipso Domino Rege juxta mandatum suum: Nec etiam imputandum est prefato Johanni, quod ipse ad eundem mensem coram Domino Rege juxta mandatum suum non venit, cum non constet Cur' qđ ad hoc fuit premunitus: Et sic nec uni nec alteri eorumdem Johannis et Willi in processu predicto aliqua defalta sit imponenda; Per ipsum Regem et Consilium suum concordatum est, quod predictus processus totaliter adnulletur; Et quod tam predictus Johannes quam predictus Wills eant inde sine die: Salva utrique eorum actione sua si alias de aliquo in predicto processu contento loqui voluerint &c.

---

ff. No 3. De restitutione Terrarum facta Electo Landavens' per Com' Glouc' & de jure Reg' in custod' Episcopatus post mortem Com' et Johanne.

CUM Electus Landavensis Domino Regi sepius supplicaverat, quod seysinam terrarum et tenementorum que sunt de Temporalitate Episcopatus predicti sibi reddere faceret, ex quo fidelitatem suam ceperat, Et Dominus Rex super hoc Gilberto de Clare Comiti Glouc' et Herford', cui, et Johanne Uxori ejus filie ipsius Domini Regis, custodiam predicti Episcopatus tempore vacationis ejusdem concessit ad termin' vite eorumdem Comitis et Johanne, tam viva voce injūxerat, quam per literas suas eidem postea mandaverat, Quod seisinam predictarum terrarum et tenementorum cum pertin' eidem Electo redderet; Tandem coram ipso Domino Rege et Consilio suo, apud Westmonasterium, in crastino decollationis Sancti Johannis Baptiste, anno regni ipsius Domini Regis vicesimo tertio, prefatus Comes, audito scripto suo per quod prefato Domino Regi id quod habuit in advocatione et custodia predicti Episcopatus tempore vacationis ejusdem reddidit ut jus suum, Et etiam tenore scripti per quod idem Dominus Rex postea de gratia sua speciali concessit prefatis Comiti et Johanne advocationem et custodiam predicti Episcopatus ad totam vitam utriusque ipsorum Comitis et Johanne; Habend' et tenend' de ipso Rege et Heredibus suis, Ita quod, post decessum eorumdem Comitis et Johanne, advocatio et custodia predicti Episcopatus integre revertantur ipsi Domino Regi et Heredibus suis, quieta de Heredibus ipsorum Comitis et Johanne imperpetuum, Et salva ipsi Domino Regi et Heredibus suis in singulis vacationibus predicti Episcopatus fidelitate ipsius quem in Episcopum ejusdem loci contigerit confirmari, prout in predicto scripto ipsius Domini Regis eisdem Comiti et Johanne inde confecto plenius continetur, Concessit quod seysinam terrarum et tenementorum que sunt de temporalitate predicti Episcopatus, et que in custodia sua fuerunt per concessionem Domini Regis predictam, plenar' et integre predicto Electo reddet et habere faciet, ad mandatum ipsius Domini Regis.

A. D. 1295. 23 Edw. I.

---

ff. De Libertate Johanne que fuit Uxor Hugonis de Turbervill sibi restituta.

REX de gratia sua speciali concessit Johanne que fuit Uxor Hugonis de Turbervill, Quod quedam Libertas ipsius Johanne de que capta fuit in manum Domini Regis per preceptum Johannis de Berewyk et sociorum suorum Justic' ultimo itineran' in Com' Herford' per defaltam ipsius predicti Hugonis, replegietur eidem Johanne usque quindenam Sancti Michaelis proximo futur'; Ita quod tunc respondeat inde Domino Regi coram eodem Rege, ubicumque tunc fuerit in Angl' &c. Et super hoc mandatum est Breve Vic' Herford' qđ repleg' fac' predictam Libertatem predicte Johanne in forma predicta, Et qđ retornet Breve ad dictum terminum &c.

---

ff. De Exitibus Villanorum Will'i le Latimer sibi restitutis.

CUM per Breve Domini Regis, sub testimon' Gilberti de Thorneton, preceptum fuisset Vic' Eborum qđ distringeret quosdam Villanos Willi le Latymer junioris, videlicet Robertum Alygod, Galfridum le Provost, Ricardum Alygod, Willm in the Wylies, Johannem de Kirkeham, Ricardum de Brunne, Ricardum Ingoly, Robertum filium Johanne, Robertum Drake, Simonem filium Mabill', Nichm fratrem ejusdem Simonis, Johannem de Killum, Martinum Moyse, et Robertum Bullok per omnes terras et catalla &c. Ita quod haberet corpora eorum coram ipso Domino Rege a die Sancti Michaelis in xv dies, ad respondend' Roberto de Rokesley de placito transgression'; Dominus Rex de gratia sua speciali concessit, Quia predictus Wills le Latymer, Thom' le Latymer de Com' Norht', Wills Percehaye de Com' Eborum, Godefridus de Friston de Com' Essex', coram ipso Domino Rege et Consilio suo manuceperunt habendi Villanos predictos ad terminum prefatum, ad respondend' Roberto predicto in placito predicto, qđ mandetur Vic' predicto, Quod districtiones, si quas fecerit Villanis predictis occasione predicta, relaxet eisdem ōino per manucaptionem predictam: Et exitus, si quos levaverit, restitui faciat eisdem. Et super hoc mandatum est Breve Vic' in forma predicta; Et quod retornet Breve ad terminum predictum &c.

---

ff. De deliberatione Johannis filii Philippi de Daventr'.

JOHANNES filius Philippi de Davintre, captus et inprisonatus apud Norht' pro quodam rescusso per ipsum facto, ut dicebatur, supplicavit Domino Regi, Quod gratiam sibi faceret super sua deliberatione. Propter quod Dominus Rex, ad instantiam Domini Malcolmi de Harlegh Eschaetoris sui citra Trentam, de gratia sua speciali concessit, Quod idem Johannes poneretur per bonam et sufficientem manucaptionem de veniendo ad proximum Parliamentum suum, post Festum Sancti Michaelis, ad faciend' qđ Cur' Regis consideraverit in hac parte; Et quod interim deliberentur per manucaptionem illam. Ita quod postea venerunt coram ipso Domino Rege et Consilio suo Malcolmus de Harlegh predictus, Wills de Mortuo Mari, Gilbertus de Roubyri, et Nichus de Warr', et manuceperunt predictum Johannem in forma predicta. Ideo mandatum est Vicecom' predicto quod interim deliberari faciat predictum

A. D. 1295. 23 Edw. I. dictum Johannem de prisona predicta, si ea de causa detineatur in eadem et non alia. Et quod tunc habeat predictum Breve &c.

---

ff. De concessione facta Elie Daubeny quod audiatur in Cur' Reg' ut Anglic'.

DOMINUS Rex, de gratia sua speciali, et ob laudabilia servitia que Elyas Daubeny et antecessores sui fecerunt ipsi Domino Regi et progenitoribus suis, prefato Elye concessit, et vult Quod ipse Elias de cetero in quibuscumque Curiis suis Angl' audiatur ut Anglicus, Et qd sibi respondeatur ut Anglico: Et quod non repellatur per illam exceptionem quod Alienigena est, et natus in partibus transmarinis. Quia Dominus Rex ipsum Elyam Anglicum purum tenet, Et vult quod sic ab aliis in Regno suo reputetur et teneatur &c.

Adhuc de Parliamento apud Westmonasterium, in crastino Assumptionis beate Marie, anno R. Edwardi XXIII°.

(m. 2.) *EDWARDUS Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie, omnibus ad quos presentes Littere pervenerint, Salutem. Sciatis, quod pardonavimus Johanni filio Thome, et sequele sue, sectam que ad Nos pertinet de quibuscumque transgressionibus per ipsos factis in terra nostra Hibernie, usque ad diem confectionis presentium. Et quantum in Nobis est firmam pacem nostram eis inde concedimus; Ita tamen quod stent recto in curia nostra, si quis versus eos inde loqui voluerit. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste Willo de Oddingseles Capitali Justiciario nostro Hibernie, apud Kylkenny, decimo die Martii, anno regni nostri vicesimo tertio.

Per Justiciar'.

* This Writ is upon a slip of parchment stitched to the Roll.

Hibern' ff. N° 4. Cognitio & obligatio Johanis filii Thome facta coram R. de Querel' inter ipsum Johann' et Comitem Ulton'.

JOHANNES filius Thome de Hibernia coram ipso Domino Rege et Consilio suo allocutus et ad ꝛonem positus, de diversis transgressionibus et feloniis ipsi Domino Regi et contra pacem suam per ipsum Johannem factis et commissis in Hibernia ut dicebatur, Et que quidem Transgressiones et Felonie in quodam parvo Rotulo continentur, Et qui Rotulus in fine hujus Rotuli invenietur, Venit et defendit omnem feloniam et quicquid est contra pacem Domini Regis aut Coronam et dignitatem suam. Et profert quoddam scriptum signatum sub sigillo Domini Regis in Hibern' in forma subscripta:

Edwardus &c. de verbo ad verbum &c.

Et idem Johannes super hoc quesitus, Si quid aliud ad ea que sibi imponuntur dicere velit, aut alio modo se inde acquietare, Expresse dicit, quod licet intenderet qd posset se de premissis et eorum singulis bene et fideliter se acquietare, multis modis et variis, et secundum legem et consuetudinem tam Regni istius quam Terre Hibern', Tamen super aliquo de quo Dominus Rex erga eum movere se posset cum ipso Domino Rege non vult placitare, Immo alto & basso de omnibus premissis et eorum singulis, et aliis quibuscumque, voluntati ipsius Domini Regis se supponit oño: Ita quod Dominus Rex de se totaliter ordinet & faciat quicquid sibi placuerit et quandocumque voluerit. Et Dominus Rex de gratia sua speciali eundem Johannem admittit ad voluntatem suam in forma predicta. Propter quod postea per ipsum Dominum Regem et Consilium suum, et per assensum et voluntatem predicti Johannis, ordinata sunt et facta scripta quedam, et sigillo ipsius Johannis et sigillis aliorum quorumdam Manucaptorum ejusdem Johannis signata, Quorum scriptorum forma subsequitur:

A. D. 1295. 23 Edw. I.

ff. UNIVERSIS Christi fidelibus ad quos presentes Littere pervenerint, Johannes filius Thome Miles, Walterus le Emfaunt, Petrus le Butiller, et Henricus de Vernoil, de Hibernia, Salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod cum magnificus Princeps Dominus Edwardus illustris Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitan', Dominus meus, me dictum Johannem filium Thome fecisset in curia sua coram se apud Westmonasterium inculpari, et ad ꝛonem poni, super captione Domini Ricardi Comitis Ulton' et quibusdam aliis delictis et transgressionibus ipsi Domino Regi et contra pacem suam, ut dicebatur, factis et commissis in Hibernia; Tandem, licet ego Johannes filius Thome innocentiam meam crederem sufficienter me posse per aliam viam purgare, tamen cum eodem Domino Rege super hiis vel aliis litigii viam nolens ingredi, vel ambages super omnibus contra me ex parte ipsius Domini mei Regis propositis, quantum ad ipsum pertinet, ejusdem de alto et basso me suppono voluntati, quandocumque, qualitercumque, et ubicumque, voluerit, semel vel pluries proferende: Firmiter promittens, me fideliter et firmiter servatur' et completur' et in contrarium non ventur', quicquid idem Rex mihi per voluntatem suam super premissis ordinand' injungend' duxerit vel dicend', personam meam et omnes terras et tenementa, et etiam omnia bona mea mobilia et inmobilia, que in presenti habeo vel habebo in posterum a quibuscumque et ubicumque teneantur, et sint speciali et solempni stipulatione interposita, eidem Domino Regi propter hoc obligando. Pro quibus firmiter servandis et attendendis viginti et quatuor Manucaptores, quorum quilibet centum marcatas terre ad minus habebit in feodo, et de quibus jam inveni predictos Walterum, Petrum, et Henricum, predicto Regi invenire teneor sine dilatione postquam veneró in Hibern'. Quorum viginti et unus adhuc inveniendi coram Justic' et Consilio prefati Domini Regis in Hibern' omnes terras et tenementa sua sollempniter obligabunt, sub pena incurrementi & amissione earumdem Terrarum et Tenementorum suorum, Qd omnia que promisi per presentes, vel promittam inferius, facient et curabunt per me fideliter adimpleri. Et super hoc singuli eorum suas patentes Litteras facient, obligationem hujusmodi continentes in forma mihi per eundem Dominum meum Regem tradita. Que quidem Littere dictorum viginti et unius Manucaptorum, per me vel mandatum meum in Angl' reddentur, infra Festum Sancti Martini proximo futur' prefato Domino meo Regi, ubicumque fuerit in Angl', vel ad Scaccarium suum in Angl' si idem Dominus Rex tunc fuerit extra Regnum. Si vero, quod absit, ego predictus Johannes predictos Manucaptores invenire et eorum Litteras habere non potero, ut predictum est, Tunc ad dictum Dominum Regem veniam personaliter infra dictum terminum, in statu in quo fui in confectione presentium Litterarum, Et sic postquam in forma jam dicta venero ad eundem Dominum Regem, dicti Walterus, Petrus, et Henricus, ab obligatione quam erga ipsum inferius facient, et alii, si plures inventi fuerint, erunt ño quieti. Promitto insuper, qd postquam, dante Domino, dictos Manucaptores coram dictis Justic' et Consilio invenerim, et eorumdem Litteras in forma predicta antefato Domino Regi liberari fecerim in forma predicta, ego nichilominus ad diem vel dies, et locum vel loca, quos idem Rex mihi assignaverit, ad mandatum suum personaliter veniam; voluntatem suam hujusmodi auditurus et facturus, et prout ipse semel vel pluries ordinaverit, injunxerit vel dixerit completurus. Quod si forte me, quod absit, deficere contigerit in premissis, volo exnũc ut extunc et concedo quod omnes Terre et Tenementa mea, et omnia Bona mea mobilia et inmobilia, eidem Regi ño sint incursa, &

A. D. 1295. 23 Edw. I.

& corpus meum ſit pro voluntate ipſius Domini Regis de vita et membris puniendum. Nos vero dicti Walterus, Petrus, et Henricus, ad ejuſdem Johannis inſtanciam, ſub incurremento Terrarum et Poſſeſſionum noſtrarum, manucapimus, promittimus, Et nos tenore preſentium quilibet noſtrum in ſolidum obligamus, nos facturos et curaturos quod predictus Johannes omnia et ſingula fideliter obſervabit. Et quod dicti Manucaptores adhuc inveniendi, obligabunt, in forma dicto Domino Johanni per ipſum Regem tradita, Terras et Poſſeſſiones ſuas ſepefato Regi, pro premiſſis omnibus et ſingulis attendendis, faciend' totaliter et complend'. In quorum omnium teſtimonium ego prefatus Johannes, et prefati Walterus, Petrus, et Henricus, ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Data apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſeptimo die Auguſti, anno regni predicti Domini Regis viceſimo tertio.

ff. UNIVERSIS Chriſti fidelibus ad quos preſentes Littere pervenerint, Johannes filius Thome de Hibernia Miles, Salutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra, quod cum ex parte magnifici Principis Domini Edwardi, Dei gratia, Regis Anglie, illuſtris Domini Hibernie, et Ducis Aquitanie, coram ipſo in Curia ſua apud Weſtmonaſterium inculpatus fuiſſem, et ad ñonem poſitus, ſuper captione nobilis viri Domini Ricardi Comitis Ulton' et quibuſdam aliis delictis et tranſgreſſionibus ipſi Domino Regi, et contra pacem ſuam, ut mihi imponebatur, factis in Hibern' et commiſſis, Ego tandem, licet per viam aliam innocentiam meam crederem ſufficienter me poſſe purgare ſuper omnibus contra me ex parte dicti Domini Regis propoſitis, de alto et baſſo me ipſius Domini Regis ſuppoſui voluntati; Me ſuper hoc, preter recognitionem quam coram predicto Domino Rege et ejus Conſilio inde feci, multis modis et variis obligando prout in Litteris meis obligatoriis inde confectis, ſigillo meo et ſigill' virorum nobilium Dominorum Walteri le Enfaunt, Petri le Butiller, et Henrici de Vernoil de Hibernia, ſigillatis, plenius continetur. Et ut ego prefatus Johannes filius Thome omnia et ſingula que in hujuſmodi Litteris ſunt contenta obſervem firmiter in futurum, et in nullo contraveniam, Ad Univerſitatis veſtre volo noticiam pervenire, Me ſuper corpus Domini et ad Sancta Dei Evangel' juramentum corporaliter preſtitiſſe, Quod omnia et ſingula que in predictis meis Litteris continentur, in omnibus et ſingulis ſuis articulis, prout in eiſdem Litteris eſt expreſſum, fideliter et inviolabiliter obſervabo, et in nullo contraveniam, ut predictum eſt. In cujus rei teſtimonium preſentibus Litteris ſigillum meum eſt appenſum. Dat' London' in craſtino decollationis beati Johannis Baptiſte, anno regni Domini Regis Edwardi predicti viceſimo tertio.

ff. UNIVERSIS ad quos preſentes littere pervenerint Henricus de la Launde, Johannes de Punchardun, Nicholaus de la Launde, Fulco de Fraxineto, Walterus Purcel, Oliverus Filius Eygnowy, et Walterus de Bodenham, Salutem in Domino ſempiternam. Noveritis, quod cum nobilis vir Dominus Johannes filius Thome ſuper captione nobilis viri Domini Ricardi Comitis Ulton', et aliis delictis et tranſgreſſionibus Sereniſſimo Principi Domino Edwardo Regi Anglie, Illuſtri Domino Hibernie, et Duci Aquit', et contra pacem ipſius Domini Regis per ipſum Johannem illatis et factis, ut dicebatur, in Hibern' per eundem Dominum Regem, coram ſe in Curia ſua inculpatus et ad ñonem poſitus, ſe quantum ad ipſum Regem pertinet alte et baſſe ipſius Regis ſuppoſuerit voluntati, prout in quibuſdam patentibus Litteris ſigill' ipſius Johannis, Walteri le Enfaunt, Petri le Butiller, et Henr' de Vernoyl, ſigillatis, plenius continetur; promiſeritq; idem Johannes coram Juſticiario et Conſilio predicti Regis in Hibern', viginti et unum Manucaptores, quorum quilibet centum marcatas terre in feodo habebit ad minus, inveniet, qui ſe obligabunt ſub incurrimento terrarum, tenementorum, et omnium bonorum ſuorum, Quod ipſi facient et curabunt, Quod ipſe Johannes filius Thome contenta in predictis Litteris implebit firmiter, et ſervabit fideliter, nec contraveniet ullo modo. Et quod dicti Manucaptores per Litteras ſuas patentes, in forma dicto Johanni per ipſum Regem tradita, ſe obligabunt, alioquin ipſe perſonaliter in Angl' veniet ad eundem Dominum Regem, in ſtatu in quo erat tempore confectionis predictarum Literarum. Nos promittimus, et nos, terras et tenementa, ac omnia bona noſtra ubicumque ſint, tenore preſentium obligamus eidem Domino noſtro Regi, ſub amiſſione et incurrimento eorumdem, quod nos faciemus et curabimus quod prefatus Johannes predictos viginti et unum Manucaptores inveniat, ſecundum quod eſt ad hoc per ſuas dictas litteras obligatus, vel quod in Angl' redeat in ſtatu predicto infra feſtum beati Martini proximo jam ventur'. In cujus rei teſtimonium preſentibus Litteris ſigilla noſtra appoſuimus. Dat' London' die Dominica prox' poſt feſtum decollationis Sancti Johannis Baptiſte, anno regni Domini Regis Edwardi predicti viceſimo tertio.

A. D. 1295. 23 Edw. I.

ff. UNIVERSIS ad quos preſentes Littere pervenerint Talis, Salutem in Domino ſempiternam. Noveritis quod cum nobilis vir Dominus Johannes filius Thome alte et baſſe Sereniſſimi Principis Domini Edwardi Dei gratia, Regis Anglie, Domini Hibernie, et Ducis Aquitanie, ſuper captione nobilis viri Domini Ricardi Comitis Ulton', et aliis delictis et tranſgreſſionibus ipſi Domino Regi, et contra pacem ſuam, per ipſum Johannem factis, ut dicebatur, et per eundem Regem ſibi impoſitis, ſub certa forma contenta in quibuſdam patentibus Litteris, ſigill' ipſius Johannis, Walteri le Enfaunt, Petri le Butiller, et Henrici de Vernoyl, ſigillatis, ſe ſuppoſuerit voluntati, Ego dictus Talis manucapio et promitto, ac per ſollempnem ſtipulationem me obligo per preſentes, Quod ego faciam et curabo quod dictus Dominus Johannes omnia et ſingula contenta in dictis Litteris implebit firmiter, et ſervabit fideliter, et contra non veniet ullo modo; alioquin exnunc ut extunc concedo pro me et heredibus meis, quod omnes terre et poſſeſſiones, et omnia bona mea mobilia et immobilia, que habeo in preſenti vel imperpetuum habere potero, eidem Domino Regi, et ſuis heredibus, perpetuo ſint incurſa, ad faciend' inde ſuam et heredum ſuorum omnimodam voluntatem. Quodque liceat ei et heredibus ſuis auctoritate propria ea capere, et ut propria retinere, ſine aliqua contradictione vel reclamatione mei vel heredum meorum imperpetuum. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Dat' &c. Et verba ſubſequentia in eodem ſcripto indorſantur:

Tranſcriptum Litterarum faciendarum in Hibern' per viginti et unum Manucaptores, quos Dominus Johannes filius Thome debet invenire ibidem, Ita ſcilicet qd ſi unus veniat per ſe faciat ſcriptum ſuum ſub forma in cedula iſta inſerta, et apponat ſigillum ſuum: Et ſi plures veniant, ſimul faciant unum ſcriptum, In quo ipſorum nomina inſerantur, et ſigna ſua ſingillatim eidem ſcripto apponantur. Et iſtud fiat coram Juſticiario Hibern' Theſ' Cancellar' et Conſilio Domini Regis ibidem. Et ſcripta predicta coram eis per predictos Manucaptores recognita irrotulentur ibidem; Et remandentur Regi juxta formam in Brevi contentam.

ff. EDWARDUS &c. Juſticiario ſuo Hibern' vel ejus Locum tenenti, Theſaur' de Scaccario ſuo Dublin', et Cancellar' ſuo Hibern', Salutem. Cum Johannes filius Thome in Curia noſtra coram Nobis apud Weſtm' inculpatus, et ad ñonem poſitus, ſuper captione dilecti et fidelis noſtri Ricardi Comitis Ulton', et quibuſdam aliis delictis et tranſgreſſionibus Nobis contra pacem noſtram

A. D. 1295. 23 Edw. I.

noſtram, ut dicitur, factis et commiſſis in Hibern', noſtre de alto et baſſo inde ſe ſuppoſuerit voluntati, quandocumque, qualitercumque, et ubicumque voluerimus, ſemel vel pluries proferende; Et Nobis viginti et quatuor Manucaptores, quorum quilibet centum marcatas terre ad minus habebit in feodo, Et de quibus jam invenit Walterum le Enfaunt, Petrum le Botiller, et Henricum de Vernoyl de Hibern', invenire teneatur ſine dilatione poſtquam venerit in Hibern', in forma contenta in tranſcripto quod vobis mittimus preſentibus intercluſum: Vobis mandamus, quod tenore tranſcripti predicti inſpecto et plenius intellecto, Litteras ſub nominibus viginti et unius proborum Hominum de Hibern' per predictum Johannem inveniendorum, quorum quilibet habeat centum marcatas terre in feodo ad minus, ſicut predictum eſt, cum per eundem Johannem coram vobis et Conſilio noſtro partium illarum venerint, et eundem Johannem manuceperint, in forma contenta in tranſcripto predicto fieri, et Litteras illas, ſigill' ſingulorum ipſorum Hominum per ipſos coram vobis ſignatas, ab eis ſingillatim recipi, et in Rotul' Scaccarii noſtri Dublin' et Juſticiar' noſtrorum de Banco ibidem de verbo ad verbum irrotulari faciatis. Quibus Litteris ſic factis, ſigillatis, et vobis liberatis, ac irrotulatis ut predictum eſt, et ill' etiam duplicatis, una earum penes vos in Theſauraria noſtra remanente, alteram earumdem prefato Johanni ſub bono et evidenti teſtimon' liberetis, ad Nos citra Feſtum Sancti Martini proximo futur', ſicut Nobis fideliter promiſit, in Angl' ſub veſtri teſtimon' deferend'. Teſte me ipſo apud Weſtmonaſterium, XXIIII° die Auguſti, anno regni noſtri viceſimo tertio.

Adhuc de Parliamento in craſtino Aſſumptionis beate Marie, anno regni Regis Edwardi XXIII°.

ff. Querela inter Hugonem Molard et Walterum Hobbe. (Dorſ.)

HUGO Mulard, mercator de Holand', alias coram ipſo Domino Rege apud Cantuar' in craſtino Sancte Trinitatis, anno XXII, queſtus fuit de Waltero Hobbe, de hoc quod prefatus Walterus infra menſem poſt bellum in Mari inter Anglicos et Normannos habitum, vi cepit ab eo quandam navem ſuam, diverſis marcandiſis carcatam; In qua navi fuerunt de bonis ipſius Hugonis propriis mercandiſe ad valentiam triginta et duarum librarum, et pro l.catione cujuſdam navis habuiſſe debuit viginti libras &c. Cepit etiam idem Walterus in predicta navi hernaſia ad navem illam ſpectantia ad valenc' centum ſolidorum. Unde dixit quod deterioratus fuit, et dampnum habuit, ad valenciam octo libraram &c.

Et Walterus venit et dixit, quod nulla bona ſeu catalla a predicto Hugone abſtulit, cepit, aut aſportavit. Et de hoc poſuit ſe ſuper patriam de Com' Glouc'. Et Hugo ſimiliter. Ideo preceptum fuit Vicecom' Glouc' quod venire faceret coram Domino Rege, ubicumque &c. in craſtino Sancti Johannis Baptiſte XII &c. per quos &c. Et qui nec &c. ad recogn' &c. Quia tam &c. Et quoad navem &c. Idem Walterus dixit, Quod ipſe emit medietatem cujuſdam navis de quibuſdam Lamberto de Whith', Waltero Droys de Treuereu Cornubie, et Jeel de Devon', et quibuſdam aliis quorum nomina ignorabat, in Villa Briſtoll', Et dixit quod altera medietas ejuſdem navis fuit cujuſdam Thome Germeyn &c. Ideo dictum fuit predicto Waltero Hobbe, quod haberet coram Domino Rege et Conſilio ſuo aut illis quos Rex voluerit ad hoc aſſignare, predictos Lambertum, Walterum Droys, et Jeel, et alios ſi quos &c. de quibus emit predictam medietatem &c. Set predictus Walterus Hobbe ſupplicavit Domino Regi quod ſubveniretur ei per Brevia ſua Vicecomitibus ſuis Dorſ' Somerſ' et Glouc' directa, ad faciend' venire predictum Lambertum et alios de quibus emit predictam Navem &c. Et concedebatur ei. Ita quod, ſive venirent ſive non, ipſe Walterus reſponderet. Et ſimiliter dictum fuit Conſtabular' Briſtoll' qui preſens fuit, quod venire faceret predictum Thomam Germeyn ad prefatum terminum ad faciend' et recipiend' quod juſtum fuerit. Et tunc fieret quod de jure &c. Et predictus Walterus Hobbe committebatur predicto Conſtabulario interim cuſtodiend'.

A. D 1295. 23 Edw. I.

Et ſciend' quod prefatus Hugo fatebatur ſe navem predictam recepiſſe de predicto Conſtabulario, qui navem illam ei per preceptum Domini Regis liberavit &c. ſicut predictus Conſtabularius aſſerebat &c.

Poſtea in craſtino Sancti Johannis Baptiſte, predictus Hugo coram Domino Rege apud Porteſmuth' optulit ſe verſus predictum Walterum de Placito predicto. Et idem Walterus non venit, nec Warantum ſuum de predicta nave, prout adjornamentum recepit, produxit, nec etiam predicti Vicecomites Brevia ſua retornarunt. Propter quod per Dominum Regem preceptum fuit, qd mandaretur predicto Conſtabulario quod eſſet in propria perſona ſua coram ipſo Rege in craſtino beati Petri ad vincula, ubicumque &c. et ibi haberet predictum Walterum ad faciend' &c.

Ad quem diem ven' predictus Conſtabular' et produxit predictum Walterum coram ipſo Domino Rege. Set predicti Vicecomites nulla Brevia retornaverunt, licet eis preceptum fuiſſet ſicut alias &c. Et quia predictus Walterus, nec ad predictum craſtinum Sancti Johannis Baptiſte, nec ad predictum craſtinum beati Petri ad vincula, aliquod Warantum de predicta nave protulit, nec Inquiſ' predict' venit: Et Dominus Rex intellexit quod Inquiſ' predicta ſuper bonis in predicta nave exiſtentibus adjudicata, per eundem Walterum et ſuos malicioſe retardaretur, ne contra ipſum Walterum tranſeat, Et ut predictus Hugo, qui eſt alienigena et homo Comitis Holand', majus dampnum incurrat: Et ſi homines de Holand' & Brabantia hiis diebus de dampnis et injur' ſibi factis per homines de Regno iſto, ſic ſine remedio, per dilationes ad procurationes adverſariorum ſuorum factas, ſine remedio recederent, de facili poſſet regno iſti majus periculum iminere ratione guerre mote: Ac predictus Walterus dedicere non potuit quin predicta navis in ſeiſina ſua inventa fuit; Nec conſtat quod ipſe bono modo ad eam devenit, ex quo de Warantis ſuis quos de emptione ejuſdem navis, ut dicit, per duas vices jam defecit totaliter: Nec eſt preſumend' quod predictus Hugo, qui eſt mercator alienigena, ad regnum iſtud veniens fuit ſine bonis et mercandiſis ſic in nave ſua exiſtentibus, Per ipſum Regem preceptum eſt, quod predictus Walterus cuſtodiatur quouſque predicto Hugoni ſufficienter ſatisfecerit &c. Et ſimiliter, quia dubitatur que bona fuerunt in nave predicti Hugonis quando de partibus Holand' verſus regnum iſtud iter ſuum arripuit, Mandatum eſt Comiti Holand', quod per probos et legales homines et Mercatores terre ſue ubi predictus Hugo in Mari ſe poſuit, inquirat diligenter, Que mercimonia et bona ipſius Hugonis in nave predicta carcata fuerunt, quando iter ſuum verſus regnum iſtud arripuit; Et Inquiſitionem aperte et fideliter factam remandet Domino Regi &c. Et dictum eſt prefato Waltero quod mittat ibidem aliquem de ſuis, ut interſit captioni predicte Inquiſ' ſi ſibi viderit expedire &c.

Poſtea ad Parliamentum ipſius Domini Regis apud Weſtm' in craſtino Aſſumptionis beate Marie, anno regni Regis nunc XXIII°, venit quidam Miles Comitis Holand', Criſtianus nomine, et protulit quamdam litteram ſub nomine predicti Hugonis factam, et ſigillo ſuo ſignatam, in hec verba:

Omnibus Chriſti fidelibus preſentes Litteras inſpecturis vel audituris, Hugo Mulart de Seylonth Salutem in Domino. Noverit Univerſitas veſtra, me conſtituiſſe et attornaſſe Dominum Chriſtianum, Militem Johannis

A. D. 1295. 23 Edw. I.

de Hoylont, in placitis motis inter me petentem et Walterum Hobba de Briſtoll' defendentem, de ſexaginta libr' argenti et quinque, occaſione cujuſdam navis: Ratum et gratum habens et habiturus quicquid predictus Chriſtianus duxerit faciend' nomine meo in dictis placitis, coram Dominis Roberto Malet, Gilberto de Rober' et ſociis ſuis. In cujus rei teſtimonium preſentibus Litteris meis eſt appenſum ſigillum meum. Dat' London' die Sabbati proxima ante Feſtum Aſſumptionis beate Virginis Marie, anno regni Regis Edwardi viceſimo tertio.

Et ſuper hoc idem Criſtianus Miles coram Gilberto de Roubyri, per Dominum Regem ad hoc aſſignato, venit et cognovit, Quod predictus Walterus Hobbe ſatisfecit predicto Hugoni pro predictis tranſgreſſionibus et aliis quibuſcumque per ipſum Walterum aut ſuos predicto Hugoni factis, uſque diem Sancti Bartholomei, anno regni Regis Edwardi viceſimo tertio, per viginti libras quas quidam Wills Randolf cognovit ſe debere prefato Hugoni, Et unde idem Wills eodem die ſolvit prefato Criſtiano ſexaginta ſolidos: Et decem et ſeptem libr' in Cancellaria Domini Regis cognovit ſe debere prefato Hugoni pro prefato Waltero, certis terminis ſolvend' juxta recognitionem in Cancellar' inde factam. Et ſuper hoc predictus Criſtianus fecit quoddam ſcriptum ſigillo ſuo ſignatum in hec verba:

Omnibus ad quos preſentes littere pervenerint Criſtianus, Miles Johannis de Holaund, Salutem in Domino. Cum Hugo Mulard per Litteras ſuas patentes attornaverit me loco ſuo ad recipiend' emendas competentes de Waltero Hobbe, de quibuſdam dampnis et trangreſſionibus prefato Hugoni per prefatum Walterum illatis, prout in Querela ipſius Hugonis coram ipſo Rege inter ipſum et prefatum Walterum placitata plenius continetur; Et pro quibus tranſgreſſionibus predictus Walterus per preceptum Regis in priſona Wynton' detinetur: Noveritis, me Criſtianum predictum pro predicto Hugone ōino remiſiſſe, relaxaſſe, et quietum clam' pro predicto Hugone predicto Waltero, et heredibus ſuis, omnimodam actionem quam predictus Hugo habuit, ſeu habere poterit quoquomodo, verſus predictum Walterum, aut ſuos heredes, occaſione tranſgreſſionum predictarum aut aliarum quarumcumque ipſi Hugoni factarum per predictum Walterum et ſuos uſque diem confectionis preſentis ſcripti, pro decem & ſeptem libris ſterlingorum quas quidam Wills Randolf pro ipſo Waltero in Canc' Regis cognovit ſe debere prefato Hugoni, certis terminis ſolvend'. In cujus rei teſtimonium preſentibus ſigillum meum appoſui. Data London' die Sancti Bartholomei Apoſtoli, anno regni Domini Regis Edwardi filii Regis Henrici viceſimo tertio.

Ideo mandatum eſt Vicecom' Sutht' in cujus Cuſtodia &c. qđ ſi predictus Walterus ea de cauſa in priſona detineatur et non alia, qđ ipſum Walterum a priſona faciat deliberari &c.

---

ff. No° 5. De Petitione Archiepiſcopi Eborum de Capella de Ludham et et aliis.

QUOAD Petitionem Archiepiſcopi Eborum de hoc, Quod ipſe clamat juriſdictionem in Capell' de Ludham et aliis Capellis in Petitione contentis, Et unde queritur quod Vicecomes Notingh' poſuit in corporalem poſſeſſionem earumdem Bonefacium de Salut' contra jura Eccleſie ſue Eborum, datus eſt dies eidem Archiepiſcopo per Archidiaconum Notingh' qui ſequitur pro eo coram ipſo Domino Rege, a die Sancti Michaelis in unum menſem, ubicumque &c. Et quia Rogerus Brabazon, qui de licentia Regis preſentavit Cancellar' ad Eccleſiam de Brigeford, que eſt de advocatione ipſius Rogeri, queritur quod predictus Bonefacius, ratione collationis ſibi facte per Dominum Regem de Capella de Tykehull', intruſit ſe in predicta Eccleſia de Brigeford, dictum eſt prefatis Bonefacio et Rogero quod ſint ad prefatum terminum, Et tunc audientur prout juſtum fuerit. Et dictum eſt Nichio de Warr' qui ſequitur pro Rege, quod interim ſcrutari faciat ad Scaccarium et ſimiliter in Cancellar' quicquid intendat Domino Regi prodeſſe in premiſſis &c.

A.D. 1295. 23 Edw. I.

Et quia Johannes de Monte forti per quandam Petitionem clamat advocationem Eccleſie de Ludham, que eſt una de Eccleſiis in predicta petitione predicti Archiepiſcopi nominatis, Ideo dictum eſt eidem Johanni, quod ſit ad prefatum terminum ad oſtendendum quid petit et pro ſe dicere voluerit &c.

---

ff. De frangentibus Priſonam.

DE Priſonibus priſonam frangentibus Dominus Rex vult et precipit, quod nullus de cetero qui priſonam fregerit ſubeat judicium vite et membrorum pro fractione priſone tantum, niſi cauſa pro qua captus et impriſonatus fuerit tale judicium requireret ſi de illa juxta legem et conſuetudinem terre fuiſſet convictus, licet temporibus preteritis aliter fieri conſuevit.

Wall' ff. N° 6. Ultima petitio Willi' de Valenc' & Johanne Uxoris ejus de Libertatibus ſuis de Penbrock' et ejuſdem Petitionis ultima determinatio. (m. 3.)

CUM Wills de Valenc' et Johanna uxor ejus dudum, vivente Alianora Regina Anglie conſorte Domini Regis nunc, ipſi Domino Regi ſupplicaſſent, Quod cum ipſi Wills et Johanna de quibuſdam Juriſdictionibus et Libertatibus infra procinctum Comitatus ſui de Penebrok, ratione ejuſdem Comitatus qui eſt de hereditate predicte Johanne, fuiſſent ſeyſiti pacifice et integre, quouſque due partes Baronie de Hauerford', per conceſſionem et donationem Humfridi de Bohun Comitis Hereford' et Eſſex', in manum prefate Regine devenerunt per quod Ballivi et Miniſtri ejuſdem Regine ipſos Willm et Johannam de predictis Juriſdictionibus et Libertatibus totaliter ejecerunt et diſſeiſiverunt, in exheredationem ipſius Johanne, Quod Dominus Rex ſuper hoc remedium apponere voluiſſet, et ipſis Willo et Johanne ſeyſinam ſuam reſtituere, de qua per Ballivos et Miniſtros prefate Regine minus juſte fuerunt amoti. Ratione cujus ſupplicationis, Ballivi et Miniſtri predicti coram ipſo Domino Rege ſuper premiſſis arrenati et ad ſonem poſiti, in Inquiſitionem patrie pro predicta Regina et pro ſe ipſis ſe inde poſuerunt, et ſimiliter iidem Wills et Johanna, certis die et loco coram certis Juſtic' ad hoc per ipſum Regem deputatis capiend'; Et ad quos diem et locum eſſendi predicti Wills et Johanna coram ipſo Rege fuerunt adjornati. Et predicta Johanna ſollempniter vocata predictam ſupplicationem ſeu querelam ſuam non proſequebatur: Propter quod poſtea coram ipſo Domino Rege et ejus Conſilio conſideratum fuit, quod predicta Regina et Ballivi ſui et Miniſtri propter non ſectam prefate Johanne irent inde ſine die, Et quod iidem Wills et Johanna audirentur ſuper jure ſuo in premiſſis cum inde loqui voluiſſent.

Cumque poſtmodum poſt mortem prefate Regine iidem Wills et Johanna Domino Regi oſtendiſſent et ſupplicaſſent, quod ſuper poſſeſſione ſua predictarum Juriſdictionum et Libertatum audirentur, non obſtante judicio predicto; Ac Dominus Rex, ob ſalutem anime Regine predicte, ipſis Willo et Johanne ſupplicationem ſuam predictam conceſſiſſet, iidem Wills et Johanna petitionem et ſupplicationem ſuas coram ipſo Domino Rege porrexerunt, in forma et ſub verbis que ſequntur &c.

ff.

A NOSTRE Seignur le Roy monſtrent Willyam de Valence, et Johanne ſa femme, ke la ou il en furent ſeyſiz de la juredičtion qe a Seneſchal e a Vieſcount appent des homes e des tenaunz de la Baronye de Hauerford, forſprys des homes denzeyns de meyme la vyle, E meymes les homes e les tenaunz euſſent juſtizables a lour Counte de Pembrok, en tens ke le Counte

de

A. D. 1295. 23 Edw. I.

de Herford lyuera la ſeyſine du Chaſtel e de la vyle de Hauerford e ceo ke il i ont a Madame la Royne, E ke meymes ceus homes e les tenaunz ſoleyent pleder en lour Counte auauntdyt tuz maneres des plez ſurdaunz en la Baronye auauntdyte, qe a Seneſchal e a Vieſcount appendent a pleder, forſpris de la dyte vyle par Brefs de lur ſeel e de lour chauncelereye les auauntdyz Willyam e Johane de Pembrok, e ſaunz brefs en lur cas. E meymes ceus Willyam et Johe totes maneres de profyz e des iſſues de teus maneres de plez e de cele juredi&ction ſoleyent prendre e auer, les Baillyfs Madame la Rayne, apres ceo ke Hauerford deuynt en ſa meyn par la lyuere le Counte auauntdyt, les oſterent e engetterent de la juredi&ction auauntdyte par poer de lour offyce, e la atreztrent a Madame la Rayne, pur quoy noſtre Seignur le Roy en eſt ore ſeyſi. Dount il pryent remedy de noſtre Seignur le Roy ke lour ſeyſyne lour ſeyt rendue.

ff. A CEO les auauntdyz Willyam e Johane monſtrent, ke la ou il en furent ſeyſiz en meyne le tens de la ſute del Baron de la Roche a lour Counte de Pembrok, de Counte en Counte, e ke mon ſyre Thomas de la Roche ſeignur de cele Baronye cele ſute feſoit; deſk il feuſt defendu de fere cele ſute par les Baillyfs Madame la Rayne, e ke meymes les Baillyfs deſtorberent les auaunzdyz Willyam e Johe par priſe e par empriſonement de lour Baillyfs, qe il ennuerent pur deſtreindre le auauntdyt Baron a fere la auauntdyte ſute quant il a ſuztret, par quey il en ſount oſtez e diſſeyſiz, e de ceo pryent il meyme la remedye.

ff. DERICHEF monſtrent les auauntdyz Willam et Johe, la ou il furent ſeyſiz de la juriſdi&ction qe a Seneſchal e a Vieſcount apent des homes e des tenaunz de la Baronye de la Roche, e les euſſent juſtizables a lor Counte de Pembrok en touz plez, ke a Seneſchal e a Vieſcount appendent, par brefs e ſaunz brefs ſicom les cas le demaundent, of les profyz e les iſſues de meymes les plez, ſicom eſt auauntdyt del foreyn de la Baronye de la Hauerford, ſaunz ceo ke meymes les tenaunz ne feuſſent de nul play entendaunt a Hauerford; les Baillyfs Madame la Rayne, puis ke Hauerford deuynt en ſa meyn, les ount oſte e engette de cele juredi&ction par poer de lour offyce, e la atreztrent a Madame la Rayne, por quei noſtre Seignur le Roy en eſt ore ſeyſi. Dount il pryent remedye, ke lour ſeyſine lour ſeit rendue.

ff. DERICHEF les auauntdyz Willyam e Johane monſtrent, la ou il en furent ſeyſi de autele juredi&ction, com eſt auauntdyt, des homes e des tenaunz de feez de Oſemundeſton, Haroldeſton, Sandyhauene, Petyte Houtone, Ketyngeſton, Roſmarche, e Del Mount, les Baillyfs Madame auauntdyte par poer de lour offyce les engetterent, e la atreztrent a lauaundyte Madame, por quei le Roy ore en eſt ſeyſi. Dount il pryent remedye ke lour ſeyſine lor ſeit rendue ſicom auaunt.

ff. DE autre part, la ou les auauntdyz Willyam e Johe en furent ſeyſiz del homage e du ſervice Robert du Val de Bygeton e de Mulhok, e de autele juredi&ction, com eſt auauntdyt, de autres feez de homes e de tenaunz de meymes les tenemenz de Mulhok e de Bygeton, les Baillyfs Madame les ount oſte e engette de la juredi&ction auauntdyte, e ount atret la entendaunce e la obeiſſaunce le auauntdyt Robert a Madame la Rayne de meymes les tenemenz dount il eſteyt en le homage e en la feaute les auauntdyz Willyam e Johane. Dount il pryent de ceo remedy, e ke lour ſeyſine lour ſeit rendue ſicom des autres choſes.

ff. DERICHEF les auauntdyz Willyam e Johe monſtrent, qe la ou il furent ſeyſyz de prendre en le Port de Myleford' Tonneu, Cuſtumes, e autres maneres de Profyz qe appendent a prendre en Port des Neefs qe i veneyent, del entre du Port deuer la mer dek' au paſſage qe eſt entre Pembrok e Hauerford, e en meyme le Port a deſus le paſſage deuer Hauerford, de attachemenz e de juredi&ction qe a Seneſchal e a Vieſcounte apendent, auſicom ailyurs en le Counte, iſſi ke la ſeignurye du Port fut a les auauntdyz Willyam e Johe; le Baillyfs Madame les ount oſte e deſtourbe de teus maneres de profyz prendre en le Port auauntdyt, e de la juredi&ction a deſus le paſſage, ſicom eſt auauntdyt. Dount il pryent remedy, ke lour ſeyſine lour ſeyt rendue ſicom de totes les choſes auauntdytes &c.

A. D. 1295. 23 Edw. I.

Et ſuper hoc tradita fuit predi&ta petitio, per preceptum Domini Regis, Rogero le Brabazon et ſociis ſuis tenentibus placita ipſius Domini Regis, ut ibi fieret quod de jure et ſecundum conſuetudinem Curie fuerit faciend' &c. Et quia ibidem, inſpe&ta petitione predi&ta, per eandem manifeſtum fuit, quod juriſdi&tiones et libertates in predi&ta petitione nominate, et de quibus prefati Willis et Johanna queſti fuerunt ſe eici & diſſeiſ' per Miniſtros et Ballivos prefate Regine, tangunt plures de partibus predi&tis, videlicet, tam homines de Baronia et Feodis diverſis quam Burgenſes Ville de Haverford', et etiam Rogerum de Mortuo Mari cum quo predi&tus Comes Herford' tempore ſuo tenuit predi&tas duas partes Baronie de Haverford' in propartem, antequam duas partes illas Domino Regi et Regine predi&te conceſſit; Et ut omnibus et ſingulis quos predi&tum negotium tangit Rex faceret juſticiam, prout tenetur; Mandatum fuit Conſtabular' de Haverford' Breve Domini Regis in hac forma:

Edwardus, Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie, Waltero de Pederton Conſtabulario ſuo Haverford', Salutem. Ex parte dilecti avunculi et fidelis noſtri Willi de Valencia, et Johanne Uxoris ejus, Nobis eſt oſtenſum, Quod cum ipſi juriſdi&tionem omnimodam hominum et tenentium Baroniarum de Hauerford', et de la Roche, Exceptis hominibus intrinſecis predi&te Ville de Hauerford', hominumque et tenentium de feodis de Oſemundeſton, Haraldeſton, Sandyhauene, Petyte Houton, Ketyngeſton, Roſmarche, et Del Mount, Ac etiam hominum & tenentium Roberti du Val de feodo ipſius Roberti de Mulhok et de Byketon, de omnibus Placitis et querelis infra predi&ta Baronias et Feoda emergentibus, ſimul cum proficuis et exitibus de eiſdem Placitis et querelis provenientibus, et de quibus Placitis et querel' ad Vicecom' ſeu Seneſcallum pertinet cognitio, una cum ſecta Baronis de la Roche, ad Comitatum ipſorum Willi et Johanne de Penbrok, de Com' in Comit' et homag' et ſervitio Roberti du Val predi&ti; Et etiam percipiendi Cuſtumas et alia Proficua que in Portu de Myleford' pertinent capienda de navibus ibidem applicantibus, ab ingreſſu Portus predi&ti verſus Mare uſque paſſagium inter Pembrok' et Hauerford', plenarie fuiſſent ſeyſiti, tanquam pertinen' ad Comitatum ipſorum Willi et Johanne de Pembrok; quouſque per Miniſtros et Ballivos Alianore quondam Regine Anglie Conſortis noſtre de Libertatibus predi&tis ejecti fuerunt totaliter et diſſeiſ', prout in petitione ipſorum Willi et Johanne Nobis inde porrecta plenius continetur. Nos omnibus et ſingulis de Regno noſtro, prout tenemur, juſticiam facere volentes, quia alias intelleximus quod dilectus et fidelis noſter Rogerus de Mortuo Mari, Burgenſeſque noſtri Ville noſtre predi&te de Hauerford', Ac etiam alii quamplures homines et tenentes Baroniarum et Feodorum predi&torum quos Juriſdi&tio predi&ta tangere dicitur, ſuper premiſſis graviter ſe conqueſti ſunt, Vobis mandamus, quod prefato Rogero per quatuor probos, liberos et legales homines de terra ipſius Rogeri, Communitati predi&te Ville noſtre de Hauerford' per quatuor probos, liberos et legales homines ejuſdem Ville, Communitati predi&te Baronie de Haverford' per quatuor probos, liberos et legales homines ejuſdem Baronie, Communitati predi&te Baronie de la Roche

per

A. D. 1295. 23 Edw. I.

per quatuor probos, liberos et legales homines ejuſdem Baronie, Hominibus et tenentibus Feodorum predictorum per quatuor probos, liberos et legales homines Feodorum illorum, predicto Roberto du Val aut heredibus ſuis ſeu aſſignatis per duos probos, liberos et legales homines de feodo eorumdem, ſcire faciatis, Quod ſint coram Nobis a die Sancti Michaelis in xv dies ubicumque tunc fuerimus in Angl' ad oſtendend' ſi quid habeant vel dicere ſciant, tam pro Nobis quam pro ſe ipſis, ſuper premiſſis. Et vos ipſi ſitis coram Nobis ad prefatum terminum, parati et inſtructi Nobis et Conſilio noſtro ſuper premiſſis et eorum ſingulis conſilium veſtrum, una cum aviſamento veſtro, impenſuri. Et habeatis ibi nomina eorum per quos eis ſcire feceritis, et hoc Breve. Teſte R. Brabazon apud Weſtmonaſterium xxx° die Auguſti, anno regni noſtri viceſimo tertio.

Ad quem diem venerunt predicti Willielmus, et Johanna per attornatum ſuum, Et ſimiliter idem Wills in propria perſona ſua; Et predictus Conſtabular' mandavit Breve predictum, Et etiam quod ſcire fecit per predictum Breve predicto Rogero per Edmundum Waddyng, Johannem Gerard, Walterum Robelyn, et David Robelyn; Et quod ſcire fecit Communitati Ville de Haverford' per Stephanum de Caſtro Martyn, Tankardum de Fraxino, Robertum de la Dale, et Willm Cornpygger; Et quod ſcire fecit Communitati Baronie de Haureford' per Galfridum de Porta, Ricardum Harald, Stephanum Neſt, et Johannem Robelyn; Et quod ſcire fecit Communitati Baronie de la Roche per Kedynor ab Cadugan, Robertum de Monte, Cadellum Guelli, et Johannem Reynband; Et ſimiliter quod ſcire fecit Hominibus et tenentibus Feodorum de Oſmundeſton, Haraldeſton, Sandyhauene, Petyte Houton, Ketyngeſton, Roſemarche, et Del Mount per Symonem Denret, Dyoniſ' de Monte, Willm de Parva Houton, et Henricum Gurda. Qui quidem Rogerus de Mortuo Mari per quemdam Stephanum Treweloue, generalem Attornatum ſuum per litteras ipſius Domini Regis patentes conſtitutum, et quas oſtendit, venit; Et ſimiliter predicta Communitas Ville de Haverford' per quoſdam Galfridum de Sancto David', et Robertum Cas, attornatos ſuos et qui ſecuntur pro Communitate illa; Et predicta Communitas Baronie de Haverford' per quemdam Hugonem de Mortuo Mari, attornatum, et qui ſequitur pro Communitate illa; Et ſimiliter predicta Communitas Baronie de la Roche per eundem Hugonem de Mortuo Mari, attorn', et qui ſequitur pro Communitate illa, et ſimiliter pro Hominibus et tenentibus Feodorum &c. venerunt; et ſimiliter Nichs de Warwyk venit, qui ſequitur pro Rege. Et ſuper hoc, audita prima petitione in cedula per predictos Willm et Johannam porrecta, predictus attornatus predicti Rogeri de Mortuo Mari profert quamdam protectionem ipſius Domini Regis, que teſtatur, Quod idem Dominus Rex, jam anno elapſo et amplius, ſuſcepit in protectionem ſuam et defenſionem predictum Rogerum, qui in obſequio ipſius Regis profectus eſt ad partes Vaſcon', homines, terras, res, redditus, et poſſeſſiones ſuas: Et que protectio durat quamdiu idem Rogerus ſteterit in obſequio Regis in partibus

(Dorſ.) predictis. Et dicit quod idem Rogerus, toto tempore quo predicte due partes Baronie de Haverford' fuerunt in ſeyſina predicti Comitis Herford', fuit in ſeiſina de tertia parte juriſdictionis predicte; videlicet, percipiendi plene et integre tertiam partem omnium Exituum et Proficuorum provenientium qualitercumque de omnibus Placitis et Querelis infra Baroniam predictam de Haverford' emergentibus, ſeu ratione juriſdictionis predicte, et etiam toto tempore predicte Regine, et etiam poſt mortem ſuum, et adhuc eſt, et fuit die quo Dominus Rex ſuſcepit ipſum in protectionem ſuam predictam, ut de jure et hereditate ſua. Et quod habet Seneſcallum ſuum, Ballivos et Miniſtros ſuos, placita predicta una cum Seneſcall' Domini Regis placitantia, et attachiamenta et diſtrictiones et executiones judiciorum una cum Ballivis et Miniſtris Regis facientes et exequentes. Et petit quod, ex quo predictus Dominus ſuus eſt in ſervicio Domini Regis in partibus predictis, prout bene conſtat ipſi Regi et Curie ſue, Et idem Dominus Rex ſuſcepit eum, terras, res, redditus, et omnes poſſeſſiones ſuas in protectionem ſuam quamdiu in obſequio ſuo perſtiterit, et idem Dominus ſuus fuit ſeyſitus de predicta tertia parte cum pertinen' ut de jure ſuo, tempore quo Dominus Rex eum recepit in protectionem ſuam, prout paratus eſt verificare pro ipſo Domino ſuo ſi predicti Wills et Johanna hoc dedicere voluerint, Qđ non procedatur verſus ipſum Dominum ſuum ad exheredationem ſuam, contra protectionem Regis predictam &c. Et ſuper hoc predicti attornati Communitatum predictarum hoc idem teſtantur &c. Et hoc idem petunt &c.

A. D. 1295. 23 Edw. I.

Et Wills et Johanna dicunt, quod ipſi non intendunt placitare cum prefato Rogero ad preſens de jure aut hereditate ſua, nec predictam protectionem Domini Regis in aliquo infringere; Set petunt tantum qđ ex quo Dominus Rex de gratia ſua, et ob ſalutem anime Regine predicte, conceſſit qđ ipſi audiantur ſuper poſſeſſione ſua, de qua per Ballivos et Miniſtros ejuſdem Regine ammoti fuerunt et diſſei' tempore ipſius Regine, et prout in petitione ſua continetur, qđ poſſeſſio ſua ſibi reſtituatur &c. Et ſuper hoc per proteſtationem factam dictum eſt ipſis Willo et Johanne, tam ex parte ipſius Domini Regis quam Communitatum predictarum, qđ qualitercumque petant poſſeſſionem ſuam ſibi reſtitui, ſeu qualitercumque evenire contigerit inter ipſos Regem et Communitates predictas et prefatos Willm et Johannam ſuper petitionibus ſuis predictis, qđ Rex non intendit aliquid attemptare ſeu facere quod cedere poterit in exheredationem predicti Rogeri, aut contra protectionem ſuam predictam, dummodo ſteterit in ſervitio ſuo predicto. Immo qđ ſtatus ipſius Rogeri integre conſervetur &c. Et Nichus de Warr' pro ipſo Domino Rege dicit, Quod Humfridus de Bohum Comes Herford' predictus, toto tempore ſuo quo predictas duas partes Baronie predicte de Hauerford' tenuit, fuit ſeyſitus de predicta juriſdictione, ſimul cum predicto Rogero de Mortuo Mari participe ſuo, ut de jure et hereditate ſua; Et per Seneſcallos, Ballivos et Miniſtros ſuos, et per Brevia de Cancellar' ipſius Comitis de Hav'ford' ſigillo ſuo ibidem ſignata et de eadem Cancellaria ſua emanantia, omnia Placita que ad Vicecom' et Seneſcallum pertinent placitanda, et infra Baroniam predictam emergentia, placitavit; Et ſummon' et attachiamenta eorumdem Placitorum fecit, et Exitus et Proficua eorumdem Placitorum quoquomodo provenientia percepit et habuit, una cum predicto Rogero participe ſuo &c.

Dicit etiam, quod tempore quo predictus Comes de Herford' ſeyſinam predictarum duarum partium Baronie predicte liberavit attornato predicte Regine, quidam Petrus le Paumer, Attornatus ejuſdem Comitis ad ſeyſinam eandem liberandam, tradidit in plena Cur' de Hauerford' eidem attornato Regine ad eandem ſeyſinam recipiendam deputato, Sigillum ipſius Comitis de Cancellaria ſua ibidem, et Brevia diverſa de Placitis et Querel' diverſis in Cur' ipſius Comitis de Hauerford' tunc pendentia, Et que Brevia ſub ſigillo predicto emanarunt ratione juriſdictionis predicte. Unde dicit pro ipſo Domino Rege, quod predictus Comes tempore ſuo, una cum predicto Rogero participe ſuo, ut de jure et hereditate ſua fuerunt ſeiſiti de predicta juriſdictione de qua predicti Wills et Johanna modo dicunt ſe ejectos fuiſſe et diſſeyſitos per Ballivos prefate Regine. Et quod idem Comes tempore quo liberavit predictis Ballivis predicte Regine predictam ſeyſinam, liberavit ſimiliter ſeiſinam predicte juriſdictonis. Et quod idem Dominus Rex et Regina predicta per conceſſionem et donationem predicti Com' intraverunt in predicta juriſdictione; et ſic Dominus Rex illam modo tenet, et non per occupationem aut uſurpationem Miniſtrorum ſeu Ballivorum pre-

A D. 1295. 23 Edw. I.

fate Regine tempore ſuo &c. Et hoc paratus eſt verificare pro ipſo Domino Rege. Et petit judicium pro Rege ſi iidem Wilts et Johanna illud verificare expectare voluerint, ſeu premiſſa dedicere &c.

Et predicti Wilts et Johanna dicunt, Quod predictus Comes Herford' nunquam fuit in ſeyſina predicte juriſdictionis tempore ſuo per quod ipſam juriſdictionem Domino Regi aut Regine concedere potuit, Immo quod ipſi de eadem fuerunt ſeyſiti bene, pacifice, integre, et ſeparatim, quouſque per Ballivos et Miniſtros prefate Regine inde fuerunt diſſeiſ'; Et de hoc ponunt ſe ſuper patriam. Et predictus Nichs qui ſequitur pro Rege, ſimiliter petit quod hoc idem inquiratur pro Rege &c. Ideo mandatum eſt Juſtic' Weſtwall' vel ejus locum tenenti, Et ſimiliter Seneſcallo Terrarum Epiſcopatus Menevenſ', Et etiam Vicecom' de Penbrok, Et ſimiliter Conſtabular' de Hauerford', quod quilibet eorum venire faciat de Balliva ſua XII probos tam Milites quam alios liberos et legales homines, coram ipſo Rege a die Paſch' in XV dies, ubicumque tunc fuerit in Angl' ad recogn' ſuper ſacramentum ſuum in forma predicta. Quia predicti Wilts et Johanna poſuerunt ſe &c. Et conſenſerunt quod Inquiſ' predicta caperetur per homines de partibus predictis &c.

Et quoad ſecundum articulum, videlicet ſectam Baronis de la Roche ad Comitatum eorumdem Wilti et Johanne de Pembrok, et de qua dicunt ſe fuiſſe ſeyſitos tempore Thome de la Roche Domini Baronie predicte, quouſque Ballivi et Miniſtri prefate Regine ſectam ipſius Baronis ad Curiam ſuam de Hauerford' per diſtrictiones et inpriſonamenta attraxerunt ad Curiam predictam de Hauerford', et ipſos Willm et Johannam de ſeyſina ejuſdem ſecte amoverunt et diſſeyſiverunt, prout in petitione ſua continetur, Predictus Nichs pro Rege dicit, Et ſimiliter Attornatus ejuſdem Communitatis pro eadem Communitate, Qd predictus Thomas Dominus Baron' predicte poſt mortem patris ſui fuit infra etatem, et qd Com' Herford' ratione minoris etatis ejuſdem habuit cuſtodiam corporis et terrarum ejuſdem Thome uſque legitimam etatem ſuam, eo qd Baronia illa de ipſo Com' Herford' tenebatur ratione Dominii ſui de Hauerford', quod quidem Dominium modo eſt in ſeyſina Domini Regis per conceſſionem ipſius Comitis. Unde dicunt, quod ſecta ipſius Baronis ad Cur' de Hauerford', tam ea ratione quod predicta Baronia tenetur de Dominio et juriſdictione prefate Baronie de Hauerford', quam eo qd eadem Baronia de la Roche eſt infra procinctum Libertatis predicte Baronie de Hauerford', pertinet ad predictam Libertatem de Hauerford', et non ad Comitatum ipſorum Willi et Johanne de Pembrok. Et dicunt, quod predictus Comes Herford' fuit ſeyſitus de predicta ſecta ſimul cum predicto Rogero participe ſuo, ut de jure et hereditate ſua, et eandem ſectam Domino Regi et prefate Regine conceſſit tempore quo predictas duas partes Domino Regi et prefate Regine conceſſit &c. Et ſimiliter, quoad juriſdictionem que ad Vicecom' et Seneſcallum pertinet de tenentibus Baronie predicte de la Roche &c. Et ſimiliter, quoad juriſdictionem de hominibus et tenentibus Feodorum de Oſemundeſton, Haraldeſton, et aliorum &c. Et etiam, quoad juriſdictionem hominum et tenentium Roberti du Val de Bygeton et de Mulhok, et de quorum omnium juriſdictione prefati Wilts et Johanna dixerunt ſe fuiſſe ſeyſitos bene, pacifice, integre, et ſeparatim, et diſſeiſ' per prefatos Ballivos et Miniſtros prefate Regine &c. prout in petitione ſua continetur, et prout in declarando eamdem petitionem in placitando poſtea dixerunt; Predictus Nichs pro Domino Rege dicit, Et ſimiliter predicti Attornati predictarum Communitatum et Feodorum pro eiſdem Communitatibus et Tenentibus Feodorum dicunt, Quod predictus Comes Herford', cujus ſtatum Dominus Rex modo habet, toto tempore ſuo fuit ſeiſitus, ut de jure et hereditate ſua, ſimul cum predicto Rogero participe ſuo, totalit' de juriſdictione que ad Vicecom' et Seneſcallum pertinent de tenentibus predicte Baronie de la Roche, Et etiam de omnibus hominibus et tenentibus Feodorum predictorum ratione predicte Libertatis ſue de Hauerford'. Et quoad juriſdictionem hominum et tenentium Roberti du Val &c. Idem Nichs pro Rege, et ſimiliter Attorn' eorumdem hominum et tenentium pro eiſdem dicunt, Quod predictus Robertus du Val tenuit predicta tenementa de Bygeton et de Mulhok de quodam Waltero de Mulhok, Et idem Walterus de prefato Comite Herford'. Unde dicunt, quod idem Comes tempore ſuo fuit in ſeyſina de juriſdictione hominum et tenentium de feodo predicti Roberti, de terris et tenementis predictis de Bygeton et de Mulhok, tam eo quod predictus Robertus eadem tenementa de ipſo Comite tenuit ratione Dominii ſui de Hauerford', quam eo quod eadem tenementa ſunt infra procinctum predicte Libertatis de Haverford'. Et hoc parati ſunt verificare pro Rege ſicut Cur' conſider' ſi predicti Wilts et Johanna hoc dedicere voluerint. Et petunt judicium &c.

A. D 1295. 23 Edw I.

Et iidem Wilts et Johanna dicunt, Quod non intendunt ſuper premiſſis cum Domino Rege placitare ad preſens, nec aliqd verificare verſus ipſum Dominum Regem inde ptendere ſeu expectare. Set dicunt, quod ipſi fuerunt ſeyſiti de ſecta predicti Baronis de la Roche ad Com' ſuum de Pembrok de Com' in Comit', Et etiam de juriſdictione &c. de tenentibus ejuſdem Baronie; Et etiam de hominibus et tenentibus Feodorum predictorum de Oſemundeſton &c; Et etiam de hominibus et tenentibus de feodo predicti Roberti du Val de Bygeton et de Mulhok bene, in pace, ſeparatim, et integre, quouſque per Ballivos et Miniſtros predicte Regine fuerunt ejecti et diſſeiſ' de eiſdem. Et petunt, quod poſſeſſio ſua ſibi reſtituatur. Dicunt etiam, quod predicta Baronia de la Roche, et omnia feoda predicta, ſunt infra procinctum Comitatus ſui de Pembrok &c.

Et quoad ultimum articulum Petitionis predictorum Willi et Johanne, in quo dicunt, Se fuiſſe ſeiſitos capiendi in Portu de Myleford Theoloneum, Cuſtumas, et omnimoda alia proficua que pertinent capienda in Portu de Navibus applicantibus in eodem Portu, videlicet a Mari uſque paſſagium inter Pembrok et Haverford'; Et etiam de juriſdictione que ad Seneſcallum et Vicecom' pertinent &c. in toto loco predicto, Et ſimiliter de eadem juriſdictione &c. deſuper paſſagium predictum uſque Villam de Hauerford', bene, et in pace, quouſque per prefatos Ballivos et Miniſtros prefate Regine inde fuerunt ejecti et diſſeiſ'; Prefatus Nichus pro Rege, et ſimiliter predicti Attorn' Communitatis Ville de Haverford' pro eadem Communitate dicunt, Quod omnes Exitus et Proficua predicta predicti Portus de Myleford a Mari uſque predictam Villam de Hauerford', toto tempore predicti Comitis de Hauerford' aſſignata fuerunt et pertinentia ad firmam predicte Ville de Hauerford', quam Villam Burgenſes ejuſdem Ville toto tempore prefati Comitis ad certam firmam de eodem tenuerunt, ſicut et modo tenent de Domino Rege, Et Exitus et Proficua predicta perceperunt, ſicut adhuc percipiunt, ratione firme predicte, et inde reſponderunt prefato Comiti tempore ſuo ſicut modo reſpondent Domino Regi in firma ſua predicta. Et quoad Juriſdictionem predictam, tam ſubtus paſſagium uſque Mare quam deſuper paſſagium predictum uſque Villam de Hauerford', dicunt, Quod predictus Com' toto tempore ſuo, ſimul cum predicto Rogero participe ſuo, fuit in ſeiſina ejuſdem juriſdictionis, ut de jure et hereditate ſua ratione Dominii ſui de Hauerford', quouſque illam juriſdictionem ſimul cum aliis predictis Domino Regi et prefate Regine conceſſit et reddidit, abſque hoc quod predicti Wilts et Johanna unquam aliquid perceperunt in Portu predicto, ſeu aliquid habuerunt in predicta juriſdictione, niſi tantummodo octo ſolidos per annum, in quodam certo loco in Aqua predicta inter Portum predictum et Villam predictam de Hauerford' percipiend' &c. Et hoc parati ſunt verificare pro ipſo Domino Rege et Commu-

A.D. 1295. 23 Edw. I.

Communitate predicta, ſi iidem Wilts et Johanna hoc dedicere voluerint &c. Et petunt judicium &c.

Et iidem Wilts et Johanna dicunt ut ſuperius dixerunt, Quod non intendunt cum Domino Rege aut aliis ad preſens ſuper premiſſis placitare &c. ſet tm̃m° dicunt quod ipſi fuerunt inde ſeiſiti, et petunt quod ſeiſina illa ſibi reſtituatur. Et quia Dominus Rex ſuper iſtis Petitionibus de quibus predicti Wilts et Johanna placitare nolunt cum ipſo Rege aut aliis certiorari vult, ſuper titlo poſſeſſionis eorumdem quam petunt ſibi reſtitui, Et etiam ſuper modo et tempore poſſeſſionis ſue, Et de quibus rebus, et inter quas perſonas, et ubi et coram quibus, ſi quam &c. tam per Inquiſitionem predictam in quam iidem Wilts et Johanna ſuperius ſe poſuerunt, quam aliam ſi neceſſe fuerit, Et etiam omnibus modis aliis et documentis quibus certiorari poterit, Expedienſque ſit et neceſſarium, tam pro ipſo Domino Rege quam aliis infra Libertates predictas commorantibus et eiſdem Libertatibus gaudentibus ſub dominio ſuo, qualitercumque iidem Wilts et Johanna petunt Poſſeſſionem ſuam earumdem Libertatum ſibi reſtitui, cum iidem Wilts et Johanna nullum titulum ſue poſſeſſionis oſtendunt, aut rationem dicunt quare Libertates et Juriſdictiones predicte ad ſe debeant pertinere, ſeu ipſis reſtitui, qd̃ Rex ſuper petic̃one Willi & Joh̃e certioretur, Dat' eſt dies prefatis Wilto et Johanne ad prefatum terminum coram Rege, ubicumque &c. Et dictum eſt Attornatis predictis p̃dc̃or' c̃oitatum & feodor' &c. qd̃ ſint ad prefatum terminum &c. Et ſimiliter injunctum eſt p̃fato Nich̃o quod interim ſcrutar' fac' quicquid Domino Regi prodeſſe poterit in hac parte &c.

A. D. 1295. 23 Edw. I.

ROTUL.

ROTUL. DE ANN. XXVI, XXVIII, XXIX & XXX ED. I.

A. D. 1298. 26 Edw. I. — De Parliamento apud London, ad Paſcha, anno regni Regis Edwardi viceſimo ſexto. — A. D. 1298. 26 Edw. I.

ff. Ordinatio facta per Regem et Conſilium ſuum de remotione Scaccarii et Banci de London' uſque Eborum. (m. 1.)

ORDINATUM eſt quod Scaccarium et Bancus ſint apud Eborum poſt Feſtum Sancte Trinitatis, videlicet Scaccarium in craſtino Sancte Trinitatis, et Bancus in Octab' ejuſdem: Et quod Scaccarium et Bancus infra Caſtellum: Et quod precipiatur Vicecom' qđ ſi defectus fuerit domorum vel aliorum, quod faciat facere &c.

---

ff. Reſponſio facta Regine Navarr' petenti nomine dotis plus quam tertiam partem terrarum & ten' que fuerunt viri ſui ratione cujuſdam ſcripti quod Edmundus frater Regis vir ſuus ei fecerat de terris & ten' excedentibus in multo dotem ipſam Reginam contingentem et tempore quo filius & heres dicti Edmundi fuit infra etatem & in cuſtodia Regis.

VIDETUR Conſilio nunc hic exiſtenti, quod Regina Navarr' non poteſt plus habere pro Dote ſua, ſecundum uſagium et conſuetudinem regni, niſi tertiam partem terrarum unde Dominus ſuus fuit ſeiſitus in dominico ſuo ut de feodo die quo ipſam deſponſavit aut poſtea, qualecumque factum oſtendat &c.

VIDETUR etiam Conſilio, quod Comitiſſa Cornub', quoad terras que aſſignate fuerunt ei ad ſuſtentationem ſuam per Dominum ſuum, unde queritur ſe eici, qđ per Curiam Reg' non poteſt ei ſubveniri de aliqua ordinatione facta inter ipſum Comitem virum ſuum et ipſam Comitiſſam.

ff. Petitio Comitiſſe Cornubie de quadam ordinatione facta inter Comitem virum ſuum & ipſam.

---

ff. Ordinatio facta per Regem ſuper denariis liberatis poſt guerram inchoatam inter Regem Franc & ipſum, Et obſervanda inter Cancellarium & Theſaurar' & Baron' de Scaccario.

REX vult quod Theſaurar' & Camerarii de Scaccario faciant facere unum Rotulum indentatum de omnibus parcellis de denariis liberatis pro negotiis Domini Regis ſine waranto, cuicumque fuerit, poſt guerram inchoatam inter ipſum et Regem Francie. Unde una pars morabitur verſus ipſos in Scaccario, et altera pars verſus Cancellarium pro waranto ſuo, ad faciend' ſuper hoc Brevia in debita forma predictis Theſaurar' et Camerariis de predictis parcellis &c.

A. D. 1300. 28 Edw. I. — De Parliamento apud London' in quadrageſima, anno viceſimo octavo. — A. D. 1300. 28 Edw. I.

ff. N° 1.

LOQUELA inter Dominum Regem per Walterum de Pederton pro ipſo Rege proſequentem, & Willm de Breouſe, ſuper Libertatibus quas idem Wills clamat habere infra procinctum terre ſue de Gowere de tenentibus infra eandem terram commorantibus, et quas idem Walterus aſſerit ipſum Willm occupaſſe minus juſte ſuper Dominum Regem & Comitatum ſuum de Kermerdyn, ponitur in reſpectum uſque ad proximum Parliamentum futurum per preceptum Domini Regis. Et ſimiliter quoad omnes querentes terre predicte de Gowere, et petitiones porrectas per eoſdem verſus ipſum Willm de Breouſe, de diverſis tranſgreſſionibus eiſdem hominibus per prefatum Willm in terra predicta illatis, prout continetur in petitionibus predictis, eo quod idem Wills, per conſuetudinem partium illarum, clamat habere primam cognitionem omnium querelarum & placitorum infra procinctum terre predicte de tenentibus ſuis emergentium, quia omnes querentes conceſſerunt quod ſunt tenentes predicti Willi aut mediate aut inmediate: Et nichil oſtenderunt dicto Willo de querelis aut injuriis predictis in partibus ſuis ante adventum ſuum hic ad Parliamentum ut dicit: Et quia ſuper juriſdictione quam predictus Wills clamat in predicta terra de Gowere pendet loquela predicta inter Dominum Regem & ipſum Willm, ut predictum eſt, uſque ad proximum Parliamentum, Et antequam diſcuciatur inter Dominum Regem et ipſum Willm ad quem Juriſdictio predicta in terra de Gowere pertinet, non poteſt allocari eidem Willo prima cognitio quam clamat querelarum predictarum, cum cognitio illa dependeat de juriſdictione predicta nec ad Dominum Regem pertinet ut Wills dicit. Et inhibitum eſt predicto Willo ſub forisfactura Libertatis quam clamat in terris predictis, et etiam terrarum predictarum, ne interim querentibus predictis injuriam faciat, moleſtiam, aut gravamen, contra juſticiam aut conſuetudinem partium predictarum. Et ſimiliter dictum eſt eiſdem querentibus, quod ſint ad prefatum terminum cum querelis & petitionibus ſuis predictis ſi ſibi viderint expedire verſus dictum Willm proſecutur' ſi cognitio ad Dominum Regem pertinere debeat &c.

---

ff. Protestatio Gwydonis Ferre per Dominum Regem irrotulata.

MEMORAND' quod die Jovis proxima ante dominicam Palmarum, coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo in Camera Hoſpicii Archiepiſcopi Eborum apud Weſtm' venit Gwydo Ferre junior, et adduxit ſecum quendam puerum Simonem de Bordes nomine, natum in partibus tranſmarinis, Et dixit, quod ſi ipſe Gwydo in fata decederet ſine herede de corpore ſuo procreato, quod idem Simon eſt heres ejus propinquior liber et legitimus, et ex legitimo thoro procreatus. Et petiit quod pro tali admitteretur in Cur' Domini

A. D. 1300. 28 Edw. I.

mini Regis pro loco et tempore ſi de eo humanitus contigerit ſine herede de corpore ſuo, ut predictum eſt, procreato. Et ei conceditur per Dominum Regem prout de jure et conſuetudine regni fuerit faciend' &c.

---

ff. Deliberatio Nich'i de Clere.

CONCORDATUM eſt per Conſilium, quod Nichus de Clere qui in priſona detinetur in Hibern' pro arrerag' compoti ſui et debitis Domini Regis de tempore quo fuit Theſaurar' Domini Regis in Hibern', Qd mandetur Juſtic' Hibern' et Theſaurar' et Baronibus &c. qd accepta a prefato Nicho ſecuritate ſufficienti, et pro qua ipſi Domino Regi reſpondere voluerint, videlicet de ducentis marcis per annum ad Scaccarium predictum ſingulis annis reddend' quouſque Domino Regi de debitis et arreragiis predictis plenarie fuerit ſatisfactum, Qd idem Nichus per ſecuritatem illam a priſona deliberaretur. Et quod habeat omnia bona et beneficia ſua Eccleſiaſtica libera et quieta, que per Miniſtros et Ballivos Domini Regis in terra predicta fuerint ſeiſita, occaſione predicta &c.

---

ff. Adjornamentum Epiſcopi Ciceſtr' ſuper juriſdiction' quam clamat in Capella de Haſtings.

DIES datus eſt Epiſcopo Cyceſtr' per Magiſtrum Henricum Gerlaund, qui pro ipſo Epiſcopo ſequitur verſus Dominum Regem pro juriſdictione quam idem Epiſcopus clamat habere in Capella Regis de Haſtings et ejuſdem Capelle Prebendis, uſque ad proximum Parliamentum futurum. Et dictum eſt Egidio de Garderoba, et Waltero de Agmondeſham, Prebendar' prefate Capelle, quod interim per ſe et alios Prebendarios &c. ſcrutari faciant et inquirere quicquid Domino Regi et ſibi ipſis valere poterit in negotio predicto. Et id quod invenerint tunc ibidem habeant per ſe aut alios Prebendar' &c. Et ſciend' quod quedam Inquiſitiones capte per Robertum de Burgeſſche ſuper negotio predicto, et alie evidentie dictum negotium tangentes, que ad iſtud Parliamentum oſtenſe fuerunt, remanent in Cancellaria &c.

---

ff. Allocationes facte Priori de Okeburn' et aliis.

CONCORDATUM eſt per Conſilium, juxta mandatum Domini Regis Theſaurar' et Baron' de Scaccario miſſum, prout patet per Breve ſuum penes eoſdem Theſaurar' et Barones remanens, quoad MCCCCLXIX li. quas Prior de Okeburne, Prior de Sancto Neoto, Prior de Stok', Prior de Cowyk, Prior de Goldecleue, et Prior de Wylesford, qui ſunt de Abbathia de Bek Herlewyn, debent Domino Regi de Terminis in Brevi contentis, videlicet de Termino Sancti Michaelis anno XXVI finiente, Termino Paſche anno XXVII, et Termino Sancti Michaelis eodem anno finiente, de Fine pro taxatione domorum ſuarum: Et etiam quoad CCCLIIII li. X ſ. quos procurator Abbtis major' Monaſterii et Socii ſui de Abbatia major' Monaſter', videlicet Prior de Tykeford', Prior de Morteyn, Prior Sancte Trinitatis Eborum, et Prior de Aluerton Mauleuerer ſimiliter debent Domino Regi de terminis predictis, occaſione predicta, et de quibus debitis Rex gratiam fecit eiſdem juxta formam brevium ſuorum Theſaurar' inde directorum, Qd prefati Priores et Procurator ſolvant Regi unam marcam ſterling' pro qualibet libra totius debiti predicti.

Et ſic ſolvet Prior de Okeburne DVIII li. ſterling' —Et habebit breve de pardonatione de CCLIIII li. pollardorum.

Et Prior de Sancto Neoto ſolvet CXL li. ſterling' —Et habebit breve de pardonatione de LXX li. pollardorum.

Et Prior de Stok' ſolvet CC li. ſterling' —Et habebit breve de pardonatione de C li. pollardorum.

Et Prior de Cowyk ſolvet XXXVIII li. XIII ſ. IIII d. ſterl' —Et habebit breve de pardonatione de XIX li. VI ſ. VIII d. pollardorum. A. D. 1300. 28 Edw. I.

Et Prior de Goldecleue ſolvet de reſiduo finis ſue de predictis terminis LII li. XIII ſ. IIII d. ſterling' —Et habebit breve de pardonatione de XXVI li. VI ſ. VIII d. pollardorum.

Et Prior de Wylesford' ſolvet XL li. ſterling' —Et habebit breve de pardonatione de XX li. pollard'.

Et Procurator Abbatis majoris Monaſter' ſolvet XVI li. XIII ſ. IIII d. ſterl' —Et habebit breve de pardonatione de VIII li. VI ſ. VIII d. pollardorum.

Et Prior de Tykeford' ſolvet LX li. ſterling' —Et habebit breve de pardonatione de XXX li. pollardorum.

Et Prior de Mortayn ſolvet XXX li. ſterling' —Et habebit breve de pardonatione de XV li. pollardorum.

Et Prior Sancte Trinitatis Eborum ſolvet CXX li. ſterl' —Et habebit breve de pardonatione de LX li. pollardorum.

Et Prior de Aluerton Maleueuerer ſolvet de reſiduo finis ſue de terminis predictis IX li. XIII ſ. IIII d. ſterlingorum —Et habebit breve de pardonatione de IIII li. XVI ſ. VIII d. pollardorum.

Adhuc de Parliamento anno XXVIII°.

ff. Allocatio facta Ballivo de Fiſco campo. (Dorſ.)

ET ſimiliter concordatum eſt per Conſilium, de ducentis libris pollardorum liberatis in Garderoba per Ballivum de Fiſco campo, quod medietas allocetur ei pro C libr' ſterlingorum. Et qd de aliis C li. habeat breve de pardonatione, eo qd idem Ballivus paratus fuit ſolvere eaſdem CC li. ante natale Vicecomiti Suſſex' qui illas admittere recuſavit.

---

ff. De appellatis ducendis ad appellatores.

CUM certi Juſticiarii in ſingulis Comitatibus regni ad Aſſiſas in eiſdem capiendas de novo ſint aſſignati, ſimulque ad deliberationem Gayolarum eorumdem Comitatuum in ſingulis adventibus ſuis faciendam poſt captionem earumdem Aſſiſarum, prout in Statuto Domini Regis inde confecto plenius continetur, Dominus Rex ad Parliamentum ſuum apud Weſtmonaſterium, anno regni ſui octavo, pro pace firmius obſervanda feloniiſque celerius convincendis, et priſonibus citius deliberandis, conceſſit, ordinavit, & ſtatuit, Qd quicumque fuerint appellati per probatores exiſtentes in Gayolis quas ipſi Juſticiar' deliberant, et ubicumque in regno ipſi appellati commorantes fuerint aut latitantes, qd ſtatim mandetur Vicecomitibus in quorum Balliva taliter appellati fuerint commorantes, aut poterunt inveniri, per Breve Domini Regis ſub teſtimonio eorumdem Juſticiar', Qd taliter appellatos capiant et ducere faciant ad Gayolas ubi appellatores per quos appellantur fuerint detenti, et ibidem coram ipſis Juſticiar' reſpondeant. Et ſi ipſi appellati ſe ſuper patriam poſuerint, ſimiliter mandetur per Breve de Judicio per eoſdem Juſticiar'. Vicecom' in cujus Balliva felonie facte fuerint de quibus appellantur, quod venire faciat coram eiſdem Juſticiariis Inquiſitionem patrie, ad eundem locum ubi appellatores ſunt detenti, et ad certum diem. Et Vicecomites, et alii in quorum cuſtodia appellatores detinentur, admittant ſine contradictione appellatos per eoſdem probatores, cum iidem appellati capti fuerint in forma predicta, et ad ipſos appellatores adducti &c.

A. D. 1301. 29 Edw. I.

De Parliamento apud Lincoln' in Octab' Sancti Hillar' anno viceſimo nono.

A. D. 1301. 29 Edw. I.

ff. De terris captis in manum Domini Regis per *Diem clauſit extremum.*

AD Parliamentum Domini Regis apud Lincoln' in octab' Sancti Hillarii, anno regni ſui xxixº, per Conſilium Reg' concord' eſt coram Domino Rege, ipſo conſentiente et illud extunc fieri et obſervari precipiente, videlicet, Quod cum Inquiſitiones per Eſcaetores ſuos capte auctoritate brevis quod dicitur *Diem clauſit extremum* in Cancellaria ipſius Domini Regis fuerint retornate, et per eaſdem Inquiſitiones compertum fuerit, qđ nichil teneatur de ipſo Domino Rege per quod cuſtodia terrarum et tenementorum ratione hujuſmodi Inquiſitionum in manum Domini Regis per ipſos Eſcaetores captorum ad ipſum Dominum Regem nullo modo pertineat; Qđ ſtatim, et abſque dilatione aliqua, mandetur per breve Domini Regis per Cancellar' precipend', qđ Eſcaetores de terris & tenementis ſic in manum Regis per ipſos captis manum ſuam amoveant ōino, Et exitus, ſi quos levaverint de ipſis terris et tenementis ſic in manum Regis per ipſos captis de tempore quo terre et tenementa illa in manum Regis extiterint, integre reddant ipſi vel ipſis cui vel quibus per Inquiſitiones prius per eoſdem Eſcaetores captas compertum fuerit quod terre et tenementa illa debeant remanere: Salvo ſemper Domino Regi, qđ ſi poſtquam Eſcaetores ſui manus amoverint per Breve ipſius Domini Regis, ut predictum eſt, aliquid contigerit inveniri in Cancellaria, vel ad Scaccarium, ſeu alibi in Cur' Reg', per quod cuſtodia terrarum et tenementorum eorumdem de quibus Eſcaetores manus ſuas amoverint in forma predicta, Domino Regi pertineat, qđ ſtatim premuniatur ille in cujus ſeiſina tenementa predicta fuerint, per breve de Cancellar', qđ ſit ad certum diem coram Domino Rege, ubicumque fuerit &c. oſtenſ' ſi quid pro ſe habeat, vel dicere ſciat, quare Dominus Rex cuſtodiam eorumdem tenementorum habere non debeat, juxta formam evidentiarum ſeu memorandorum pro ipſo Rege compertorum. Et ſi venerit, et pro ſe oſtendat quare eadem cuſtodia ad Dominum Regem non pertineat aut pertinere non debeat, immo qđ ſibi remanere debeat, recedat quietus et cuſtodiam illam retineat. Si autem premunitus non venerit, vel ſi venerit et nichil dicit quare Rex cuſtodiam illam habere non debeat, ſtatim reſeiſientur terre & tenementa illa in manum Domini Regis, nomine cuſtodie tenend' uſque ad legitimam etatem heredis eorumdem. Et ſicut ſuperius dictum eſt, qđ ſi compertum fuerit per Inquiſitiones per Eſcaetores factas & retornatas, qđ cuſtodia eorumdem terrarum & tenementorum in Inquiſitionibus contentorum, et in manum Regis ſeiſitorum, ipſi Domino Regi remanere non debeat, qđ ſtatim mandetur Eſcaetoribus qđ manus ſuas ammoveant, et exitus integre reddant &c. Eodem modo, ſi poſtquam compertum fuerit per evidentias et memoranda in Cancellaria, ad Scaccarium, aut alibi, ut predictum eſt, qđ Dominus Rex cuſtodiam eorumdem habere debeat, reſpondeatur ipſi Domino Regi de exitibus integre per manus illorum qui terras et tenementa illa tenuerint, a toto tempore poſtquam tenementa illa primo in manum ipſius Domini Regis per Eſcaetores ſuos capta fuerunt per breve predictum quod dicitur *Diem clauſit extremum.* Et iſte modus obſervetur de cetero in Cancellar', non obſtante quadam ordinatione nuper per Dominum Regem facta de terris et tenementis in manum ſuam per Miniſtros ſuos captis et non liberandis niſi per ipſum Dominum Regem, et prout continetur in quadam Dividenda inter ipſum Regem et Cancellar' facta, et cujus una pars penes Cancellar' remanet.

---

ff. De Johanne Sampſon Cive Eborum et aliis Civibus.

CUM Johannes Sampſon Civis Eborum, ceterique diverſi ejuſdem Civitatis tam maſculi quam femine Mercatores & Burgenſes, coram Juſticiar' de Banco apud Eborum attachiati eſſent per corpora ſua, per breve Domini Regis, ad reſpondend' ibidem cuidam Margerie que fuit uxor Ade de Silkeſton, de morte cujuſdam Ade quondam viri ſui, prout in brevi ſuo continetur; Et unde eadem Margeria eoſdem Cives Mercatores et Burgenſes per illud breve appellavit, quorum appellatorum nomina et cujus appelli forma plenius in rotulis Juſticiariorum predictorum de termino Sancti Hillar' anno regni Regis nunc xxix continetur: Et licet illi ſic attachiati coram prefatis Juſticiariis ad certum diem in brevi contentum venirent, quidam tamen appellatorum de facto & in brevi contentorum ad eundem diem non venerunt, nec inveniri potuerunt, prout per Vicecomitem Com' Eborum coram eiſdem Juſticiariis teſtabatur. Et ſuper hoc coram prefatis Juſticiariis venerunt tam Major et Ballivi Civitatis Eborum, afferentes ad ipſos cognitionem appelli predicti ratione Libertatum ſuarum pertinere, quam Cuſtos Hoſpital' Sancti Leonardi ejuſdem Civitatis ad Magiſtrum ejuſdem Hoſpital' ſpectare, et non ad predictos Majorem et Ballivos per libertates ſibi conceſſas. Super quo ad Parliamentum ipſius Domini Regis apud Lincoln' anno et terminis predictis, ex parte predictorum attachiatorum porrecta quadam Petitione ſuper eorumdem incarceratione, recitatiſque et auditis coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo premiſſis omnibus et intellectis . . . . quia appellati de facto felonie predicte non ſunt inventi, prout per Vicecom' predictum teſtatum eſt; nec ſint aliqui vel aliquis qui de facto illo judicialiter ſint convicti aut convictus; ac prefata appellatrix nullum attachiatorum predictorum de facto principali appellet; iidemque appellati bone fame et laudabil' ſint, prout coram Domini Regis Conſilio teſtatur, paratique ſint manucaptionem ſufficientem coram prefatis Juſticiariis, ſeu alibi, ad voluntatem Domini Regis prout de jure debebunt, de felonia predicta et omnibus ejus circumſtanciis plenarie reſpondere, cum aliquis de facto rite et judicialiter fuerit convictus, ſicut Dominus Rex per petitionem eorumdem incarceratorum intellexit: Durumque eſſet, quod iidem appellati per altercationem allocationum libertatum predictarum remanerent incarcerati, cum per eos non remaneat quin ſtatim ſecundum legem terre ſupportarent id quod lex terre eis adjudicaret; Et hoc manifeſte patet cum ſe permiſerint primo die attachiari, et parati ſint in Cur' Reg' predicte appellatrici reſpondere, cum debuerint: Per Conſilium Domini Regis concordatum eſt et ordinatum, quod prefati appellati et incarcerati, et qui de facto non ſunt appellati, pōnantur per bonam manucaptionem & ſufficientem ad reſpondend' de morte predicta, precepto, conſenſu, miſſione, & receptamento, & aliis circumſtantiis, prout appellantur, & prout de jure debebunt, quando illi de facto ejuſdem felonie appellati in Cur' Reg' judicialiter fuerint rite convicti.

A. D. 1302. 30 Edw. I. De Parliamento apud Weſtmonaſterium, in Octab' Sancti Johannis Baptiſte, anno regni Regis Edwardi triceſimo. A. D. 1302. 30 Edw. I.

ff. N° 2. De Will'mo Paynel et Margareta Uxore ejuſd'. (m. 2.)

WILL'MS Paynel et Margareta Uxor ejus alias, videlicet ad Parliamentum Domini Regis apud Weſtmonaſterium, anno regni ſui XXVIII, ſupplicarunt Domino Regi per quandam petitionem, Quod ipſe Dominus Rex reddere vellet eis tertiam partem Manerii de Torpell cum pertin', ut dotem ipſius Margarete que ipſam contingebat de libero tenemento quod fuit Johannis de Cameys, primi viri ſui &c.

Et Nichus de Warwyk' qui pro Domino Rege ſequebatur tunc dixit, Quod predicta Margareta non debuit inde dotem habere, nec qđ ad aliquam dotem inde petendam audiri deberet vel admitti, eo qđ ipſa per longum tempus ante mortem dicti Johannis quondam viri ſui &c. ſponte et gratis de eodem viro ſuo receſſit, et cum prefato Wilto nunc viro ſuo, vivente predicto Johanne, in adulterio moram traxit, nec ante mortem ipſius Johannis per ipſum Johannem reconciliata fuit. Per quod, juxta formam ſtatuti Domini Regis nunc editi de Mulieribus ſe a viris ſuis elongantibus et cum adulteris ſuis morantibus et ante mortem virorum ſuorum ſponte et abſque cohercione Eccleſiaſtica non reconciliatis, prefata Margareta a petitione ſua predicta totaliter debet repelli. Et petiit judicium pro Rege &c.

Et ſuper hoc prefati Wilts et Margareta protulerunt quoddam ſcriptum factum ſub nomine predicti Johannis de Cameys, primi viri &c. in hec verba:

Omnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, Johannes de Cameys, filius et heres Domini Randulphi de Cameys, Salutem in Domino. Noveritis, me tradidiſſe et dimiſiſſe ſpontanea voluntate mea Domino Wilto Paynel, Militi, Margaretam de Cameys, filiam et heredem Domini Johannis de Gateſden, Uxorem meam; Et etiam dediſſe et conceſſiſſe eidem Domino Wilto, relaxaſſe, et quietum clamaſſe, omnia bona et catalla que ipſa Margareta habet, vel de cetero habere poſſit, et etiam quicquid mei eſt de predicta Margareta, bonis, vel catallis cum ſuis pertinentiis. Ita quod nec ego, nec aliquis alius nomine meo, in predicta Margareta, bonis vel catallis ipſius Margarete cum ſuis pertinen', de cetero exigere vel vendicare poterimus, nec debemus in perpetuum. Volo et concedo, et per preſens ſcriptum confirmo, quod predicta Margareta cum predicto Domino Wilto ſit et maneat pro voluntate ipſius Willi. In cujus rei teſtimonium huic preſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Thoma de Repeſton, Johanne de Ferring', Willo de Icombe, Hen' le Brunz, Stephano Camerar', Waltero le Blund, Gilberto de Batecombe, Roberto de Boſco, et aliis.

Et dixerunt, quod eadem Margareta in forma in dicto ſcripto contenta cum ipſo Willo moram fecit, et ex aſſenſu et voluntate dicti Johannis tunc viri ipſius Margarete, vivente ipſo Johanne, et ex traditione & dimiſſione ejuſdem Johannis, prout expreſſe per verba in eodem ſcripto contenta Domino Regi et Curie ſue conſtare potuit, et non cum eodem Wilto ut cum adultero ſuo. Et ſuper hoc petierunt judicium. Et tunc dictum fuit eiſdem Wilto et Margarete, quod eſſent ad proximum Parliamentum futurum, auditur' inde judicium ſuum &c.

Poſtea ad proximum Parliamentum ſequens, videlicet ad Parliamentum ipſius Domini Regis apud Linc' in octab' Sancti Hillar', anno regni ſui viceſimo nono, venit predictus Wilts, et Margareta per attornatum ſuum venit, & inſtanter petierunt dotem ipſius Margarete predictam. Et datus fuit dies eiſdem ad proximum Parliamentum ſequens &c.

Poſtea ad proximum Parliamentum ipſius Domini Regis ſequens, videlicet apud Weſtmonaſterium, in octabis Sancti Johannis Baptiſte, anno regni ſui triceſimo, venit predictus Wilts, et ſimiliter predicta Margareta per quendam Walterum le Blund Actornatum ipſius Margarete, coram Johanne Abel per breve Domini Regis factum. Et petierunt predictam dotem ipſius Margarete, in forma predicta &c.

Et ſuper hoc, recitata coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo in pleno Parliamento ſuo reſponſione pro ipſo Domino Rege ſuperius facta, Et etiam audito et intellecto tenore ſcripti predicti, per ipſos Willm et Margaretam prius porrecti; Et ſimiliter lecto, audito et intellecto Statuto predicto per ipſum Dominum Regem et conſilium ſuum facto, et pro ipſo Rege allegato, et in quo expreſſe continetur, Qđ ſi Uxor ſponte reliquerit virum ſuum et abierit et moretur cum adultero ſuo, amittet in perpetuum actionem petendi dotem ſuam, que ei competere poſſet de tenementis viri ſui, ſi ſuper hoc convincatur, niſi vir ſuus ſponte, et abſque cohercione Eccleſiaſtica, eam ſibi reconciliet, et ſecum cohabitare permittat: Ipſi Wilts et Margareta tunc dixerunt, qđ per patriam verificare parati fuerunt quod ipſa Margareta non morabatur cum ipſo Wilto ut adultero ſuo, vivente predicto Johanne primo viro ſuo &c. nec aliquid aliud dixerunt.

Et quia ipſi Wilts et Margareta dedicere non potuerunt, quin ipſa Margareta, vivente predicto Johanne primo viro ſuo, abiret et cum eodem Wilto moram faceret, virum ſuum, videlicet Johannem predictum, omnino relinquendo: et ſponte; ut patet manifeſte, cum ipſa Margareta in vita ejuſdem Johannis nuncquam per ſe aut per alium in aliquo aut aliquo modo reclamavit, nec adhuc reclamet, immo primam voluntatem ſuam ſpontaneam declarando, & affectionem verſus ipſum Willm vivente predicto Johanne conceptam continuando, eidem Wilto poſt mortem ejuſdem Johannis ſe nubere permiſit: nec iidem Wilts et Margareta aliquid dicant, ſeu oſtendant, per quod Curia certiorari poteſt quod prefatus Johannes primus vir ſuus tempore ſuo eam reconciliavit aliquo modo: Et per predictum ſcriptum per ipſos Willm et Margaretam porrectum expreſſe apparet, quod eadem Margareta tempore dicti Johannis ex dimiſſione et traditione ſua cum dicto Wilto in perpetuum remanſura conceſſa fuit: Nec eſt neceſſe in Cur' Regis ad Inquiſitionem patrie capiend' ſuper hiis que pars dedicere non poteſt et Curie appareant manifeſte, ſeu ſuper hiis que per partem in placitando proponuntur et conceduntur: Ac ſit veriſimilius potiuſque preſumend', et in Cur' Reg' et alia quacumque magis eſt credend', qđ ex quo Uxor alicujus, vivente Marito ſuo, cum aliquo alio viro moram ſponte faciat, in nullo reclamando aut contradicendo, qđ in adulterio jaceat quam alio modo debito aut legitimo, et maxime ubi ejuſdem Uxoris tanta poſtea ſequitur ſpontanee voluntatis declaratio, qđ nuptie poſt mortem mariti inter eoſdem ſubſequuntur: nec ad Cur' Reg' pertineat ſuper adulterio Inquiſitionem patrie capere: Videtur Curie quod non eſt neceſſe contra tantas tamque manifeſtas evidentias, preſumptiones, probationes, et prefatorum Willi et Margarete conceſſionem, ad aliquam Inquiſitionem patrie capiend' procedere, in forma qua dicti Wilts et Margareta eam pretendunt:

A. D. 1302. 30 Edw. I.

tendunt: Immo quod predicta Margareta per formam ſtatuti predicti ad dotem ſuam predictam petendam admitti non debet, ſeu audiri, rationibus predictis.

Et ideo conſideratum eſt quod predicti Wills et Margareta nichil capiant per petitionem ſuam predictam, Mi'a. ſet ſint in miſericordia pro falſo clam' &c.

ff. Quedam alie littere per ipſos Willm et Margaretam in judicio porrigebantur; tres videlicet, quarum due fuerunt de purgatione ipſorum Willi et Margarete ſuper crimine adulterii ipſis impoſiti, et tertia fuit de quodam annuo redditu quaterviginti Marcarum; Et quarum tranſcripta remanent in Garderoba; Et de quibus litteris in judicio iſto non fit mentio, eo quod ad judicium iſtud multum non pertinent. Nec ſuper teſtimonio Epiſcoporum ſunt judicia in Cur' Reg' facienda, licet littere Epiſcoporum in Cur' Reg' fuerint porrecte, niſi iidem Epiſcopi ad mandatum regium ipſi Regi reſcriberent &c. Tenor ẽn earumdem litterarum patet inferius:

ff. Omnibus Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſur' vel auditur', Johannes de Cameys, Miles, Salutem in Domino ſempiternam. Cum dudum Willo Paynel et Henrico de Didelinges Maneria mea de Bradewater, Wllawinton, Dicheingge, et Fecomge, et omnes terras & tenementa que et quas habeo in Grofham, Alurdeſham, cum pertin' in Com' Suſſex', cum Advocationibus Eccleſiarum, Capellarum, Cantariarum predictarum Villarum, ad totam vitam predictorum Wilti et Henrici pro quaterviginti et ſex libr' ſterlingorum michi annuatim redditur' ad firmam tradidiſſem ac dimiſiſſem, prout in quibuſdem ſcriptis cirograffatis inter nos confectis plenius continetur: Noveritis, me recepiſſe in civitate London' die confectionis preſentium, de predictis Willo & Henrico IIII C & triginta libras bonorum & legalium ſterling' de tempore quinque annorum nomine predicte firme, de quibus IIII C & triginta libr' me bene pacatum eſſe recognoſco, & predictos Willm & Henricum pro me & heredibus meis inde voco quietos; et preſertim, poſt predictum terminum quinque annorum predictorum, ego Johannes predictus actorno & aſſigno predictos Willm & Henricum Margarete Uxori mee, et pueris meis, quod ipſi predictam firmam quaterviginti & ſex libr' quas annuatim poſt predictum terminum quinque annorum michi reddere debeant, predicte Margarete & pueris meis predictis ad eorum ſuſtentationem annuatim ad terminos in predictis ſcriptis contentos reddant & perſolvant, adeo integre ſicut ego percipere debeam poſt lapſum temporis quinque annorum prenominatorum. In cujus rei teſtimonium preſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Dat' London' die Sancti Barnabe Apoſtoli, anno regni Domini Regis Edwardi tertio decimo. Hiis teſtibus, Dominis Ada de Bauẽt, Hamone Bouet, Henrico de L....s, Militibus, Willo de Lichepol, Thoma de Kepeſton, Andrea de Lichepol, Valentino de Grangiis, Johanne de la Graue, & aliis.

ff. Univerſis preſentes litteras inſpectur', Frater J. permiſſione divina Cantuar' Archiepiſcopus, totius Anglie Primas, Salutem in Chriſto..... Noverit Univerſitas veſtra quod Dominus Wills Paynel, Miles, ſuper ſibi impoſito crimine adulterii commiſſi, ut dicebatur, cum Domina Margareta, Uxore Domini Johannis de Cameys, Militis, coram nobis per viros fidedignos, Milites & alios, legitime ſe purgavit; unde ipſum inmunem ab hujuſmodi crimine pronunciantes reſtituimus eũndem bone fame ſue priſtine, per decretum; et has litteras noſtras patentes in teſtimonium premiſſorum ſibi fieri fecimus, ſigilli noſtri munimine roboratas. Dat' apud Slyndon' v Non' Martii anno Domini M° CC° octogeſimo ſeptimo.

A. D. 1302. 30 Edw. I.

ff. Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras viſur' vel auditur', Gilbertus miſeratione divina Ciceſtrenſ' Epiſcopus, Salutem in Domino ſempiternam. Univerſitati veſtre notum facimus per preſentes, quod cum Domina Margareta de Cameys ſuper crimine adulterii cum Domino Willo Paynel, Milite, ut dicebatur, commiſſo fuiſſet diffamata, ac ea occaſione coram noſtro Officiali ex mandato noſtro ad certos diem et locum euocata, predicta Domina Margareta coram prefato Offic' in Eccleſia Cathedrali Ciceſtrie, die Sabbati proxima ante Feſtum Purificationis beate Virginis, anno Domini M° CC nonageſimo quinto, perſonaliter comparens, preſentibus Domino Willo Decano Eccleſie Ciceſtren', Magiſtro Roberto Theſaurar' dicte Eccleſie, et aliis loci ejuſdem Canonicis, ac aliis Clericis & Laicis quamplurimis, predictum crimen adulterii ſibi oppoſitum expreſſe negando exinde ſollempniter et canonice ſe purgavit; videlicet, per Dominas Margaretam Martel, Iſabellam de Monte Forti, Prioriſſam de Oſeburn', Hawiſiam de Houtot, A. Corbet, et per alias mulieres conjugatas, et Domicellas quamplures convicinas.

Nos autem audito et cognito de purgatione ſupradicta, ipſam approbantes predictam Dominam Margaretam de Cameys a predicto crimine inmunem prout juſtum fuerat reputantes, eam reſtituimus bone fame. In cujus rei teſtimonium has literas patentes dicte Domine fieri fecimus noſtro ſigillo communitas.

Dat' apud Aldingeburn' die et anno ſupradictis.

Adhuc de Parliamento anno triceſimo.

ff. (Dorſ.) ITEM ad Parliamentum predictum per ipſum Dominum Regem conceſſum fuit et preceptum, quod illa Conceſſio ſua firmiter obſervaretur, videlicet, Quod cum coram Seneſcall' ipſius Domini Regis et Mareſcall' &c. ipſo Domino Rege apud London' ſeu apud Weſtmonaſterium, aut alibi prope Civitatem predictam exiſtente, Inquiſitiones alique fieri debeant ſuper tranſgreſſionibus aut aliis infra Civitatem predictam factis inter aliquos de Civitate predicta tantum, aut inter ipſos et alios forinſecos conjunctim, aut inter aliquem de Hoſpitio Domini Regis et alium de Civitate predicta, ſeu alium forinſecum quemcumque, et de quibus tranſgreſſionibus vel aliis ad eoſdem Seneſcall' & Mareſcallos ratione virge cognitio pertineat, quod omnes ille Inquiſitiones infra Civitatem predictam capiantur, et non alibi, quamquam partes Inquiſitionum illarum extra Civitatem illam coram Seneſcall' & Mareſcall' placitaverint, et ſe in Inquiſitionem patrie poſuerint, dummodo aliqui Juratores Inquiſitionis illius de Civitate predicta fuerint, & infra eandem commorantes. Et hoc conceſſit Dominus Rex in favorem pauperum operariorum ejuſdem Civitatis, qui de operibus manuum ſuarum vivunt, ne victu ſuo carerent aut plus depauperarentur.

A.D. 1302. 30 Edw. I. De Parliamento Domini Regis apud Weſtmonaſterium in Octab' Sancti Johannis Baptiſte anno xxx^mo. A. D. 1302. 30 Edw. I.

Walli' ff. N° 3. De Will'o de Brewoſe &c. (m. 3.)

WILL'MS de Breouſe alias, videlicet ad Parliamentum Domini Regis apud Weſtmonaſterium in Quadrageſima anno regni ſui viceſimo octavo, porrexit ipſi Domino Regi et Conſilio ſuo quandam Petitionem in hec verba:

A noſtre Seignur le Roy e a ſon Conſeyl muſtre Williame de Breouſe, Qe la ou il tyent e doyt tenir, e ſes Aunceſtres devaunt ly unt tenu, tote la terre de Gowerc entierement, of totes les fraunchiſes, fraunches cuſtumes, e fraunches uſages a la dite terre aportenauntz, par le ſervice dun Chevaler pur touz ſervices, la vient Wautier de Pederton, Coneſtable de Kermerdyn, e fet ſomoundre le dit Williame a ſon Chaſtel de Sweyneſeye, de venir a reſpoundre as pleyntes de ſes gentz demeyne al Chaſtel de Kermerdyn, la ou il unkes ne reſpoundi, ne reſpoundre deit. E pur ceo que a cele ſomounſe ne vynt, grevouſement le fiſt deſtreindre. Enſement les Miniſtes le dit Williame fiſt ſomoundre al Countee de Kermerdyn, a reſpoundre as avauntditz pleyntifs de la terre de Gowere; E pur ceo qe il ne vyndrent les fiſt mettre en exigende de Counte en Counte juſques al utlageric. Ceſte choſe fu muſtre a noſtre Seygnur le Roy en pleynnaunt par le dit Williame, maunde fut par le Roy al dit Coneſtable, Qe de totes maneres de teles greuaunces touchauntz le dit Williame ſourſeyſt jeſques a ceſt Parlement: Unkes pur nul maundement ne ſourſiſt, taunt qe les gentz ſe rendirent a la priſone de Kermerdyn, e illoqes de eux fiſt ſa volente. Par unt le dit Willyame prie a noſtre Seygnur le Roy e a ſon Conſeyl, par la ou nul homme ne doit auer conoiſſaunce de luy, ne de ſa gent de Gower', forſqe deuaunt le cors le Roy meiſmes, ſi luy pleſt qe ſolom le purport de ſa Chartre qe alowe luy eſt, luy voylle meyntenir, e de teles greuaunces dreit e remedie fere.

Ad quam petitionem predictus Walterus de Pederton, qui per preceptum Domini Regis ibidem venit, tunc reſpondit, et dixit tam pro Domino Rege quam pro ſe ipſo, Quod predicta terra de Gowere eſt infra procinctum Comitatus Domini Regis de Kermerdyn, et quod idem Wills et Anteceſſores ſui, et etiam tenentes ejuſdem terre de Gower', ſemper ſectam facere conſueverunt ad Comitatum predictum, et tunc fecerunt. Et quod Dominus Rex tunc fuit ſeyſitus de ſecta eorumdem ad eundem Comitatum. Et petiit, quod idem Willus oſtenderet Domino Regi et ejus Conſilio ſi quid haberet de Libertate predicta quam clamavit habere per petitionem ſuam predictam, et etiam de exemptione ſecte ſue et tenentium ſuorum ad eundem Comitatum.

Et idem Willus tunc dixit, Quod Dominus J. Rex, avus Domini Regis nunc, dedit, conceſſit, et Carta ſua confirmavit, dilecto & fideli ſuo cuidam Willo de Breouſe, Anteceſſori ipſius Willi, cujus heres ipſe eſt, totam terram de Gower' cum pertin' ſuis in Wall'; Habend' et tenend' ſibi et heredibus ſuis de ipſo Rege et heredibus ſuis, per ſervitium unius Militis pro omni ſervitio. Et voluit et firmiter precepit, quod predictus Willus et heredes ſui poſt ipſum haberent et tenerent totam predictam terram de Gower' cum omnibus pertinen' ſuis in Wall' de ipſo Rege et heredibus ſuis per predictum ſervitium, ſicut predictum eſt, bene, et in pace, libere et quiete, integre et plenarie, et honorifice, cum omnibus Libertatibus et liberis conſuetudinibus ſuis, in omnibus locis, et omnibus rebus ad predictam terram pertinentibus.

Et protulit Cartam predicti Domini J. Regis, que hoc idem teſtabatur. Et dixit, quod omnes Anteceſſores ſui a tempore confectionis Carte predicte, et ſimiliter ipſemet toto tempore ſuo, habuerunt in predicta terra de Gower' omnimodam juriſdictionem regalem de tenentibus ejuſdem terre, et cognitionem omnium placitorum in dicta terra qualitercumque emergentium: Et abſque hoc quod Anteceſſores ipſius Willi ſeu tenentes ſui terre predicte aliquam ſectam ad dictum Comitatum fecerunt, ſeu alicui in eodem Com' reſponderunt de re aliqua; et eadem Libertate uſi fuerunt plene et integre, bene et pacifice, abſque interruptione aliqua, per cartam predictam, quouſque predictus Walterus tempore ſuo quo fuit Vicecomes Comitatus predicti de Kermerdyn ipſum Willm, homines et tenentes prefate terre ſue de Gower' graviter diſtrinxit, et multipliciter inquietavit ad ſectam faciend' ad Comitatum predictum, et ad reſpondend' in eodem Com' quibuſcumque de ipſis conquerentibus.

Preterea dixit, quod Wills de Breouſ' pater ſuus, et cujus heres ipſe eſt, obiit ſeiſitus de eadem juriſdictione regali in predicta terra: Et abſque hoc, quod ipſe Wills pater ſuus aut tenentes ſui tempore ſuo aliquam ſectam fecerunt ad Com' predictum, aut in eodem alicui reſponderunt; Et quod ipſe ſucceſſit eidem in eadem terra et ſimiliter in eadem Libertate, ut filius ejus et heres. Et petiit, ſi ſine brevi deberet inde reſpondere &c. ex quo Anteceſſor ſuus obiit ſeiſitus de eadem libertate &c.

Et quia predictus Wills, in petitione ſua quam gratis porrexit, dixit ſe talem libertatem habere per cartam Regis predictam, et ſuper hoc eandem cartam porrexit pro titulo et jure ſuo libertatis ejuſdem, et ſic placitavit gratis et abſque cohercione aliqua ſuper jure et titulo libertatis predicte, Videbatur Conſilio Domini Regis quod de predictis reſponſionibus ſuis reſortiri non potuit, nec ad breve de poſſeſſione poni deberet, ex quo prius in jure reſpondit, et titulum ſui juris porrexit.

Propter quod dictum fuit predicto Waltero, quod diceret ulterius tam pro Domino Rege quam pro ſeipſo, ſi plus dicere vellet aut ſciret.

Et idem Walterus dixit, Quod predictus Wills per predictam cartam Domini Johannis Regis, quam porrexit, predictam Libertatem regalis juriſdictionis faciende et excercende in dicta terra de Gower', nec etiam exemptionis ſecte Comitatus predicti de Kermerdyn' habende clamare non potuit. Dixit enim, qd in predicta Carta continetur qd Dominus J. Rex &c. dedit, conceſſit, et Carta ſua confirmavit, cuidam Willo de Breouſ' Anteceſſori ipſius Willi totam terram de Gowere cum pertin' ſuis in Wall'; Habend' & tenend' ſibi et heredibus ſuis &c. prout in dicta Carta continetur: nec per Cartam predictam plus ſibi accreſcere potuit vel aliud quam in eadem Carta continetur. Unde cum juriſdictio regal' quam dictus Wills qui nunc eſt habere clamat in dicta terra de Gower' per Cartam predictam, in eadem Carta ſpecialiter non ſit nominata, nec Anteceſſori ipſius Willi expreſſe conceſſa, Nec talis Libertas de jure communi dici poterit eſſe pertinens alicui terre, quamquam terra predicta cum ſuis pertinen' Anteceſſori ſuo fuerit data et conceſſa, cum talis libertas

A. D. 1302. 30 Edw I.

mere ad Coronam Regiam pertineat et non ad terram aliquam, nec a Corona per verba communia, niſi ſpecialiter ſit expreſſa et nominata, poterit ſeparari, nec idem Wills aliquid ſpeciale inde oſtendit, petiit judicium pro Domino Rege &c. Et ſuper hoc per ipſum Dominum Regem datus fuit dies dicto Willo ad proximum Parliamentum ſequens de audiendo inde judicio ſuo: Et dictum fuit dicto Waltero quod ſimiliter eſſet ibidem pro Domino Rege proſecutur' &c. loquelam predictam. Et ſimiliter, quia diverſi homines de terra predicta de Gowere querimonias diverſas in petitionibus ſuis contentas verſus prefatum Willm & Miniſtros ſuos terre predicte ad Parliamentum predictum porrexerunt, dictum fuit eiſdem hominibus tunc quod eſſent ad illud idem Parliamentum futurum, Eo quod Dominus Rex querelas illas audire et terminare non potuit per viam juris, priuſquam diſcuſſio facta fuiſſet inter ipſum Dominum Regem et predictum Willm de juriſdictione predicta, et ad quem illorum juriſdictio illa pertineat et pertinere debeat, cum cognitio querelarum predictarum dependebat de juriſdictione predicta quam predictus Wills clamavit. Et tunc inhibitum fuit eidem Willo ſub forisfactura libertatis predicte quam clamavit in dicta terra, et etiam ſub forisfactura terre predicte, ne interim eiſdem querentibus injuriam faceret, moleſtiam, aut gravamen, contra juſticiam aut conſuetudinem partium illarum &c.

Poſtea ad proximum Parliamentum Domini Regis ſequens, videlicet apud Lincoln' in octab' Sancti Hillar' anno regni ipſius Domini Regis nunc viceſimo nono, venerunt predictus Willms de Breouſ', et Nichs de Warwyk' qui ſequebatur pro Rege, et ſimiliter homines predicti querentes de predicta terra de Gower' in forma predicta adjornati ad ſequend' in forma eis injuncta et ſuperius expreſſa, Et quibus coram Rege et Conſilio ſuo comparentibus, habitiſque inter ipſum Dominum Regem et dictum Willm aliquamdiu altercationibus ſuper juriſdictione predicta, et aliis in dicto proceſſu contentis, recitatiſque rationibus prius ex utraque parte propoſitis; datus fuit dies eidem Willo ad proximum Parliamentum ſequens auditur' judicium ſuum in loquela predicta. Et ſimiliter tunc dictum fuit predictis conquerentibus, quod eſſent ad illud idem Parliamentum querelas ſuas proſecutur' ſi vellent. Et inhibitum fuit eidem Willo tunc per breve Domini Regis ne interim faceret, pendentibus querelis ſuis coram ipſo Rege et Conſilio ſuo, injurias vel gravamina aliqua eiſdem conquerentibus.

Poſtea ad iſtud Parliamentum ipſius Domini Regis apud Weſtmonaſterium, in octab' Sancti Johannis Baptiſte, anno regni ſui triceſimo, venit predictus Wills de Breouſe, et ſimiliter N. de Warwyk' qui ſequitur pro Rege &c. et etiam homines predicti de terra de Gowere prius conquerentes &c. Et idem Wills inſtanter petiit, quod Dominus Rex & Conſilium ſuum ſibi remedium et juſticiam facerent de injuriis et gravaminibus ſibi illatis, prout in petitione ſua predicta continetur, et que ſibi fiebant per predictum Walterum contra libertates predictas quas habet infra predictam terram de Gowere, et habere debet, et Anteceſſores ſui habuerunt a tempore confectionis predicte Carte Domini Johannis Regis, et per quam Cartam clamat et dicit ſe habere debere libertatem et juriſdictionem predictas, et omnes Anteceſſores ſuos a tempore confectionis predicte Carte habuiſſe infra terram ſuam de Gower'. Que quidem libertas et juriſdictio tales ſunt, quod ipſe habere debet Cancellariam ſuam et Cancellarium ſuum, et ſigillum ſuum in eadem Cancellaria, hominibus et tenentibus ſuis terre predicte de Gowere deſervientia cum neceſſe fuerit, judicium vite et membrorum, et etiam cognitionem omnium Placitorum tam Corone quam aliorum quorumcumque infra dictam terram inter quaſcumque perſonas emergentium, ut de terra in Marchia et extra Comitatum predictum de Kermyrdyn, et extra poteſtatem Vicecomitis ejuſdem Comitatus exiſtente. Et dicit, Quod Anteceſſores Comitis Warwyk' qui nunc eſt, in quorum manibus terra predicta de Gowere fuit antequam terra illa devenit in manum Domini Regis Johannis predicti ratione Dominii illius terre, uſi fuerunt plene et integre illa Libertate; videlicet, quod Cancellariam ſuam, et ſigillum ſuum ibidem habuerunt, juriſdictionem judicii faciendi vite et membrorum, et cognitionem omnium Placitorum infra dictam terram de Gowere inter quaſcumque perſonas emergentium. Et etiam, quod prefatus Dominus Johannes Rex, a tempore quo predicta terra in manum ſuam devenit et toto tempore quo ſeiſitus fuit de eadem, habuit ibidem quendam Ballivum ſuum ad cuſtodiam ejuſdem terre faciendam ſpecialiter deputatum, qui eandem terram ut per ſe ſeparalem et in nullo ad Comitatum de Kermerdyn ſpectantem cuſtodivit ut omnino ſeparatam a Comitatu predicto, et ſigillo Domini Regis predicti in predicta forma toto tempore dicti Regis uſus fuit, et etiam tota juriſdictione predicta in eadem terra, et abſque hoc quod tenentes terre illius tempore illo aliquam ſectam ad Comitatum de Kermerdyn fecerunt, ſeu quod Vicecomes Comitatus illius aliquam juriſdictionem aut poteſtatem in tenentes predicte terre de Gowere habuit, aut exercuit, ratione officii ſui Vicecomitatus predicti. Et dicit ſimiliter, quod dictus Wills anteceſſor ſuus, cujus heres ipſe eſt, et cui predicta Carta facta fuit, per eandem Cartam in dicta terra de Gower' intravit, et eadem Libertate toto tempore ſuo in terra predicta uſus fuit, bene, et in pace, ratione predicte Carte; videlicet juriſdictione regali totaliter, ut predictum eſt, et abſque hoc quod ipſe aut tenentes ſui terre predicte ad dictum Comitatum ſectam fecerunt, aut alicui in eodem Comitatu reſponderunt. Et ſimiliter omnes heredes predicti Willi anteceſſoris ſui, primi perquiſitoris, per dictam Cartam uſi fuerunt eadem Libertate, plene, et integre, abſque interruptione, et ipſe ſimiliter toto tempore ſuo; quouſque dictus Walterus de Pederton, jam de novo et a tempore quo fuit Vicecomes Comitatus de Kermerdyn, ipſum Willm volens exheredare, et ipſum et tenentes terre ſue predicte in ſervitutem ponere, ipſum Willm et homines terre predicte multipliciter diſtrinxit, ad ſectam predictam ad Comitatum de Kermerdyn faciendam, in exheredationem ipſius Willi manifeſtam, et contra tenorem Carte regie predicte. Et petit, quod ſuper hoc per ipſum Dominum Regem et Conſilium ſuum remedium apponatur, prout in petitione ſua plenius continetur &c.

A. D. 1302. 30 Edw. I.

Et Nichus de Warwyk qui ſequitur pro Rege dicit, Quod predicta terra de Gowere eſt infra procinctum Comitatus predicti de Kermerdyn, et ſemper extitit, tam temporibus anteceſſorum Comitis Warwyk qui nunc eſt, dum terra illa in manibus eorum fuit, quam etiam toto tempore quo terra predicta fuit in ſeiſina dicti Domini Johannis Regis; et quod predictus Wills et omnes anteceſſores ſui, a tẽpe confeccõis Carte predicte ſectam facere conſueverunt, et fecerunt, ad predictum Comitatum de Kermerdyn. Et quod omnes anteceſſores ejuſdem Willi & ſimilr tenentes ejuſdem terre de Gower', temporibus retroactis, tam a tempore confectionis predicte Carte Domini Johannis Regis quam antea tempibus añceſſor' dicti Comitis Warwyk', ſectam facere conſueverunt ad eundem Comitatum, et ibidem reſpondere quibuſcumque de ſe conqueri volentibus, et ibidem juſticiam recipere; quouſque Wills de Breouſe, pater Willi qui nunc eſt, in exheredationem Domini Regis, poſt bellum de Eveſham ſectam illam ſibi attraxit, et Domino Regi patri Domini Regis nunc ſubtraxit, & ipſum Dominum Regem de illa ſecta ad Comitatum de Kermerdyn' faciend' omnino exheredavit, et Juriſdictionem regalem predictam, quam idem Wills qui nunc eſt modo clamat in predicta terra, ſuper Dominum Regem patrem Domini Regis nunc uſurpavit et occupavit abſque waranto aliquo, prout bene patet per cognitionem predicti Willi expreſſe in Placito predicto, maxime cum idem Willus Juriſdictionem predictam tantummodo clamet per Cartam Domini Johannis Regis predictam, Et in qua Carta nulla fit mentio ſpecialis

A. D. 1302. 30 Edw. I.

cialis de aliqua jurisdictione regali, seu exemptione secte Comitatus predicti, prefato Willo anteceſſor' dicti Willi nunc conceſſis, cum talis jurisdictio regalis ita sit Corone annexa quod absque speciali facto non potest a Corona separari, prout superius dictum est. Preterea dicit pro Domino Rege, quod cum alique libertates regales cum terra aliqua alicui per Cartam & factum Regis concedantur, et terra illa cũ libertatibus illis postea ad manũ Reg' quacumque de causa devenerit, Quod, licet Rex terram illam alicui postea conceſſerit et dederit cum suis pertinentiis, sine mentione facienda expresse de jurisdictione et libertate regali, quod Libertates regales que Corone regie prius fuerunt pertinentes, et illi Corone retornate et reannexe, non (Def.) poterunt a Corona illa per talia verba generalia cum pertinentiis &c. aliquo modo separari, Immo ipsi Corone integre remanent, nisi Libertates ille specialiter fuerint conceſſe, nominate, et per factum speciale expresse. Unde, cum dictus Wills bene cognovit quod terra predicta cum pertin' suis, post seisinam anteceſſorum Comitis Warwyk' qui nunc est, devenit in manum Domini Johannis Regis avi Domini Regis nunc, et per cujus donum et conceſſionem postea terra illa devenit in manus anteceſſorum predicti Willi, Et per Cartam predictam, Et in qua quidem Carta nulla fit mentio specialis de aliqua jurisdictione regali predicta seu alia, petit judicium pro Domino Rege preciſe &c.

Postea, coram ipso Domino Rege predictis Recordo et Proceſſu recitatis et examinatis, licet Dominus Rex per rigorem justicie, prout pluribus et majoribus de Consilio suo videbatur, ad judicium contra predictum Willm procedere posset, juxta formam et modum placiti predicti, et consuetudinem Curie sue, et absque aliqua Inquisitione per patriam inde capienda, Idem Dominus Rex tamen de gratia sua speciali mitius cum dicto Willo agere volens, et super premiſſis plenius certiorari, et ad instantiam predicti Willi, qui se super premiſſis in Inquisitionem patrie gratis se posuit, et Inquisitionem inde fieri petiit, Conceſſit et precepit qđ rei veritas jurisdictionis predicte in terra predicta usitate, tam de tempore anteceſſorum Comitis Warwyk' quondam Dominorum ipsius terre, quam de tempore quo terra illa fuit in manu Domini Johannis Regis, et similiter a tempore quo terra illa per conceſſionem et donum ipsius Domini Johannis Regis in manibus anteceſſorum ipsius Willi devenit, per patriam inquiratur. Et quod Inquisitio illa capta ipsi Domino Regi retornetur ad proximum Parliamentum suum post Festum Sancti Michaelis apud Westm'. Et datus est dies dicto Willo ad illud idem Parliamentum auditur' inde judicium suum. Et ad illam Inquisitionem in forma predicta capiendam, et etiam ad alias Inquisitiones similiter capiendas, in quibus idem Wills se posuit coram Johanne de Havering, Willo Inge, Rogero de Suthcote, et Waltero de Pederton, Auditoribus, de diversis transgressionibus et querelis per ipsum Willm de Breouſ' diversis hominibus de terra predicta de Gowere factis, post inhibitionem predictam ipsi Willo factam, prout iidem querentes asserunt, et in quibus Inquisitionibus querentes predicti, et etiam dictus Wills, se posuerunt, prout patet per proceſſum et recordum coram predictis Auditoribus inde habita, assignantur J. Wogan, Wills de Mortuo Mari, et Walterus Hacklut &c. Ita quod Inquisitiones illas in partibus predictis capiant, et easdem Inquisitiones Domino Regi ad proximum Parliamentum predictum retornent, et partibus eundem terminum assignent ad audiend' inde judicium suum.

A. D. 1302. 30 Edw. I.

Et sciendum, quod recordum istud, et etiam alia recorda de placitis coram predictis Auditoribus habita, mittuntur prefatis J. Wogan, et Sociis suis sub pede sigilli Domini Regis &c.

Et mandatum est Edwardo filio Regis, Principi Wall', qđ de Comitatibus suis de Kermerdyn', et de Cardygan, et etiam de villa et terra sua de Haverford', Et similiter mandatum est Johanne de Valenc' Comitisse de Penbrok', qđ de terra sua de Penbrok', venire faciant coram prefatis J. Wogan, et Sociis suis, tot et tales tam milites quam alios liberos et legales homines, ad certos diem et locum quos iidem J. Wogan et Socii sui eis scire facient, per quos rei veritas in premiſſis melius sciri poterit et inquiri, ad faciend' Inquisitiones predictas &c. Et idem Wills de Breouſ' tam in ista querela versus Dominum Regem, quam in aliis querelis omnibus et singulis versus ipsum Willm factis per diversos homines de Gower', prout patet per placita in rotulo alio isti rotulo appenso contenta, ponit loco suo Griffynum ap Meuryk ad Gower, et Thomam Quyntyn, ad lucrand' vel perdend' in eisdem querelis &c.

Placita apud Westm' coram Rege & Consilio suo in Parliamento, a die Sancti Michaelis in xv dies, an' regni sui xxx.

Querela Abbatis West'.

MONSTRAVIT Dño Regi Walterus Abbas Westm', quod cum ipse per Cartam Domini H. Regis, patris Domini Regis nunc, et confirmationem Regis nunc, habeat & habere debeat in Nundinis suis apud Westmonasterium, temporibus Nundinarum illarum, easdem consuetudines quas Episcopus Wyntonienſis habet in Nundinis suis super Montem S. Egidii Wynton' durantibus Nundinis illis: Ac idem Episcopus temporibus Nundinarum illarum Wynton' distringit, & a tempore conceſſionis predictarum Nundinarum Eccleſie sue Wynton' et predeceſſoribus suis Episcopis ejusdem loci facte, predeceſſores ipsius Episcopi, & ipse Episcopus nunc, toto tempore suo distrinxiſſent & distrinxit quoscunque Mercatores venientes in Civitate Wynton' et in Suburbio ejusdem cum Mercandisis suis, volentes Mercandisas suas discarcare & venditioni exponere, ad veniendum ad predictum Montem ad Mercandisas illas ibidem vendendas, Ita quod nec in Civitate nec in Suburbio predictis Mercandise alique vendantur durantibus Nundinis illis nisi in loco supradicto: Prefatusque Abbas tunc dixit, quod ratione conceſſionis & confirmationis Cartarum Domini Regis nunc de Nundinis suis predictis, & juxta consuetudinem feriarum Wynton' Eccleſie sue Westm' predeceſſoribus suis et sibi conceſſam, durantibus Nundinis suis Westm' quosdam Johannem de Noer, Michaelem le Patmer, et alios Mercatores cum mercandisis suis apud Westm' venientes, easque infra tempus Nundinarum suarum ibidem in diversis locis extra locum ad Nundinas illas tenendas deputatum discarcantes & venditioni

A D. 1302. 30 Edw. I.

ditſoni expohentes, ad eaſdem Mercandiſas ſuas ad Nundinas ipſius Abbatis ducendas & vendendas in locum Nundinarum earundem per ipſum Abbatem deputatum, diſtrinxiſſet; Idem Johannes & alii Mercatores predictum Abbatem & Ballivos ſuos inde traxerunt in placitum coram Seneſcallo & Mareſcallis Domini Regis, tunc apud Weſtm'. videlicet ad hoſpicium Archiepiſcopi Eboraci exiſtentibus, qui ad querelam eorundem Johannis & aliorum Mercatorum deliberationem predictarum diſtrictionum fecerunt, in hujuſmodi ſue libertatis leſionem et Eccleſie ſue predicte exheredationem manifeſtam. Unde petiit quod Dominus Rex & ejus Conſilium, auditis Cartis & confirmationibus regiis Eccleſie ſue predeceſſoribus ſuis & ipſi Abbati ſuper premiſſis conceſſis, in premiſſis ſibi remedium exhiberent. Per quod poſtea ad querelam ipſius Abbatis, per Dominum Regem & Conſilium ſuum mandatum fuit Waltero de Bello Campo tunc Seneſcallo ſuo, quod in pleno Conſilio ipſius Domini Regis recordari faceret loquelam predictam, Qui Recordum ſuum inde fecit in hunc modum:

Walterus Abbas Weſtm' ſuper Adam de Warfeld monachus ſuus, & Ricardus de Burgh Ballivus ipſius Abbatis, attachiati fuerunt ad reſpondendum Johanni le Noer, Nicholao le Patmere, Willielmo le Heitour de Roen, Simoni de Abindon, Dioniſio Bel, Waltero le Brazun, Johanni le Ros, & Terrico Fagel, de placito tranſgreſſionis. Et unde queruntur quod predicti Abbas et alii ſimul cum aliis ignotis, in vigilia Omnium Sanctorum ultimo preterita, in preſencia Domini Regis & infra virgam ſuam, vi & armis venerunt ad quaſdam domos ſuas quas ipſi conduxerant de Thoma Ponte & Radulfo le Vineter in feodo Dñi Regis pertinentes ad pallacium ſuum, & domos illas intraverunt, & de ipſis Johanne le Noer & Michaele le Patimer unum pannum de viridi precii centum ſolidorum, de predicto Willielmo unum pannum de ulneto precii centum ſolidorum, de predicto Simone unum pannum de ulneto precii IIII librarum, de predicto Dioniſio unum pannum precii IIII librarum, de predicto Waltero le Braſoun duos pannos precii decem librarum, de predicto Johanne le Ros duos pannos precii XII marcarum, de pred' Terrico duos pannos radiatos precii ſex librarum, contra voluntatem ſuam ceperunt & aſportaverunt, & eos eis injuſte detinuerunt contra vadium & plegios, quouſque deliberati fuerunt per Mareſcallos Domini Regis, Unde dicunt quod deteriorati ſunt & quilibet eorum dampna habet ad valenciam viginti librarum, & inde producunt ſectam. Et pred' Abbas & alii veniunt & defendunt vim & injuriam quando &c. Et Abbas reſpondit pro ſe & aliis, & bene cognoſcit, quod cepit pred' pannos, et juſte, quia dicit, quod in Carta Dñi H. Regis patris Dñi Regis nunc facta temporibus predeceſſorum ſuorum Abbatum Weſtm' Deo et Eccleſie beati Edwardi Weſtm' continetur, quod idem Abbas et ejuſdem loci Conventus in Nundinis ſuis apud Weſtm' in Feſto S. Edwardi durante tempore Nundinarum uti debent omnibus libertatibus & conſuetudinibus quibus Epiſcopus Wynton' in Nundinis ſuis ſuper Montem S. Egidii Wynton' uti debet. Et profert Cartam & confirmationem predictas, que hoc idem teſtantur. Et dicit, quod idem Epiſcopus diſtringere poteſt quemcumque Mercatorem durante tempore predicto infra Villam Wynton' venientem de veniendo cum mercandiſis ſuis ad eas vendendas ſuper montem predictum. Et quia predicti Johannes & alii in pred' domibus quas de predictis Thoma & Radulpho conduxerant, que ſunt in villa Weſtm' & extra limites loci ad pred' Nundinas per predictum Abbatem tenendas deputati, mercandiſas ſuas venditioni expoſuerunt, idem Abbas diſtrinxit predictos Johannem & alios per predictos pannos ad veniendum ibidem ad mercandiſas ſuas vendendas, prout ei bene licuit juxta conſuetudinem libertatum Nundinarum Wynton' per Cartas regias ſibi conceſſas, & prout idem Epiſcopus in Nundinis ſuis Wynton' utitur. Et petit judicium &c. Et predicti Johannes & alii dicunt, quod predicte domus in quibus predictus Abbas diſtrinxit, ſunt de feodo Domini Regis pertinentes ad pallacium ſuum. Et petunt judicium ſi predictus Abbas predictas diſtrictiones in feodo Domini Regis juſtas in hac parte advocare poſſit. Et ſuper hoc prefatus Abbas, in preſencia Domini Regis et ejus Conſilii, vocatoque predicto Seneſcallo, auditiſque recordo & proceſſu predictis, protulit Cartam Domini H. patris Domini Regis nunc & confirmationem ejuſdem Domini Regis nunc, que teſtantur, quod in Nundinis Sancti Edwardi apud Weſtm' eedem conſuetudines teneantur & obſerventur que in Nundinis Sancti Egidii Wynton' ſuper Montem optente ſunt & uſitate. Ita quod cuſtodes Nundinarum illarum ex parte Abbatis Weſtm' deputati ſuper trangreſſionibus dictas Nundinas contingentibus ſingulis conquerentibus juſticie exhibeant complementum, ſecundum morem predictarum Nundinarum Wynton'. Et quia tunc non conſtabat Domino Regi & ejus Conſilio de conſuetudinibus in predictis Nundinis Wynton' optentis & uſitatis, & carte regie teſtabantur quod idem Abbas haberet eaſdem libertates & conſuetudines in Nundinis ſuis Weſtm' quas Epiſcopus Wynton' habet in Nundinis ſuis predictis, Idem Dominus Rex predictum Abbatem & eccleſiam ſuam contra tenorem cartarum illarum inquietare nolens aut gravare, immo cartas illas in omnibus ſuis articulis obſervare & manutenere, prout de jure debebit, de Conſilio ſuo mandavit Vicecomiti Suthampton', & Philippo de Boyvill, per breve ſuum, quod de omnibus libertatibus & conſuetudinibus in Nundinis Wynton' hactenus optentis inquirerent plenius veritatem per ſacramentum proborum & legalium &c. Et de eo quod inde invenirent ipſum Regem ſub ſigillis ſuis & ſigillis eorum per quos Inquiſitio illa facta fuerit diſtincte & celeriter redderent certiorem. Qui quidem Vicecomes & Philippus poſtea, videlicet prima die Dominica quadrageſime proxima ſequente, miſerunt Inquiſitionem illam una cum predicto brevi in forma ejuſdem brevis ſibi directi captam in hec verba:

A. D. 1302. 30 Edw. I.

Inquiſitio capta apud Wyntoniam die Jovis proxima poſt Feſtum Purificationis beate Marie, anno regni Regis E. filii Regis H. XXXI, coram Johanne de la Lee Vicecomite Suthampton & Philippo de Boyvil per ſacramentum Thome de Lenynton, Thome atte Stepele, Roberti Heleymi, Willielmi de Stok, Johannis Everard, Willielmi atte Hull, Johannis Tyrell, Petri Boſſhell, Willielmi de Ourebrigg, Valentini de Culdecote, Willielmi de la More, & Johannis de Preſlaund, Qui dicunt, quod Draparii nec alii Mercatores venientes cum mercandiſis ſuis venalibus quibuſcumque ad Wyntoniam ad Nundinas Sancti Egidii, mercandiſas ſuas diſcarcare nec eas venditioni exponere temporibus Nundinarum predictarum non poſſint in Civitate Wynton' nec in Suburbio ejuſdem Civitatis, nec in aliquo alio loco infra ſeptem leucas circumquaque niſi tantummodo infra portas Nundinarum predictarum. Dicunt etiam, quod ſi aliquis Mercator inventus fuerit infra ſeptem leucas circumquaque mercandiſare temporibus Nundinarum predictarum alibi quam in dictis Nundinis, bene poteſt Venerabilis Pater J. Wyntonienſis Epiſcopus Dominus Nundinarum predictarum, & Miniſtri ſui ad cuſtodiam Nundinarum illarum deputati, eundem Mercatorem compellere ad mercandiſas illas ducendum uſque Montem Sancti Egidii ad negociandum ibidem de iiſdem durantibus Nundinis predictis. Dicunt etiam, quod non licitum eſt alicui Mercatori in Civitate Wynton' nec in Suburbio ejuſdem extra Montem Sancti Egidii mercandiſas ſuas exercere temporibus Nundinarum predictarum, nec infra ſeptem leucas circumquaque, niſi tantummodo de bladis & animalibus. Et inde habebit dictus Epiſcopus theolonium tanquam ſi ea expoſita fuiſſent venditioni ſuper Montem Sancti Egidii. De libertatibus & conſuetudinibus in Nundinis predictis hactenus optentis dicunt, Quod Miniſtri dicti Epiſcopi venient in Civitate Wyntonie in vigilia S. Egidii ad ortum Solis, & capient eandem Civitatem in manum dicti Domini Epiſcopi,

A. D. 1302. 30 Edw. I.

Epiſpcopi, & accipient claves portarum ejuſdem Civitatis, & tronam videlicet peſagium, & facient Ballivos ſuos in Civitate predicta durantibus Nundinis predictis. Et facient proclamare, Quod nulli Mercatores in Civitate predicta vel Suburbio nec infra ſeptem leucas circumquaque diſcarcare mercandiſas ſuas preſumant, nec emant vel vendant niſi infra portas Nundinarum predictarum. Et debent proclamare aſſiſam panis, vini & cerviſie, & aſſiſam ponere, & taſtare vinum. Et ſi inveniant vinum minus ſufficiens, frangent fundum dolei. Capient etiam omnimodas menſuras & eaſdem probabunt, & ſi falſas menſuras invenerint, eas comburent, & nichilominus illi qui cum talibus falſis menſuris inventi fuerint amerciabuntur. Dicunt eciam, quod auxiomarii qui vendunt per foreſtas ſuas panem, carnes & hujuſmodi victualia, faciant finem cum dicto Domino Epiſcopo quod poſſint eadem victualia venditioni exponere infra Civitatem Wynton'. Dicunt eciam, quod dictus Dominus Epiſcopus habet totum Regale plenarie, & omnimoda placita quecunque & Coronatores ſuos temporibus Nundinarum predictarum, videlicet de vigilia S. Egidii per ſexdecim dies ſequentes. Dicunt eciam, quod ſi aliquis Mercator infra ſeptem leucas circumquaque inventus fuerit aliquo modo alibi quam ſuper montem S. Egidii mercandiſas ſuas diſcarcare & eas venditioni exponere, bene licet dicto Domino Epiſcopo & miniſtris ſuis eaſdem mercandiſas areſtare & retinere quouſque dicto Domino Epiſcopo ſatisfecerit. Dicunt eciam, quod Civitas London' & Civitas Wynton' erunt quieti de theoloneo de mercandiſis ſuis cum ad dictas Nundinas cum eiſdem mercandiſis pervenerint, & nulli alii Mercatores cujuſcumque patrie fuerint. Dicunt eciam, quod nulli Mercatores venientes cum mercandiſis ſuis ad predictas Nundinas poſt Feſtum Nativitatis beate Marie intrare poſſunt ſine licencia dicti Epiſcopi, niſi impediti fuerunt per tempeſtatem maris, vel per aliquod aliud infortunium in terra, & facient finem dicto Epiſcopo ſi intrare voluerint, ſin autem, moram facient ibidem cum mercandiſis ſuis quouſque Nundine ſuper Montem S. Egidii complete fuerint. Dicunt eciam, quod dictus Dominus Epiſcopus habebit omnia explecias & proficua quecunque de Corona emergentia ex quacumque cauſa fuerint, durantibus Nundinis predictis. In cujus rei teſtimonium predicti Juratores huic Inquiſitioni ſigilla ſua appoſuerunt.

Qua Inquiſitione coram Conſilio Domini Regis lecta & intellecta, & etiam recitatis recordo & proceſſu coram Seneſcallo & Mareſcallo prius habitis, Quia in eiſdem Recordo & proceſſu continetur, quod predicti Abbas & alii fecerunt diſtrictiones predictas in quibuſdam domibus que ſunt de feodo Regis & ad pallacium ſuum pertinentibus; Ne in aliquo injurietur aut ipſi Domino Regi ratione Pallacii aut feodi ſui, aut etiam tenentibus ſuis de feodo ipſius Regis, vocati fuerunt per ſufficientem premunitionem eis factam, tam pro ipſis quam pro Domino Rege, Hugo le Mareſchal, Thomas Ponte, Ricardus Sone, & Nicholaus Abbet tenentes in feodo in villa Weſtm'. Et per Conſilium allocuti, quid juris tangentis conſuetudines temporibus Nundinarum Weſtm' clamant habere in domibus vel in tenuris ſuis ſeu alias conſuetudines tam durantibus Nundinis illis quam alio tempore anni, Dicunt, quod ipſi & eorum anteceſſores & alii tenentes Domini Regis tenentes tenementa que ipſi modo tenent hucuſque ſolebant locare domos ſuas quibuſcumque Mercatoribus tempore Nundinarum predictarum pro voluntate ſua, & iidem Mercatores in eiſdem mercandiſare. Queſiti, ſi quid pro ſe habeant vel aliud dicere ſciant per quod hujuſmodi Mercatores in domibus & tenuris ſuis ſic mercandiſare poſſint temporibus Nundinarum illarum, Aut ſi Dominus Rex, Cuſtos pallacii ſui, aut ipſi tenentes de feodo Regis conſuetudines, theolonium aut aliqua proficua de mercandiſis illis in domibus ſuis factis percipere ſolebant, aut dampnum haberent ſi in Nundinis dicti Abbatis mercandiſe ille fierent, Dicunt, quod non. Et predictus Abbas inſtanter petit, Quod inſpectis predictis Carta, Confirmatione & Inquiſitione ſuper conſuetudinibus Nundinarum Wynton' Eccleſie ſue, predeceſſoribus ſuis & ſibi facta, ſibi fiat remedium ſuper premiſſis &c. Quibus inſpectis, videtur Conſilio ſecundum conceſſionem Carte Domini H. Regis predicti, & confirmationem Domini Regis nunc, & ſecundum conſuetudines in predictis Nundinis S. Egidii optentas & uſitatas, prout patet per Inquiſitionem predictam, Quod nullus Mercator temporibus Nundinarum Weſtm' predictarum poſſit aut debeat alicubi in villa Weſtm' mercandiſas ſuas venditioni exponere quam in Nundinis ipſius Abbatis & loco ad Nundinas illas tenendas per ipſum Abbatem deputato, prout dictus Epiſcopus Wynton' Nundinas ſuas in certo loco ad hoc per predeceſſores ſuos deputato tenet, videlicet ſuper Montem S. Egidii, & eo maxime quod nec cedit in prejudicium, dampnum, aut exheredationem Domini Regis, pallacii ſui, aut tenentium ſuorum de feodo ſuo. Et quia predicti Johannes le Noer & alii Mercatores &c. alibi in Weſtm' quam in loco per predictum Abbatem ad Nundinas ſuas predictas deputato predictos pannos ſuos temporibus Nundinarum predictarum venditioni expoſuerunt, prout patet aperte per eorum querelam, contra formam conceſſionis & confirmationis predictarum, Conſideratum eſt quod predictus Abbas habeat returnum predictarum diſtrictionum &c.

A. D 1302. 30 Edw. I.

De electione Epiſcopi Dublinenſis.

PRIOR & Conventus S. Trinitatis Dublinenſis, & Decanus & Capitulum S. Patricii Dublin' attachiati fuerunt ad reſpondendum Domino Regi de eo, quod cum Dominus Rex & progenitores ſui Reges Anglie & Domini Hibernie, a tempore quo non extat memoria, pacifice uſi ſint & gaviſi tali privilegio & dignitate, quod quociens Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbathia, que de eo tenentur in Capite, vel alie domus, quarum terre in hac terra vocantur ab antiquo Terre incroceate, vacaverint, ſtatim tenementa Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, Abbathiarum & domuum hujuſmodi capi debent in manum ipſius Domini Regis, & illi ad quos ſpectat electio de futuro paſtore &c. petere debent ab ipſo Domino Rege licenciam eligendi &c. & licencia hujuſmodi non optenta, nullatenus liceat aliquem eligere &c. Predicti Prior & Conventus, Decanus & Capitulum, ſede Archiepiſcopatus Dublinenſis vacante per mortem Willielmi de Hothom nuper Archiepiſcopi &c. futurum Archiepiſcopum elegerunt nunc die Mercurii proxima poſt octab' S. Hilarii, licencia eligendi ab ipſo Domino Rege non optenta, in prejudicium & leſionem Corone & dignitatis ſue &c. Unde Johannes de Ponte qui ſequitur pro eo, dicit, Quod predicta prejudicium & leſionem Corone & dignitatis Domini Regis fecerunt ipſi ſicut predictum eſt in contemptum & dampnum ipſius Domini Regis xx M. li. Et hoc offert verificare pro ipſo Domino Rege ſicut Curia conſideraverit.

Et Prior & Conventus, Decanus & Capitulum veniunt. Et predicti Prior & Conventus dicunt pro ſe, quod predicti Decanus & Capitulum in ſingulis vacationibus Eccleſie ſue predicte debent vocari ad intereſſendum ſue electioni apud Eccleſiam ſuam Sancte Trinitatis, & ipſi ſi intereſſe voluerint habent vocem licet ſecundariam in electione facienda; Unde dicunt quod non debent ſeperatim ſine predictis Decano & Capitulo inde reſpondere, Et petunt quod predicti Decanus & Capitulum, ſi clamant eſſe participes in electione facienda, tunc ſe jungant in reſpondendo. Poſtea predicti Prior & Conventus, Decanus & Capitulum, petita conjunctim licencia inde loquendi reveniunt. Et predicti Prior & Conventus dicunt pro ſe, quod ſtatim habita noticia de morte predicti Willielmi nuper Archiepiſcopi &c. que pervenit ad eos in Vigilia Sancti Romani proximo preterita, miſerunt ipſi ſimul cum predictis Decano & Capitulo certos nuncios Domino Regi ad petendum licen-

A. D. 1302. 30 Edw. I.

ciam eligendi, videlicet, fratrem Audoenum, Concanonicum predicte Ecclesie Sancte Trinitatis, & Walterum Wogan, Canonicum predicte Ecclesie Sancti Patricii, qui jam redierunt & literas patentes Domini Regis eis inde detulerunt, quas proferunt & hoc idem testantur. Dicunt etiam, quod ipsi & eorum predecessores a tempore quo non extat memoria semper in hujusmodi vacationibus solebant mittere Nuncios suos cum literis suis Domino Regi ad petendum licenciam eligendi &c. Et si Nuncii sui non rediissent infra tres menses a tempore vacationis &c. semper solebant ipsi & predecessores sui citra finem temporis hujusmodi, ultra quod non liceret eis eligere &c, pastorem eligere absque calumpnia Domini Regis vel ministrorum suorum.

Et predictus Johannes de Ponte dicit pro Domino Rege, Quod die electionis facte non constabat eis de aliqua licencia Domini Regis optenta &c. Dicit enim quod predicti Nuncii cum predictis literis applicuerunt in Hibernia die Dominica post electionem factam. Et hoc offert verificare pro Domino Rege &c. Dicit eciam quod in ultima vacatione predicti Archiepiscopatus ante instantem vacacionem, videlicet post mortem Johannis de Saumford nuper Archiepiscopi &c. Prior & Conventus, Decanus & Capitulum predictarum domorum, Nunciis suis missis Domino Regi ad petendum licenciam eligendi, & licencia illis concessa &c. set Nunciis non reversis in hanc terram cum literis Domini Regis quas inde habuerunt, eligerunt magistrum Thomam de Claddesword, tunc sicut & nunc Decanum predicte Ecclesie S. Patricii. Propter quod cum predictus Decanus veniisset ad ipsum Dominum Regem in Anglia, Rex sic ipsum electum non admisit, sed remisit eligendum iterato, & capere fecit in manum suam omnia Temporalia predicti Prioratus pro contemptu sibi facto in hoc casu, & ea sic tenuit quousque de gratia sua ea replegiavit Priori predicte domus qui tunc fuit. Et hoc similiter offert verificare pro Domino Rege. Et Prior & Conventus non possunt hoc dedicere. Ideo ad Judicium de eis.

Et Decanus & Capitulum dicunt pro se, quod ex consuetudine hactenus approbata electio futuri Archiepiscopi Dublin' debet fieri in Ecclesia predicta S. Trinitatis, & quod predictus Prior habet primam vocem in Electione illa, & ipsi Decanus & Capitulum secundam. Et dicunt quod predicti Prior & Conventus vocaverunt ipsos Decanum & Capitulum quod interessent ad predictum diem Mercurii precise ad predictam electionem faciendam, & dicunt quod si ipsi Decanus & Capitulum non interveniissent ad diem hujusmodi sic vocati, Prior & Conventus eligerent p se, non expectata presencia ipsorum Decani & Capituli: Et sic ipsi Decanus & Capitulum excluderentur a possessione hujusmodi Electionis conjunctim, & divisim, Et ex hoc per processum temporis per diversas causas, que satis note sunt Curie Domini Regis, posset maximum dispendium Domino Regi generari. Unde dicunt quod ipsi Decanus & Capitulum ad vocationem predictam venerunt ad predictam ecclesiam, & rogaverunt predictos Priorem & Conventum quod ab Electione facienda decisterent quousque licenciam Domini Regis optineret; Qui licet inde consulendo deliberationem habuissent, rogatui suo nullatenus consenserunt, set precise dixerunt quod ad Electionem faciendam die illo procederent nullo casu prepediente. Per quod ipsi Decanus & Capitulum, qui pro maxima parte Capituli sunt clerici Domini Regis & sui familiares, nolentes ob predictas causas successores suos precludi ab Electione alias facienda &c. & non per aliquem contemptum vel prejudicium Domino Regi machinandum, assignarunt certas personas ad interessendum Electioni illi, quibus ipsi voces suas penitus in Electione illa commiserunt, videlicet Willielmus de Estden Thesaurarius de Scaccario Dublin', & Canonicus predicte Ecclesie S. Patricii, vocem suam Radulpho de Stanes Canonico ejusdem Ecclesie, predictus Decanus Justiciarius de Banco Dublin', & Thomas de Snyterby, Justiciarius de eodem Banco, & Canonici predicte Ecclesie S. Patricii, voces suas magistro Willielmo de Hothum, Concanonico ejusdem Ecclesie, & hoc salvis juribus Regis, & pro eo quod Electioni illi personaliter interesse noluerunt licencia Regis non optenta. Et quod ita est, & quod ipsi Decanus & Capitulum licencia &c. non optenta non processissent ad Electionem &c. faciendam, nisi per predictos Priorem & Conventum sic fuissent coacti, sicut predictum est, videlicet quod Electioni illi per se vel per certas personas Capituli sui quibus voces Concanonicorum ejusdem Capituli concesse fuissent, interessent, vel a possessione sic eligendi fuissent excluси &c. parati sunt verificare sicut Curia consideraverit.

A. D. 1302. 30 Edw. I.

Et predictus Johannes de Ponte petit Judicium pro Domino Rege, ex quo ipsi Decanus & Capitulum cognoscunt quod eligerunt &c. licencia non optenta. Et Decanus & Capitulum dicunt ut prius, Quod maxima pars Capituli Clerici Regis sunt & familiares sui, nō habentes laica tenementa set tantum Ecclesiastica beneficia, Et quod Dominus Rex in hujusmodi casibus Electionum factarum in predicta Ecclesia licencia non optenta semper se cepit ad Priorem & Conventum predicte Ecclesie S. Trinitatis, qui ipsos Decanum & Capitulum per vocationem inducunt ad interessendum &c. sicut predictum est, vel ipsi Decanus & Capitulum excluderentur perpetuo &c, Unde petunt quod Curia Regis ad hoc habeat avisamentum &c. Et Prior & Conventus quesiti, si predictus Decanus & Capitulum rogaverunt ipsos predicto die Mercurii quod superssederent &c. non possunt hoc dedicere. Set dicunt quod ille dies Mercurii fuit ultimus dies eis concessus eligendi &c. per Canones a tempore noticie sue habite de vacatione predicta. Per quod dixerunt quod citius caderent in gratiam Domini Regis, cum credidissent & ex relatu quorundam audivissent, quod Dominus Rex licenciam eis prebuit eligendi &c. quam in manus Papales, videlicet quod si intra trimense spacium non eligerent, per hoc ipsi Pape competeret Archiepiscopatum conferre cuicumque voluisset. Et Prior & Conventus quesiti quem elegerint, dicunt quod ipsi unanimiter, duobus Canonicis suis exceptis, eligerunt ipsum Priorem &c. Et predicti Decanus & Capitulum quesiti quem elegerint, dicunt quod ipsi simul cum predictis duobus Canonicis unanimiter elegerunt ipsum Decanum &c. Decano solummodo excepto, qui Electioni de se facte adhuc non concensit. Et predicti Decanus & Capitulum dicunt ulterius, quod si videatur Domino Regi vel Curie sue quod ipsi deliquerunt in hoc, quod coacti sicut predictum est processerunt ad electionem faciendam in forma predicta pro Jure Regis & suo manutenendo, tunc ipsi se supponunt inde gratie Domini Regis. Et quia predicti Prior & Conventus non possunt dedicere quin Temporalia Prioratus sui alias capta fuerunt in manum Domini Regis, pro eo quod in ultima vacatione ante instantem vacationem eligerunt sicut predictum est antequam litere Domini Regis de licencia Regis optenta devenerunt ad eos, Et Dominus Rex de gratia sua speciali replegiari fecit eis predicta Temporalia ad voluntatem suam: Et ipsi jam de novo similiter elegerunt licencia non optenta, contemptum contemptui cumulantes, unde prejudicium generari posset Domino Regi temporibus futuris nisi ad hoc apponeretur remedium: Et dedicere non possunt quin habuerunt unum diem ulterius ad minus, per quem possent expectavisse de Electione facienda si voluissent infra tres menses a tempore noticie sue de vacatione &c. Consideratum est quod Temporalia predicti Prioratus capiantur in manum Domini Regis ad voluntatem suam &c. Et Custodia inde committitur Johanni Vicario Ecclesie de Lusk, qui respondebit Domino Regi de exitibus &c. Et Decanus & Capitulum expectent gratiam Regis.

A. D. 1302. 30 Edw. I.

Sequentes XIX Petitiones in Rotulis non extant, ſed ex G. Ryley Placitis deſumuntur. Olim remanebant in filaciis apud Turrim Londinenſem*.

A. D. 1302. 30 Edw. I.

No 1. La prendre des garbes du Chaumpard le Roy par feme pur nourir ſon enfant, pardone.

A LA hauteſie, e a la grace, e a la miſericorde nr̃e Seigneur le Roy requert Alice de la Chapele del Idle de Garneſie, Come ele eut priis trente e cink garbes de totes manieres de ble du Champard le Roy, que les garbes ne furent gaeres de value, ſi la fayſt emforjurer les Idles pur cel fet, ſi requert ele en charitee e en miſericorde qe grace luy ſeyt faete de la adjuration, qe ele les priſt par povetree, & pur norriir ſon enfant.

Reſponſio. Habeat gratiam. Ballivi certificent Regem de modo & cauſa; Et ſi ſic inveniatur, Rex concedit quod petitur.

---

ff. EDWARDUS Dei gratia Rex Anglie, Dñs Hib̃n', & Dux Aquit' dilecto & fideli ſuo Ottoni de Grandiſon, Cuſtodi Inſularum de Gereſeye & Gerneſeye, vel ejus locum tenenti, Salutem. Volentes quibuſdam certis de cauſis certiorari ſup̃ cauſa pro qua Alicia de la Chapele de Inſula de Gerneſeye dictas Inſulas ut dicitur adjuravit, vobis mandamus quod nos ſup̃ cauſa predicta ſub ſigillo vr̃o diſtincte & aperte ſine dilac̃oe reddatis certiores. Ita quod inde certiorati ſimus in Parliamento nr̃o q̃d ap^d Weſtm' in feſto ſc̃i Mich' px' futur' habituri ſumus. T. meipſo apud Weſtm' tercio die Auguſti, anno regni nr̃i triceſimo.

Per petic̃oem de Conſilio.

Dorſo. Alicia de la Chapele furabatur triginta & quinque garbas de camperto Regis, de quo facto indictata fugit ad Eccleſiam, & Inſulas abjuravit.

No 2. Privilegiu' quod ſtipendiarii Regis non ſolvant ultra vadia ipſis ſoluta.

SUPPLICANDO demonſtrat vr̃e Regie Majeſtati Magr̃ Ayquebus Guillielmi de Blavia, nõie ſuo, et procuratorio Fulconis Guillielmi domicelli de Blavia fratris ſui, quod vos conceſſiſtis olim per literas vr̃as patentes privilegium ſtipendiariis quondam veſtris Vaſconie, quod non compellantur nec teneantur ſolvere illa que debent creditoribus ſuis, quouſque et ſecundum quod vos ſolveritis eiſdem ſtipendiariis que ſibi debetis de vadiis ſuis; Unde cum nobilis Vir Dominus Blavie teneatur predictis fratribus in xx libris monete Burdegalenſis, & in quatuordecim doliis vini judicatis et firmatis coram Dño Guidone Ferre tunc locum vr̃m tenente in Vaſconia, put in litera confecta & conceſſa ſuper premiſſis dictis fatribus a d̃co Dño Guidone Ferre hec plenius continentur, que fuerunt dicti fratres retardati recuperare pretextu dicti privilegii: Supplicando requirit d̃cs Ayquebus nõie quo ſupra, quod ſaltim juxta tenorem predicti privilegii, de hiis que d̃co Dño Blavie modo vel alias ſolvenda ſunt a vobis vel Miniſtris veſtris, ſeu atornato ſuo hic vel alibi, dictis fratribus faciatis ſatisfieri de predictis aut al' competenter de aliis bonis ſuis, predicto privilegio non obſtante, cum ipſe teneat multa bona et eciam majorem p̃tem terre ſue. Et ſuper hiis ſi placet concedatis eiſdem fratribus literam vr̃am patentem, que veſtris Miniſtris debitis ſuper hiis diregatur, ne firmature ſeu judicia veſtrorum Judicum vana fiant.

Reſponſio. Le Rei ne entendi unkes de granter letres a defendre qe dreit fu fait, e pur ceo ſeit mande lr̃e as lieutenanz le Rey, quil ly facent dreit.

No 3. Conge au meaſun St. Leonard Bedeford de purchaſer dis livres de terre e de rente.

LA graſe nr̃e Seignur le Reys pur une povre meyſun de Seynt Leonard de Bedeford: Ou hyl ſunt VI freres Chapeleyns p̃petues, abit portauns de Religion. E plus ne unt de gariſun ke LXVII acres de terre, e XXVI ſoutze de rente tout de lay fee, tenuz en chef du Rey, en nule ren de et ſpirituate, ke yl ſe puſſent acreſtre e purchaſer dis livres de terre e de rente en la vile de Bedf' au conge nr̃e Seynur le Reis. Hon aylurs feſount le gre au chef Seygnur.

Oſtendatur Canc' ubi et de quibus, et fiat Inquiſic̃o &c. Reſponſio.

No 4. Office de Buteler de heritage Counte d'Arundel appent a Tateſhal.

A NOSTRE Seigneur le Roi prie Roberd de Tateſhale com le heritage de la Counte de Arundel apres la mort Howe Daubeny deſcendy a quatre ſoers, dunt Robert de Tateſhale, ael le avandit Roberd, iſſit del eyneſce ſoer, en ky purpartie la Serjanntie de la Butelerie fut enterem̃t aſſigne en allowance dautres terres des queux les p̃ceners ſunt ſeiſiz, a la quele Serianntie faire com en office de Buteler le avantdit Roberd, ael avantdit Rob̃t de Tateſhale, feu reſcu en le temps le Rey Henrici pere noſtre Seigneur le Rey qe ore eſt, et le office de Buteler fit p̃ treis feze, e le fee qe a meiſme le office appent reſcut; qe nr̃e Seignur le Rey de ceo voille aver aviſement, et qe reſonn luy en ſeit fait.

Scrutentur Rotuli in Cancellaria de purpartia facta. Et Rex faciet quod de jure fuerit faciendum &c. Reſponſio.

No 5. Breifment enſele du ſeel le Roy refuſe per le Viſcount.

AN' RE Seigneur le Rey et a ſun Cunſeil monſtre Wat' de Moleſworthe, Viſcunte de Bedeford e de Bukingham, qe il eſt amercie devant Monſieur Rauf de Sandwiz Juſtice de Newgate a c s̃. pur ceo qe lavauntdit Viſcunte refuſa de receyvere le bref levauntdit Juſtice ſi il nuſt eſte enſele du ſeel le Rey. E deſicum contenu eſt en le ſerment qe meme celuy Viſcunte fiſt al Eſcheker, qe nul bref ne devereyt reſceyvere ſi il ne fuſt enſele du ſeel le Rey, forpris le bref de Juſtice en eyre, ou de Juſtice de la foreſte. Si prie levaundit Viſcunte la grace nr̃e Seignur le Rey, qe il puſſe aver alegaunce e remedie de les c s̃. avantzditz. Les queus ſunt liveres par roule en l'Encheker e par le maundement levauntdit Juſtice a lev' de bens e de chateus du dit Viſcunte, deſicum ſun bref ne ſu poynt excepe en le ſerment levauntdit Viſcunte.

Coram Rege. Veniat cauſa & forma juramenti & amerciamenti ſub ſigillo Sc̃cii, & certificet' Rex de tempore amerciamenti & juramenti. Reſponſio.

No 6. Lanc. Pontage pur ville de Waleton en la Dale.

PUR ceo qe les pountz de les Ryveres de Derewent & Ribbleen Counte de Lancaſtr', les queles Ryveres contenent en leyſe LXX p̃ches, ſont debruſes, a grant damage de tut le pays & de tute gent qui paſſent

*. Ryley, p. 602—612.

A. D. 1302. 30 Edw. I.

par iluk, prient les gentz de la ville de Waleton en la Dale, laquele ville eſt aſſiſe pres des avantditz pountz, qe noſtre Seigneur le Roi les voille granter pountage par çink anns.

Reſponſio. Coram Rege. Fiat. Irr'.

Nº 7. Tenantz de Paleys le Roy verſus Abbatem Weſtm.

A N'RE Seyngnur le Rey e ſon Conſeil muſtrent Thomas le Marchal, Huge le Marchal, Rauf le Viniter, e tres tuz les autres tenaunz du Paleys nr̃e Seingnur le Rey, qe par la ou il tenent en chef du Paleys le Rey, e lur aunceſtres devant eus en tens de chefcuny Rey tyndront, e unqes autre Baillyf ne aveyont fork le Bailyf du Paleys, la venont les Bailifs le Abbe de Weymoſter, en deſeritance du Rey e a grant damage des tenans avantditz, en tens de lur feyre de Weymoſter, e ſei funt Bailifs ſur la partie du Paleys auſi avant come ſur la p̃tie le Abbe meſmes, e les Marchanz qe il trovont ſur le fee du Paleys emercient en lur Curt a lur volunte, e ne lur volunt ſuffryr ſur cele p̃tie ſeer ne vendre ſanz ranſcon fere a eus a leur volunte, a grant damage des tenanz avandiz, don il prion̄t por Deu qe le Rey lur voille ſuſtenir en leſtat que il unt eſte ſuſtenu dekes ore, e lur aunceſtres devant eus furunt ſuſtenu en tens de cheſcuny Rey, Kar le paleys ſoleit eſtre le plus frank leu Dengleterre: de ceſte dureſſce prion̄t il remedie por Deu e pur le honur le Rey.

Reſponſio. Qui ſentit ſe gravatum p̃quirat ſibi jus p̃ br̃e de Canc' verſus Abbatem & quoſcumq; alios ſecundum caſum ſuum. Irr'.

Nº 8. Rondles des Seneſchaux & Mareſchaux de dettes due ad Merchants.

A N'RE Seygnur le Roy & a ſon Conſeil monſtrent Marchauntz e autres gentz du Realme Dengletere, a qui diverſes dettes ſont dues par reconiſſannce fete devant les Seneſchaux e Mareſchaux noſtre Seygnour le Roy, e nunt eſcrit ne taillie ne autre choſe pur lour dettes demander fors les Rondles des ditz Seneſchaux & Mareſchaux, qe come une peticion feut miſe ſus al Parlement qe dreyn feut a Nicole par le ditz Marchantz e autres gentz, la quele peticion feut endoſſee Que le Treſorer e les Barouns del Eſcheqer reſceuſſent les Rondles de la reconiſſance fete devant le Seneſchal, e ſulunc lenrondlem̃t donaſſent brefs del Eſcheqer pur lour dettes lever. Les queux Treſorer e Barouns manderent as ditz Seneſchaux e Mareſchaux qil lour mandaſſent lour Rondles ſulunc l'endoſſement avantdit, e il reſponderent qil ne duſſent ne n'oſeient leur Rondles a nuluy mander ſil neuſſent eſpecial garant du Roi, par qei rien ne feut fet de tut, Dount les ditz Marchantz e les autres gentz prient a noſtre Seygnur le Roi pur Dieu, qil lour voile tiele grace faire, e tiele remedie ſur ceo mettre, qe il pueſſent aver execucion del avandite dette, ſi qil peuſſent de celes dettes eſtre paietz.

Reſponſio. Mandetur p̃ br̃e de Magno Sigillo Seneſcallo & Mareſcallo hoſpicii Regis, qd̃ deferant omnes Rotulos de Seneſcalcia & Mareſcalcia de toto tempore ſuo ad proximum p̃liamentum Regis.

Nº 9. Peticion de Prioreſſe & C. de Ambreſbury pur commun en lour manier de Melkeſham.

A NOSTRE Seignour le Roy prient Dame Marie vr̃e fille e vr̃e Prioreſſe D'Ambreſbur', e vr̃e Covent de meymes le lieu, qe par la ou le manier de Melkeſham lour eſt done par le Roi Henr', e p̃ vous, chier Sire, conferme en pure e perpetuele aumone ove les ap̃tenances, auſi franchement e entirement come Amice jadis Counteſſe de Deveneſhire le diſt manier tynt ſolom ce, chier Sire, qe vr̃e fait le teſmoñe. E ſur ce, chier Sire, ſont venuz vos miniſtres e unt la nr̃e comune de touz noz genz a diverſes genz baillez e par eus encloſes e enfoſſees, iſſint qe a nous ne a noz gens riens de la dite comune eſt demoree, par quoi noz tenans leur terres ne poent gainer, e ce a grant damage de nous e de vr̃e egliſe D'Ambreſbur'. La quele comune al oure qe lur terres furent primes arentez fut eſtendu a lour tenemens, les queus eus arentunt couſtumes e ſerviſes funt a vous, Sire, e a voz aſſignez: Qil vous plaiſe, tres chier Sire, ſus iceſtes dites choſes aucune remedie p̃ vr̃e grace faire e ordiner; dount nous ne vr̃e egliſe ne ſoioms tent endamagez p̃ la raiſon de ceſte bail. E ſachiez, chier Sire, qe autre fois p̃ vr̃e eſpeciale grace, dount Dieu le vous rende, nous donaſtes vous vr̃e brief a nr̃e ſieute a voz miniſtres qe a ten choſes furent aſſignez, e nous a eus le femes liverer avant ce qe riens fuſt baille de la dite commune, e eus pour le diſt brief riens ne voleient faire ne vr̃e commandement enſeure. A. D. 1302. 30 Edw. I.

Edwardus, Dei gratia, Rex Ang' Dñs Hiñ' & Dux Aquit' dilecto & fideli ſuo Johi de Brokeſle ad vaſta ſua in foreſta de Melkeſham arentanda aſſignato, Salutem. Ex parte Prioriſſe & Monialium de Ambreſbur' nobis eſt oſtenſū, qd̃ cum ipſe p̃ cartã celebris memorie Domini H. Regis patris noſtri & confirmac̃oem noſtram tenere debeant, & ipſe & earum predeceſſores ſemper huc uſque tenuerunt, manerium de Melkeſham cum p̃tin' adeo libere & quiete ſicut Amicia quondam Comitiſſa Devonie manerium illud dum vixit tenuit ex conceſſione dicti patris noſtri, & eedem Prioriſſa & Moniales comunam paſture in foreſta nr̃a predicta pro ſe & tenentibus ſuis manerii predicti, & ſimiliter pannagium in eadem foreſta, poſtquam manerium illud cum p̃tinenc' ad manus ipſarum poſt mortem dce Comitiſſe p̃ conceſſionem dicti patris nr̃i & confirmac̃oem nr̃am devenit, pacifice habuiſſent ſicut eadem Comitiſſa toto tempore vite ſue dum manerium illud tenuit hujuſmodi comunam & pannagium habuit, vos prefatas Prioriſſam & Moniales quo minus comunam p̃ ſe & tenentibus ſuis manerii predicti & pannagium in foreſta predca habere poſſint prout predca Comitiſſa ea habuit, & ipſe poſt mortem ejuſdem Comitiſſe a tempore confectionis cartarum & confirmac̃ois predictarum huc uſque habere conſueverunt, nunc de novo impeditis, & ipſas ſup̃ hiis p̃ graves diſtrictiones multipliciter inquietatis, ad grave dampnum ipſarum Prioriſſe & Monialium, et contra tenorem carte et confirmac̃ois predicar'. Et quia nolumus qd̃ dcis Prioriſſe et Monialibus injurietur in hac parte, vobis mandamus quod ſi ita eſt, tunc ab hm̃di impedimentis et diſtric̃oibus dca occ̃one eiſdem Prioriſſe et Monialibus de cetero inferendis penitus deſiſtentes, ipſas Prioriſſam et Moniales hm̃di comunam p̃ ſe et tenentibus ſuis predcis, et pannagium in foreſta nr̃a predca, p̃ut dca Comitiſſa toto tempore ſuo predco ea habuit, et eedem Prioriſſa et Moniales ac ear' predeceſſores poſtquam dcm manerium p̃ conceſſionem et confirmac̃oem nr̃am predcas ad manus eard̃em poſt mortem predce Comitiſſe devenit hucuſque rõnabiliter habuerunt, habere p̃mittatis, juxta tenorem conceſſionis et confirmac̃ois earundem. Et diſtricc̃oem ſi quam eis ea occ̃one feceritis ſine dilacione relaxetis eiſdem. T. meipſo apud Tynemuth XXIII die Junii anno regni nr̃i viceſimo nono.

Reſponſio. Quia inſpectis Cartis coram Conſilio non reperitur aliud niſi qd̃ habent maneriū cum p̃tin' quare videtur quod Rex poſſit ſeipſum aproware p̃ voluntate ſua ſalva rõnabili comuna ad dictum manerium de Milkeſham p̃tinente, poſtea Dñs Rex conceſſit apud Kenyton XXII die Auguſti qd̃ br̃e fiat Juſtic' qd̃ aſſignet eis rõnabilem cõam. Et ſi quid fuerit quare hoc Rege inconſulto facere non poſſit, tunc inde certificet Regem ad prox' p̃liamentum.

A NOSTRE

A. D. 1302. 30 Edw. I.

No 10. Fine pur entrer ſanz conge le Roy.

A NOSTRE Seigneur le Roy prie Robt Urry, que come William de la Marche nadgueres Eveſqe de Baa & de Welles euſt done & graunte par ſa chartre le maner de Ruwardyn en la Counte de Glouceſtr' le quel il tynt du Roy en chief, & le dit Robert en ſoit ſeiſi p̄ le dit doun, qe nr̄e Seignur le Roy ly voille p̄doner qil eſt entrez le dit maner ſanz conge du Roi, & graunter ſi lui pleſt, quil le puiſſe tenir du Roy en chief p̄ les ſervices dus & cuſtumez. E il fera voluntiers fya.

Reſponſio. Fiat p̄ finem x marcarum; & irrotulent' in Rotulis de Cancellaria.

No 11 Foſſes antors le Tour en prejudice de Hoſpital de St. Katerine.

A N'RE Seinur le Roy e a ſon Conſail monſtrent les freres e les ſoers del pouer hoſpital de Sainte Katerine, qe la ou il avaint teres, meſons, e rentes pres de la Tour de Londres a la montaunce de v marc' d̄i. & i d̄. & plus, ſa gent unt porpriſes celes terres totes dunt cele Rent iſſeit par les foſſees qe il firent fere autor le Tour. Et ke il eſteynent pae de tele ſumme p̄ ſon comandement & p̄ bref de Liberate de pluſors auns dekes a ſon an vintime. Et qe il ore ne poent nul bref de Liberate aver, ſi il ne muſtrunt de ceo lettre patente, la que choſe le Gardeyn del Hoſpital qe dunk fu ne purſui pas. Et pur ceo priount les avantditz povres freres et ſuers qe le Roy eit de eus pite & merci, qe il ne ſeyent de taunt de rente deſerite ſaunz recompenſacion aver. De ceſte choſe peut la verite eſtre ſue p̄ les Liberates avant grantez & p̄ Sire Giles de Audenard qe fu dunk Coneſtable, & p̄ Sire Rauf de Sandwich qe garde ore en noun du Roy acune porcion de ces tenementz.

Reſponſio. Vocentur D̄ñs R. de Sandwico & Egidius de Audenard, & certificetur Rex de cauſa conceſſionis brevium de Liberate.

Egidius de Audenarde nuper cuſtos operationum D̄ñi Regis apud Turrim London' teſtatur qd̄ in ampliatione & elargac̄oe foſſati juxta Turrim predict̄am verſus Sanct̄am Katerinam ocupata eſt pro D̄ño Rege magna p̄s terre, quam multi tenentes tenebant reddendo ſingulis annis hoſpitali beate Katerine LXXIII ſ̄. v d̄. annui redditus, & facta ſatisfactione tenentibus illorum de dampnis edificiorum ſuorum & fructuum tunc exiſtentium in fundo p̄ viſum & conſiderationem Maioris & Aldremannorum tunc London' & aliorum p̄borum virorum ad hoc electorum, Remanſit fundus pro D̄ño Rege ut ſupradict̄um eſt neceſſario ocupatus, obligatus hoſpitali b̄e Katerine predict̄e in LXXIII ſ̄. v d̄. annuatim percipiendis a D̄ño Rege pro fundo Hoſpitalis predicti ocupato. Et dicit quod quamdiu ipſe cuſtos erat operationum predict̄arum ſolvit cuſtodi et fratribus Hoſpitalis predicti LXXIII ſ̄. v d̄. annuatim, et habuit de ſolutione illa allocationem in compoto ſuo reddito in Scaccario. Et dicit quod per certificationem Rotulorum compoti ſupradicti, et per teſtimonium ſuum habuerunt predicti cuſtos et fratres primum breve de Liberate de redditu predicto habendo poſtquam ipſe cuſtodiam Turris predicti et operationum dimiſit.

Dorſo. Scrutetur in Rotulis Cancellarie videlicet de Liberate quod habuerunt &c. et iterato deferatur coram Rege & Conſilio.

No 12.

A NOSTRE Seignour le Roy e a ſun Connſeil pryount Willam perſone de la egliſe de Lotegarſale, e John de Preſton en le Counte de Bokyngham, de grace e de eyde, qe come Sire Willam Thochet recoveriſt p̄ bref de novele diſſeyſine de John de Trailly, Willam perſone de Lotegarſale, John de Preſton, Rauf le Serjaunt de Lotegarſale, Raf de Olneye, e Richard de Grenehull, Elys Puger, Willam de Olneye oue ſes damages, qe ly furent taxez a LX livres del tens qe le Roy fuſt ſeiſi del Maner de Lotegarſale avantdit p̄ le nonn age de lavantdit John de Trailly qi fuſt en la garde le Roy. Le vint le Viſcounte de Bokingham qe ore eſt, e ad deſtreynt par la grant deſtreſſe les avantditz Willam perſone de Lotegarſale, e John de Preſton ſans plus. E ſunt deſtreintz par biens de ſeynt Egliſe. Dunt il ly ad plus nomes formente les diſſeyſiſours noef ou dis en le bref origynal, en grevannce de les avantditz Willam e Johan, ſans ryens demander vers les autres pur les avantditz LX liveres. Dunt il pryent, ſi les avantdites LX liveres deyvont eſtre paye, ſoyent aporcionez ſicum il ſunt en le bref de deſſeyſine nomes. Eſtre c̄eo les avantditz Willam e John pryont pur deu, qil eyent regard de ceo qe le Roy fuſt ſeiſi del maner avantdit le jour del aſſiſe pryſe, a tot le tens avant, od totes les iſſues del maner avant nome, e ceo fuſt au prou le Roi, e avauntage a le enfaunt dedens age, e en la garde le Roys. E quant ke en fuſt fet fu feat pur le Roy, e pur la garde a ly ſauver. E pur deu de ceo eyent regard, dunt il ne eyent damage pur lour bien feat. E de ceo prient au Roi e a ſun Counſeil pur deu remedye.

A. D. 1302. 30 Edw. I.

Veniat recordum & proceſſus coram Rege &c. Reſponſio.

No 13. Corrody pur ſumeter le Roy.

A N'RE Seygnur le Roy prie Gilbert del Bed, de ſicum il ad eſte ſon ſumeter vint anz e plus, e en tens de guere dela la meer e de ca en Garneſtures dys anz, e puis fu pris ore en la dereyne demure noſtre Seygnur le Roy en Eſcoce, e nauffre des Eſcotz qe il ne peut ſei meſmes deſormes ben eyder, qe il le voille ſi lui pleſt graunter ſa lettre a akune meſun de Religiun, que ne ſoit charge de autre par le Roi pur ſun vivere aver, ſicum il fet ſa grace a autres qe li unt ſi lungement ſervy.

Reſponſio. Nominet aliquem locum Religoſum non oneratum p̄ Regem; Et Rex ſcribet pro eo &c.

Poſtea idem Gilb' venit & nominavit loca ſcilicet Bardeney vel Leyceſtriam.

No 14. Citeins & merchantz de Nicole vers gentz de Religion merchantz illoeqes.

A N'RE Seignour le Rei & a ſon Conſeil prient ſes Citeyns de Nicole e les Merchantz du Counte de Nicole, qe come le Roy Henr' piere nr̄e Seigneur le Roy qe ore eſt eit comande p̄ ſa lre patente a tutes gentz de Religion del dit Contee, qil ne achatent leynes ne autres marchandies, iſſint qe eux les vendent a eſtranges marchantz enſemblement ove lur demeynes leynes, en enpirement de ſa dite Cite de Nicole e ſes autres viles merchandes en meiſme le Counte, p̄ quey ſes fermes e ſes couſtumes ſeent ſutretes e amenuſees, ſolonc ceo qil peert plus pleynement par la dite lettre, dont le tranſacrit eſt atache a ceſte pecicion, qe nr̄e Seignour le Roy voylle comander brief au Viſconte de Nicole, qe ceſtes choſes ſeent mayntenues ſolonc la forme de la dite lettre, car autrement la choſe chet grantment en perte e amenuſement des fermes e des couſtumes noſtre Seigneur le Rey, e en depoverance de ſa dite Cite de Nicole, e ſes autres viles marchandes de meiſmes le Conte, enſint come la lettre pleynement ſuppoſe.

Reſponſio. Mandetur Vic' in forma qua prius, & ſequatur.

H. Dei gr̄a, Rex Angl' D̄ñs Hib̄n' & Dux Aqit' ſ̄ univerſis et ſingulis Abbatibus Cyſtercienſis ordinis et aliis viris

A. D. 1302. 30 Edw. I.

viris Religiosis in Com' Lincoln', Salutem. Ex relatu quorundam fide dignorum intelleximus, quod vos lanam aliaque venalia per frēs vros conversos in locis diversis predicti Com' particulatim emi, et ea postmodum Mercatoribus transmarinis et aliis una cum lana vra propria vendi facitis, hujusmodi negociationem excercentes contra vri ordinis debitum honestatis, et ad depauperacoem Civitatis nre Lincolnie aliarumque villarum nrarum Mercatoriarum in Com' supradicto, p quod firme nostre & consuetudines Nobis debite ad nostrum dampnum & jacturam manifestam Nob' fraudulenter subtrahuntur, quod sustinere nolumus sicut nec debemus. Cum igitur hmdi excercicia in ordinis vestri scandalum & proprie lesionem honestatis, necnon & prejudicium nrm & dampnū dictarum Civitatis & Villarum cedant manifestum; Vobis mandamus firmiter injungentes qd ab hmdi negotiationibus de cetero penitus desistatis, scituri pro certo, qd si secus egeritis, Nos manum correctionis ad hoc apponemus put Deo complacere crediderimus, p quod eciam non mediocriter vos sentietis gravatos. Teste meipso apud Wyndes' xxviii die Febr' anno R. nostri xl sexto.

N° 15. Gernemuta impedit prisam Regis.

CEO vous mustre Sire Guilliame Trente, qe com nostre Seigneur le Rei lui eyt assigne pur prendre sa dreite prise de vyns par Engleterre, e ceux de Gernemue ne velent suffrir qe en preigne cele prise de eux, ne ne velent demustrer pur quei en ne deit la prise prendre de eux, a grant damage du Roy. Vous pre, Sire, le dist Guilliame qe en ceste chose vous mettez remedi, qe nre Seigneur le Rey ne seit mes perdant en ceste chose.

Responsio. Ostendat comissionem suam, & nominet eos qui eum impediverunt ne possit facere &c. Et postmodum venit & ostensa comissione predicta, ordinatum fuit nunciante G. de Robery quod fiat bre Maiori & Ballivis de Gernemutha quod veniant ad prox' Parliam' ad ostendendum quare impediunt dcm Willm Trente contra formam comissionis sue predce ne prisa Regis capiatur &c.

Cor' Reg'.

N° 16. Brandeston m. Hachesham m. x s. par chescun trente semeynes a la garde de Dover Chastel.

A NOSTRE Seignur le Rey & a sun Conseyl mustre Roger de Banent ke cum yl deit a la garde du Chastel de Dovere p chescun trente semeynes pur le maner de Brandeston & Hachesham x s. & les maners avantdiz unt este en la garde le Roy p ix auns dek a la Tuz Seynz dreyn passe ke yl vint a terre, Le Gardeyn de Dover le fet destreindre pur les arrerages de tut cel tens, & luy demaunde surfise ou yl ne poit surser des tenemens dunt le Rey fu seisi. Dunt il prie a nre Seignur le Rey ke de ceste chose luy face remedye, & la demannde en totes choses amounte a xxx li.

Responsio. Adeat in Cancellariam, & scrutentur rotuli p quantum tempus fuit in custodia Domini Regis, & quo tempore fecit homag' suum, & fiat ei justicia qd in consimili casu fieri consuevit.

N° 17. Essex. Hospital de St. Mary Magdalen vers l'abbe de St. John de Colchester.

A N'RE Seignur le Rei e a son Conseyl mustrunt les povere freres malades del Hospital de Seynte Marie Magdaleyne de Colescestr' qe la ou le Rey Henry le primer founda le Abbeye de Seynt Johan de Colcestre, en meymes le tens founda le avandit Hospital, e feffa les malades de cel lu de totes les dimes de

lavandite Abbeye, cum de payn, de cerveyse, de cusine, e de autre manere de vitayl pur lour sustenance a touz jours, e de ceo les fist bone chartre, e dount il furunt en plener seysine, jek al tens de un Abbe Adam qe taunt bel pla oue les malades qe il ly mustrerunt lour chartre, la quele il resceut, e la jetta en fu e le ardeit, e de cel oure enavant il e ses succesfours les unt detenu les avantdites dimes cum le aumoyne de Reys, a lour deseritesoun, donnt il priunt remedie pur Deu. Derechef mesme cely Rey Henri feffa le Abbeye avant nome de la ville de Brithlingeseye, rendant de ceo p an vi li. a les malades avandiz, de ques il unt este touz jours en plen seysine, jek ore tard qe le Abbe de Coleceestre qe ore est les ad detenu a lour grant damage, e de ceo priunt il remedie pur Deu. De autre p la ou nre Seygnur le Rey de dreit est avowe de cel Hospital, ne en subjeccion de autre hōme ne deit estre, e p chartre de Reys frere ne deit estre mys en cel Hospital sinoun p le assent des avandiz malades, Le Abbe avantdit en prejudice de nostre Seygnur le Rey vint ore tart a grant force de gent a cel Hospital, e demanda les chartres des malades e lour comun seal, e les comaunda de fere serment de obbedience a ly. E pur ceo qe frere Simond de la Neylonde, mestre de cel Hospital, e une Willame de Langbam ne voleynt fere la volunte le Abbe, Il les fist trere hors de lour Eglise e vilenement desoler, & p sa gent les enjetta de lour mesoun, e dehors les detent, et mist un frere laynz qe destrut la mesoun encontre le Chartres de Reys. E pur ceo qe les avandiz malades ne sount mye de poer de pleder oue le Abbe, il priunt nostre Seigneur le Rey pur la merci Deu qe il assigne ses Justices a enquerer la verite par bon pays de totes cestes choses, e qe la verite ly seit fet entendaunt, issi qe il eyt les amendes, e qe les malades pussunt recoverer lour damages, e lour estat estre redresse.

Assignentur R. de Retford, & H. Spigurnel, ad inquirendum, audiendum, & referendum Domino Regi ad proximum Parliamentum secundum quod invenerint &c. Responsio.

N° 18. Les Minorites de S. Edmund.

A NOSTRE Senyur le Rey priunt les povre freres Menurs de seint Edmund, ke de sa grace volie cumander qe sa sale de plez de Cattesshale, qe serra remue par procurement de aukune genz qe co ne seyt plaunte a damage ne a nuysance de le freris, si cum autre fez le cumannda a Sire Wyliam de Suttone dunke Vescunte de Norf' e de Suffouc' kar si ele seit plaunte par la u aukune genz unt purw e ordine, co serra a freris graunt grevannce e damage, par la reisun ke si pluye avenye u tempeste, le genz ne averunt refu ne pur eus ne pur lur chivaus, for qe a le Eglise de freris, si cum autre fez est avenu qaunt assembles i unt este, en taunt ke le freres en lur Eglise lur messes dire ne poeynt ne autre byen fere pur noyse e presse de genz. E pur co, Sire, pite ws preyne de le freris, e ne suffret qe les vreisuns e le messes qe le freres dirrunt pur vus, par taunt seunt desturbes. Mes, Sire, si pleisir vus seit, volyet cumannder par vostre lettre, qe si la mesun avauntdite serra remue, qe ele seit plannte de autre part plus pre de la vile par la v le genz purrunt plus prestement aver recest a la vile, qe a freris.

Rex mandabit, qd si velint constituere aulam illam, qd plantent in tali loco, quod non sit ad nocumentum fratrum. Responsio.

A. D. 1302. 30 Edw. I.

Nº 19. Prerogative le Roy pur eſtablement de ſes dettes.

A NOSTRE Seignur le Rei et a ſon Conſail prie Joh' de Boyllaunde, de ſi com Rich' de Boyllaunde ſon pere ſe leſſa morir en la dette le Rei de cccc li. & plus, par quei tut les terres lavauntdit Rich' furent ſeyſi en la meyn le Roi pur lavantdite dette, iſſi qe lavaundit Joh' fiz & heir lavandit Rich' ne poeyt ſes terres aver cy la quil avoit fet gre au Rei del avaundite dette, ceſt aſaver p̄ l'eſtente des avaundite terres, & paya au comencement $\frac{xx}{vii}$ li. & puis del remanent p̄ la grace le Rei eſtale a xl li. par an deke la dette ſeit parpaye. Dedenz quel temps durant la dette eſt un tenement recovery p̄ un bref de mort daunceſtre vers lavantdit Joh' de Boylaund devant Juſtices des aſſiſes Sire Robt de Ratford & ſes compaignons, & damages agardez outraiouſement a xlvi li. a les queux damages les avandit Juſtices unt agarde tuz les chateux lavaundit Joh' de Boylaunde, enſemblement ove la meite de tute les terres, a tenir come frank tenement dekes les avaundit damages ſeyent plenyementes levez. Per quei lavaundit Joh' de Boylaund ne purreit ſon eſtalem̄t a les termes tenir, pur ceo quil n'avereit le dont. E prie a noſtre Seigneur le Rei & ſon Conſail, quil puſſe aver ſes chateux & ſes terres qe ſunt baillez come chateux a p̄fere au Rei ſes termes, ſi come il ſunt eſtalez einz ceo qe autre ſeit ſervi, de ſi come noſtre Seigneur le Rei deit aver la prerogative en touz poinz, p̄my tut ſon Reaume. A. D. 1302. 30 Edw. I.

Adeat S̄c̄m citra Craſtinum animarum, & videatur extenta, & ſi repiatur qd̄ teneat p̄ extentam, tunc mitigetur aterminatio, habendo reſpectum ad valorem terre amiſſe, & interim ceſſet execuc̄o Judicii p̄ br̄e de Canc' quoad dampna adjudicata. Reſponſio.

Duplicatur hec petic̄o & una remanet in S̄c̄cio & alia in Canc'.

ROTUL.

ROTUL. DE ANN. XXXIII ED. I.

A.D. 1304. 33 Edw. I. Memoranda de Parliamento Regis E. filii H. apud Weſtmonaſterium die Dominica proxima poſt Feſtum ſancti Mathie Apoſtoli, Anno regni ſui triceſimo tercio. A.D. 1304. 33 Edw. I.

Nº 1. Ordinatio receptionis Petitionum.

ORDINE fu par le Roi, qe ſire Gilbt de Roubiry, meſtre Johan de Caam, ſire Johan de Kirkeby, & meſtre Johan Buſsh, receuſſent totes les peticions de ceux qui vouſiſſent peticions liverer a ceſt Parlement de Weſtmonſtier. Et ſur ceo fuit la crie faite par commandement le Roi en la grante Sale de Weſtm', en Chauncelerie, devant les Juſtices du Baunk, a Leſchequer, en la Gihalle de Loundres, & en Weſchep', en ceſtes paroles: Touz ceux qui peticions voudrount bailler a ceſti ꝑchein Parlement les liverount de jour en autre, entre cy & le primer dimeigne de quareſme au plus tart, a ſire Gilbt de Roubiry, meſtre Johan de Caam, ſire Johan de Kirkeby, & meſtre Johan Buſsh, ou a un de eux, qui ſont aſſignez pur les reſceiure entre cy & le preſchein dimoigne de quareſme a plus tart. Et eux par my cel ordeinment & cel crye toutes les peticions retournent en la fourme avantdite.

Puis apres le Roi aſſigna ſire William Inge, meſtre Richard de Havering, ſire Henry de Gildeford, James de Dalilegh, & meſtre Johan de Weſton, de reſceiure toutes les peticions qe toucherent le roialme D'eſcoce. Et auſſi aſſigna l'Eveſque de Ceſtre, le Count de Nicole, ſire Aymer de Valence, ſire Johan de Bretaigne, ſire Johan de Haveryng, ſire Arnald de Canpenn, le Pryour du Mas, meſtre Piers Arnald de Bik, meſtre Piers Emerik, & ſire Johan de Sandale, de reſceyure & reſpondre toutes les peticions myſes avaunt par les gentz de Gaſcoygne, qe poeynt eſtre reponduz ſaunz le Roy. Et auſſi aſſigna le Roi ſire Johan de Berewyk, ſire Hervy de Staunton, William de Dene, William de Mortimer, & Roger de Beanſon, de reſceiure toutes les peticions de ceux de Irlaund & del Idle de Gerneſſeye, & de reſpondre a celes toutes queux poient reſpondre ſaunz le Roy. Et totes les peticions qe touchent les dites terres D'eſcoce, de Gaſcoygne, Dirlaund, & de Gerneſeye tantoſt furent liverez a ceux aſſignez illoqes par les avanditz Gilbert de Roubiry, meſtre Johan de Caam, Johan de Kirkeby, & meſtre Johan Buſsh, en la fourme avantdite.

Puis apres le XXI jour de Marz fu fait une crie ꝑ comaundement le Roi en ceſtes paroles.

Proclamatio. Erceveſqs, Eveſqs & autres Prelatz, Countes, & Barons, Chivalers des Countez, Citizeyns, et Burgeys, & autres gentz de la cõmune qe cy ſont venuz al mandement nr̃e Seigneur le Roy a ceſt Parlement, le Roy les m̃cy mult de lour venue, & veut que quant a ore quil retornent en lour pais; Iſſint quil reveignent p̃ſtement & ſaunz delai quele houre quil ſoient autre foiz remandez ſauve les Eveſqs, Countes, & Barons, Juſtices, & autres qui ſont du Conſeil nr̃e Seigneur le Roy qe ceux ne ſen aillent ſaunz eſpecial conge du Roy. Et ceux qui ount a buſoigner qe ceux demorgent a ſiwre lour buſoignes. Et les Chivalers qui ſont venuz pur les Countez, & les autres qui ſont venuz pur les Citez & les Burghs ſiwent a ſire Johan de Kirkeby & il lour fra avoir brefs d'avoir lour deſpenſes en lour pais. Et lavantdit Johan de Kirkeby, par la reſon de la Crie avantdite, les nouns de Chivalers qui vindrent pur les Countez & les nouns des autres qui vindrent pur les Citez & Burghs livera au Chanceler; & fiſt crier qe touz yceux quy vouſiſſent brefs ſywre de lour deſpens ſicome deſus eſt dite ſiwiſſent illoqes pur lour brefs.

Nº 2. Mare. AD petitionem Johannes de la Mare petentis gratiam Regis de c marc' quas recepit de garderoba Regis, tempore quo iter arripuit verſus Vaſcon' per preceptum Regis &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex pardonat.

Nº 3. Criſt-Church. AD petitionem Prioris & Conventus Chriſti eccleſie petent' remedium de hoc, qd̃ cum Iſabella de Fortibus quondam Comitiſſa Albemarl' eis per cartam ſuam dediſſet decimam omnium Cuniculorum in manerio de Thorle in Inſula Vecta, Willielmus Ruſſel nunc Cuſtos Regis inſule predicte ipſos hujuſmodi decimam habere non ꝑmittit,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus, quod videant Cartam, & inquerere faciant de ſeiſina, & ulterius faciant quod juſtum fuerit.

Nº 4. Hextildeſham. AD peticionem Prioris de Hextildeſham, petentis quod cum Joñes de Nor̃manvyll ſeiſitus fuit de manerio de Staunfordham ſimul cum advocatione eccleſie ejuſdem, & idem Johannes terras ad quas dicta advocatio pertinens fuit dedit cuidam Bernardo, Priori de Hextildeſham, predeceſſori Prioris nunc, tenend' ſibi et ſucceſſoribus ſuis &c. tempore Regis Henrici, patris Regis nunc, qui ad eandem eccleſiam preſentavit &c. cujus preſentatus fuit admiſſus, idemque Prior dictam advocationem ſubmiſit ordinationi cujuſdam Nicholai tunc Eꝑi Dunolm', qui diſpoſuit dictam advocationem ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, & dicto Priori & ſucceſſoribus ſuis decimam quinque villatarum infra parochiam illam, ad valenciam XL li. ut dicunt, unde Priores ejuſdem loci pacifice ſeiſiti extiterint &c. quod deficut dictus Epiſcopus Dunolmenſis nullum jus habuit in dicta advocatione, niſi per voluntariam occupationem &c. Rex velit eis dictam advocationem concedere & quod poſſint dictas decimas habere & tenere abſque impedimento &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Oſtendat Jus ſuum coram Juſticiariis, & fiat eis Juſticia.

Nº 5. Communitas Cumbrie. AD peticionem Cõmunitatis Comitatus Cumbrie petentis remedium, quod cum Perambulatio facta fuiſſet per preceptum Regis in Ingelwod & brevia inde exierunt Juſtic' foreſte & Vic' de Carta ſuper hoc facta manutenda,

A.D. 1304. 33 Edw. I.

manutenenda, & de hominibus partium illarum ponendis in ſeiſina ſecundum tenorem dicte Carte: Et quia abſente dicto Juſticiario dictus Vicecomes ipſam Communitatem in ſeiſina hujuſmodi poſuit &c. idem Juſticiarius quoſdam homines dicte Communitatis attachiat, placitat, & injuſte moleſtat &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex vult quod Carta de Perambulatione foreſte manuteneatur, & quod qui indictati ſunt ſint in gratia Regis cum ſibi placuerit dicere voluntatem ſuam.

§ AD petitionem predicte Communitatis petentis remedium de hoc, quod Robertus de Clifford Juſticiarius dicte foreſte homines de Allerdale diſtringit pro putura foreſtariorum loco deafforeſtato per perambulationem &c. ſicut fieri conſuevit antequam perambulatio facta fuit &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex vult quod diſafforeſtatus ſit, ſet quod ſit ibi warenna & remaneat putura ut fieri conſuevit.

Nº 6. Maria filia Regis.

AD petitionem Marie filie Regis petentis, quod cum Rex ei per Cartam ſuam concederit quedam maneria cum ptin' ſuis tenenda ad terminum vite ſue, quod Rex de gratia ſua ei concedere velit eſcaetas, wardas & maritagia que accidere continget in locis predictis, Et quod Carta ſua ſuper hoc innovetur &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Le Roy graunt les choſes qe ſont tenutz des Maners, & denz les Maners, & nemy des choſes que ſont tenuz hors des Maners.

Nº 7. Cokermuth.

AD petitionem Burgenſium de Cokermuth, petentium quod Rex velit eis concedere pontagium ad reparationem trium pontium ejuſdem Burgi, qui aſportati fuerant per cretinum aque ante Natale hoc anno,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat per quinquennium.

Nº 8. Petitio Simonis Parker.

AD petitionem Simonis le Parker, inpriſonati apud Cantuariam pro ſuſpectione mortis hominis, petentis remedium de hoc, quod ubi Juſticiarii aſſignati ad gaiolam deliberandam procedere deberent ad deliberationem ſuam, quidam per procurationem malivolam calumpniati ſunt Juratores quos miniſtri Regis pro deliberatione hujuſmodi coram dictis Juſticiariis venire faciunt, per maliciam precogitatam, per quod iidem Juſticiarii ulterius procedere nolunt, Ita quod ipſe & alii diverſi in caſu conſimili remittuntur priſone, ad grave dampnum ipſorum &c.,

Reſponſio. Ordinatio facta pro tota Communitate Regni.

Ita reſponſum eſt, De Inquiſitionibus coram Juſticiariis quibuſcumque capiendis & in quibus Dominus Rex eſt pars qualitercumq; concordatum eſt per Dūm Regem & totum conſilium, & ordinatum, Quod de cetero, licet per ipſos qui pro Domino Rege ſecuntur dicatur, quod Juratores Inquiſitionum illarum ſeu aliqui illorum non ſint boni pro Rege, Non propter hoc remaneant Inquiſitiones ille capiende: ſet ſi illi qui ſecuntur pro Rege aliquos Juratorum illorum calumpniati fuerunt, aſſignen tcertam cauſam calumpnie ſue, & inquiratur veritas illius calumpnie ſecundum conſuetudinem Curie, & procedatur ad captionem illarum Inquiſitionum, prout compertum fuerit ſi calumpnie vere ſint necne juxta diſcretionem Juſticiariorum.

Nº 9. Memorandum de ſtatu Regni Scocie.

DOMINUS Rex injunxit Epiſcopo Glaſcon', Comiti de Carrik, & Johanni de Moubrai, quod tractatum adinvicem haberent ſuper articulis tangentibus Regnum Scocie ſubſcriptis, videlicet de die & loco Parliamenti Regis ſuper ſtatu Regni & hominum Scotie, De hominibus Scotie qui ad Parliamentum illud venient, & de aliis qui in partibus illis moram facient pro cuſtodia terre predicte. Et quod ſuper hoc conſulti Regi ſcire facerent aviſiamenta ſua &c. Et predicti Epiſcopus, Comes, & Johannes, die Veneris xxvi die Marcii reſpondebant Regi ſuper articulis predictis ſub hac forma: A.D. 1304. 33 Edw. I.

A les articles qe noſtre Seigneur le Roi ad cōmaunde L'eveſqe de Glaſc', & au Count de Carrik, & a Johan de Moubray, quil dient lour avys, C'eſt aſavoir del lieu & del jour a ſon Parlement, Endroit des perſones D'eſcoce qui a ceu Parlement vendrount, & les queux demorrent en pays pur la garde de la terre, Endroit du dit lieu il lour eſt avys, Qe ce ſoit a la volunte & al eeſe nr̄e Seigneur le Roy, Iſſint ſi luy pleſt quil voille avoir regard a l'eſtat de ſon people D'eſcoce. Et endroit del dit jour auſſi en ſoit a la volunte. Mes il lour ſemble qe devaunt la Seint Johan le Baptiſtre ſil pleſt a nr̄e Seigneur le Roy ne purra my bonement eſtre, pur ce qe avaunt la Paſch' ne poent il bonement venir a lour pais, & adonqes covendra qe la commune D'eſcoce ce fuſt garny a certein jour & a certain lieu par bref de la Chauncelerie & par les Miniſtres nr̄e Seigneur le Roy. Le queu jour de lour aſſemble ne peut eſtre bonement ſi luy pleſt devant l'Aſcencion prochein, & apres ceu temps averont il aſſez a faire de eux apparailler juſqes la feſt de Seint Johan avaunt nome de venir la ou il plerra nr̄e Seign' le Roi. Endroit des pſones qui devent venir; Avys lour eſt qe deux Eveſques, deux Abbees, deux Countes, deux Barons, & deux pur la commune un de cea la mere & un autre de la, les queux ſerront eſlutz par la commune D'eſcoce a lour aſſemble ſuffireit ſil pleſt a nr̄e Seign' le Roi, Et ſi plus voille avoir ſoit a ſa volunte. Endroit des perſones qe demorrent en pais pur garder la dite terre; avis lour eſt qe les gardeins nr̄e Seign' le Roi & ſes Miniſtres oue la dite Cōmunalte D'eſcoce qui demorrent en pais purront ſuffir pur la garde de la dite terre.

Et premiſſis lectis coram Rege & Conſilio ſuo predicto viceſimo ſexto die Marcii, ſic reſponſum eſt per ipſum Regem: Rex vult & concedit quod dies Parliamenti Scocie ſit a die Nativitatis ſancti Johannis Baptiſte in tres ſeptimanas. Et quod Parliamentum illud ſit London'. Et quod decem qui eligentur per totam Communitatem, ut ſupra continetur, veniant ad dictum Parliamentum pro tota communitate terre Scocie. De cuſtodia terre Scocie fiat Cuſtodia per Cuſtodes & Miniſtros Regis & per Communitatem terre Scocie, prout Epiſcopus Glaſguenſis, Comes de Carrik, & Johannes de Moubray conſentiunt & ordinant &c.

Ad petitionem predictorum Epiſcopi, Comitis, & Johannis, petentium, quod predicti homines qui electi erunt pro Communitate Scocie ad veniendum ad Parliamentum Regis poſſint habere cuſtus & expenſas ſuas de dicta Communitate, & quod Rex velit concedere quod duo vel tres quos dicta Communitas ad hoc eliget, habeant poteſtatem de Rege ad levandum hujuſmodi rationabiles expenſas de eadem Communitate &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt per Regem, Rex vult quod illi decem qui eligentur ad veniendum ad Parliamentum Regis pro tota Communitate terre Scocie, habeant expenſas ſuas de tota Communitate Scocie. Et quod duo legales homines citra mare Scotie, & duo legales homines ultra mare, eligantur ad hujuſmodi expenſas aſſidendas & levandas per viſum & conſilium Cuſtodis Regis Scocie & Camerarii.

Nº 10. Kenelworth.

AD [petitionem] Prioris & Conventus de Kenelworth, petent' quod Rex Cartas progenitorum ſuorum Regum Anglie de poſſeſſionibus domus ſue predicte velit confirmare, Et eciam quod Rex velit eos licenciare de appropriando eis decem libras terre in villa de Radeford in Comitatu Warwicenſi,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Sequatur coram Theſaurario & ſibi aſſociandis pro hujuſmodi finibus &c. Ad ſecundam reſponſum

A. D. 1304. 33 Edw. I. reſponſum eſt, Sequatur breve in Cancellaria, ſi ſit ad dampnum.

N° 11. Communitas Northumbr'. AD peticionem Communitatis Northumbr', petentium remedium, quod cum de communi conſilio ordinatum ſit, Quod Juſticiarii de Banco eant tempore vacationis ad Juratas & Inquiſitiones capiendas de placitis coram eis placitatis in alleviationem populi Regni &c. Nullus Juſtic' predictor' diu eſt venit ibidem ad Inquiſitiones capiendas ſicut alibi fecerunt, nec Juſticiarius ad Aſſiſas capiendas aſſignatus venit, unde dicta Communitas dampnum & exheredationem huc uſque ſuſtinuit,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Quoad Inquiſitiones de Banco ordinatum eſt, quod Lambertus de Trikyngham illas expediat: Et quoad Aſſiſas, Injungetur Juſtic', quod illas expediant.

N° 12. Harecourt. AD petitionem Ricardi de Harecourt petentis, Quod Willielmus Inge & Nicholaus Fernband eant ſine brevi de magno Sigillo ad aſſiſam Nove diſſeiſine capiendam verſus Ricardum Noel, & Willielmum Harecourt, & Aviciam que fuit uxor Ricardi de Lowe de Manerio de Neuton Harecourt unde reverſio ſpectat ad heredem,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Reſpondeatur parti conquerenti, quod Rex vult certificari de Jure ſuo &c. Et per Conſilium ordinatur extra indorſamentum dicte petitionis, Quod quia Rex in caſu predicto de facili poſſet falli, quod mandetur Ricardo de Erleſby tranſcriptum iſtius peticionis, & mandetur eidem quod certificet Regem de Jure ſuo.

N° 13. Wygorn. AD petitionem Epiſcopi Wigorn' petentis, quod cum Godefridus Epiſcopus Wygornenſis predeceſſor ſuus perquiſiviſſet unum meſuagium & tres carucatas de feodo ſuo proprio in Weſthull, que tenebantur de eodem Epiſcopo ſine medio, & ea poſtmodum reddidiſſet Regi, & Rex tenementa illa conceſſiſſet dicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, per Cartam Regis, qui inde obiit ſeiſitus ut de jure eccleſie ſue: Eſcaetor Regis poſt mortem dicti Godefridi dicta tenementa cepit in manum Regis, & per quandam Inquiſitionem procuratam ea inter alias terras & tenementa dicti Godefridi liberavit Johanni Giffard heredi ejuſdem Godefridi, unde petit remedium,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat breve Eſcaetori Regis quod reſeiſiat in manum Regis tenementa contenta in petitione de quibus Epiſcopus obiit ſeiſitus, Et qui clamat habere jus in eiſdem ſequatur coram Rege.

N° 14. Accornbiry. AD petitionem Prioriſſe & Monialium de Accornbiry petentium, quod Rex velit concedere quod poſſint appropriare unam carucatam terre quam If' fil' War' de Grandene tenet, & dimidiam carucatam terre quam Johannes Vauquelour & Hugo de Camera tenent,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Sequatur breve in Cancellaria ſi ſit ad dampnum &c.

N° 15. Segrave. AD petitionem Johannis de Segrave petentis de hoc, quod Margeria que fuit uxor Hugonis de Pleſſetis, cujus terrarum & heredum cuſtodiam Rex conceſſit eidem Johanni, habet ultra rationabilem dotem ipſam contingentem in Manerio de Hoggenorton CXIIII acras terre, LX acras prati, XXIIII acras paſture, I parcum incluſum, I conynger', III bercar', II crofta, XXIII ſ.

redditus de quodam viſu franci plegii, & IIII ll. XVI ſ. VII d. redd' de Cuſtumar',

A. D. 1304. 33 Edw. I.

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Terra reſeiſiatur in manum Regis & reextendatur, Et ſubeſcaetor qui tunc fuit, & omnes illi qui Jurati fuerunt ad primam extentam, veniant coram Cancellario, & reſpondeant Regi de concelamento, & ibi fiat remedium tam pro Rege quam pro petente &c.

N° 16. Univerſitas Cantabr'. AD petitionem Univerſitatis predicte petentis, quod Cancellarius dicte Univerſitatis procedere poſſit in placitis coram eo placitatis de contractibus & conventionibus factis inter Scolares & laicos Univerſitatis predicte, non obſtante prohibitione,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt; Sicut habet Univerſitas Oxonienſis ita habeant.

N° 17. Oſeneye. AD petitionem Abbatis & Conventus de Oſeneye petentium, quod cum ipſi & predeceſſores ſui habuerunt XII ſ. redd' in liberam elimoſinam in Manerio de Hedindon, de dono Matildis Imperatricis, unde ſeiſiti fuerunt quouſque Dominus Rex predictum Manerium dedit Domine Regine que nunc eſt, quod Rex precipere velit quod eis ſolvantur,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Coram Rege ſolvantur prout ſolvi conſuevit. Et ſuper hoc habeant breve Theſ' & Baronibus de Scaccario, ut ponantur in ſtatum quem habuerunt tempore collationis facte Domine Regine.

N° 18. Ranulfus fil' Hug' le Mareſchal. AD petitionem Ranulphi filii Hugonis le Mareſchal petentis remedium de hoc, quod Rector de Aſſherugg verſus quem petit unum meſuagium, CXX acras terre, & VIII ſolidos redditus, per breve de conſanguinitate, & XXX acras terre & IX denar' & ob' redditus per breve de ingreſſu, unde aſſerit ſe ſine Rege non poſſe reſpondere, & quod Rex inde dicat voluntatem ſuam &c.

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex vult quod reſpondeatur quod Juſticiarii procedant, ſet certificent Regem ſuper hoc ante redditionem Judicii &c.

N° 19. Cives Norwici. AD petitionem Civium Norwici petentium gratiam Regis, quod cum alias conceſſerit Civibus predictis ſpeciale auxilium pro muragio habendo ad ſecuritatem Civitatis predicte, unde terminus preteriit, quod Rex eis velit alium terminum de hujuſmodi muragio concedere,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex conceſſit quod habeant per quinque annos.

N° 20. Holmcoltran. AD petitionem Abbatis de Holmcolſtran, ſuppli- cantis quod cum finem feciſſet cum Rege per C marcas pro feria & mercato habendis apud Skynburneſe, & nunc villa illa ſimul cum itinere ducente verſus eandem ſit aſportata per mare, quod Rex velit concedere quod poſſit hujuſmodi feriam & mercatum habere apud villam ſuam de Kirkeby Johan, loco alterius loci ſupradicti, & quod Carta ſua ſuper hoc innovetur,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Prima Carta adnulletur, & tunc habeat in loco ſicut petit conſimilem Cartam.

N° 21. Communitas Anglie. AD petitionem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Prelatorum, Comitum, Baronum, & aliorum proborum hominum de terra, petentium quod Rex con-

A. D. 1304. 33 Edw. I.

cedere velit quod possint talliare antiqua dominica unde sunt in tenancia, deficut Rex dominica sua talliavit,

Responsio. Ita responsum est, Fiat ut petitur &c.

No 22. Robertus filius Walteri.

AD petitionem Roberti filii Walteri, petentis quod Rex velit concedere quod fratres ordinis Sacci London' possint assignare eidem Roberto unam Capellam que vocatur Sinagoga de Judeis contiguam placee ejusdem Roberti,

Responsio. Ita responsum est, Rex concedit quantum in ipso est.

No 23. Morileye.

AD petitionem Thome de Morileye petentis, quod Rex ei velit concedere terras & tenementa que fuerunt Thome de Morileye patris sui in Comitatu Cumbrie, que capta fuerunt in manum Regis propter inimiciciam ipsius Thome in prima guerra Scocie, deficut dictus Thomas filius est & semper fuit ad fidem Regis,

Responsio. Ita responsum est, Inquiratur per breve de Cancellaria de modo & causa captionis earundem terrarum in manum Regis, & de aliis circumstanciis &c. Et si petens semper fuerit ad pacem Regis, necne. Et Rex super hoc certioretur &c.

No 24. Prior de Sancto Oswaldo.

AD petitionem Prioris de Sancto Oswaldo petentis remedium de hoc, quod cum ipse tulit breve de Recto de advocatione ecclesie versus Willielmum filium Roberti Pascy, de Neubald in Comitatu Warvicensi, idem Willielmus differendo jus ipsius Prioris in deceptionem Regis bis fecit loquelam illam morari sine die per protectiones Regis, videlicet per unam vicem ad suggestionem suam propriam, & per aliam vicem per testimonium Custodis Castri de Gedeworth, testantis ipsum morari in garnestura ejusdem Castri. Et preterea essoniatus fuit de servicio Regis per sex vices, & inde habuit warantum de Custode predicto, ubi ipse non fuit in servicio Regis ibidem nisi tantummodo quousque habuit hujusmodi warantum, & tunc rediit,

Responsio. Ita responsum est, Rex vult quod omnes illi quos inveniri continget cepisse protectionem Regis, & non fuisse in guerra suo, & super hoc convincantur, quod committantur gaole ibidem moraturi ad voluntatem Regis.

No 25. Cicestr'.

AD petitionem Executorum Gilberti de Sancto Leophardo nuper Episcopi Ciceſtrensis, petentis quod Rex precipere velit breve Thesaurario & Baronibus, quod exonerati sint de LII li. XVI s. III d. qui exiguntur ab eodem defuncto pro quintadecima Regi a Laicis concessa anno XVIII, quo anno Clerus Anglie dedit decimam bonorum suorum ad consecrationem Episcopi Elie s,

Responsio. Ita responsum est, Rex pdonavit &c. Et hujusmodi gratia conceditur Episcopo Cestrie &c. pro predecessore &c.

No 26. Thorp.

AD petitionem Johannis de Thorp, petentis gratiam Regis de xx li. quas Rex ei dedit in Itinere suo versus Vasconiam, & quas Vicecomes Norfolcie nunc oneratur per Thesaurarium & Barones de Scaccario ad levandum &c.,

Responsio. Ita responsum est, Rex vult quod inde sit quietus per breve de Cancellaria.

A. D. 1304. 33 Edw. I.

AD petitionem Nicholae consanguinee Laurencii de Seint More, petentis custodiam & maritagium Johannis filii & heredes Henrici de Rihull, custodia & maritagium ei concessa fuerunt per Regem in Episcopatu Dunolm', & de quorum valore Rex voluit certiorari per Thesaurarium & Barones de Scaccario, qui ipsum Regem inde certificarunt, quod terre predicte non valent nisi XXIII s. XI d. preter sustentationem heredis,

No 27. Seint More.

Responsio. Ita responsum est, Rex vult quod habeat de dono suo.

No 28. Dolyne.

AD petitionem Johannis de la Dolyne petentis, quod Rex solvi faciat id quod ei debetur de vadiis suis, & eciam gratiam Regis de hoc quod solvit Scotis pro redemptione sua,

Responsio. Ita responsum est, Adeat Thesaurarium & Johannem de Droken, & Rex habebit ratum quod ipsi facient &c.

No 29. Cives Norwici.

AD petitionem Civium Norwici petentium, quod Rex concedere velit Civibus predictis quendam visum franci plegii in Civitate Norwici, in quodam vico qui vocatur Neugat, quem Rex alias ad sectam eorundem Civium recupavit versus Priorem Norwici, Habendum pro extenta inde Regi reddenda per annum,

Responsio. Ita responsum est, Adeat Thesaurarium & Barones de Scaccario, Et si sit ad commodum Regis fiat.

No 30. Episc' Elien'.

AD petitionem Episcopi Elienſis petentis remedium de hoc, quod cum ipse & predecessores sui usi sunt habere cognitionem de omnimodis placitis infra Insulam Elienſem, Ita quod nulli Ministri Regis ad aliquod officium ibidem faciendum se intromiserunt; Justiciarii nunc hujusmodi cognitionem ei nolunt concedere propter non calumpniam Custod' in ultima vacatione,

Responsio. Ita responsum est, Adeat coram Justiciariis ubi placitum pendet, & ostendat Cartas, Et fiat quod de jure fuerit faciendum. Et mittatur ista petitio R. le Brabanzon & sociis suis, sub sigillo Regis de Cancellaria.

No 31. Beverlay.

AD petitionem Prepositi ecclesie Sancti Johannis Beverlaci petentis remedium de hoc, quod cum placitum motum sit coram Justiciariis de utroque banco, vel aliis Justiciariis quibuscumque, de terris & tenementis infra Preposituram, vel de aliis rebus eandem tangentibus, Prepositi dicti loci qui pro tempore fuerunt Curiam suam de tenentibus suis habere solebant extra Curiam Regis de placitis tangentibus dictam Preposituram, & transcriptum brevis & record' de rotulis; Justiciarii de banco nunc nolunt ei premissa concedere,

Responsio. Ita responsum est, Rex vult quod inquiratur per veteres rotulos & memoranda & rotulos Justiciariorum tam tempore predecessorum Regis quam tempore suo super statu quem predecessores Prepositi habuerunt, Et cum Rex fuerit inde certioratus, habebit consilium & faciet ulterius quod viderit faciendum.

Beverl' II.

AD petitionem predicti Prepositi petentis remedium de hoc, quod ubi ipse Prepositus habere debet Ballivum suum portantem virgam ad faciendum omnes summonitiones & attachiamenta infra feodum dicte Prepositure, tam tempore vacationis Archiepiscopatus Eboracensis quam alio tempore, Custos temporalitatis ejusdem Archiepiscopatus nunc ipsum, ratione vacationis predicte, impedit quod non possit hujusmodi Ballivum habere,

Responsio. Ita responsum est, Inquiratur in quo statu fuit tempore Archiepiscopi & ita fiat.

A. D. 1304. 33 Edw I.

No 32. Warr' Com'.

AD petitionem Guidonis, Comitis Warr' ſupplicantis Domino Regi quod velit ei concedere muragium & pavagium in villa Warr' duratura quamdiu Regi placuerit &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat per ſeptennium.

No 33. Univerſitas Oxon'.

AD petitionem ejuſdem Univerſitatis petentis remedium quod cum Compoſitio facta ſit inter Univerſitatem & homines ejuſdem ville, quod regratiatores non debent eſſe in villa niſi ad numerum XXXII & burgenſes ejuſdem ville nunc numerum illum veementer augmentarunt ad dampnum populi: Et eciam quod Rex precipere velit, quod nullus regratarius ſeu tabernarius vinorum permittat quod Clerici ſedeant ſeu hoſpitent noctanter in tabernis ſuis,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Quoad Compoſitionem, ſi facta ſit inter Univerſitatem & Burgenſes & rationabilis fuerit, Rex vult quod obſervetur. Ad alium Articulum, Cancellarius caſtiget Clericos ſuos prout melius viderit expedire.

No 34. Wigorn'.

AD petitionem hominum Wigornie petentium gratiam Regis, quod Rex velit eis concedere muragium pro villa ſua claudenda ad ſecuritatem ejuſdem ville &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat per quinquennium.

No 35. Cornub'.

AD petitionem Mercatorum qui emunt ſtagmen in Cornubia petentium, quod Rex concedere velit quod poſint habere duos dies ad ſolvendum denarios provenientes de cunagio, videlicet ad Feſtum ſancti Johannis Baptiſte, & ad Feſtum Omnium Sanctorum &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Si Thomas de la Hide Seneſcallus teſtatur quod ſit ad comodum Regis tunc fiat, & ſuper hoc fiat breve in Cancellaria Theſaurario & Baronibus, & ſimiliter Vicecomiti & Seneſcallo Cornubie &c. Poſtea dictus Thomas de la Hide Seneſcallus venit coram Conſilio & teſtatur quod id quod petitur eſt ad magnum comodum Regis, Ideo fiat &c. Et fiant brevia in Cancellaria ut predictum eſt.

No 36. Moubray.

AD petitionem Johannis de Moubray petentis remedium, de eo quod Robertus de Clifford Juſticiarius Foreſte ultra Trentam diſtringere facit homines ſuos tenentes de manerio de Bolton, quod jam deafforeſtatur, pro putura Foreſtariorum &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Per breve de Cancellaria Robertus de Clifford inquirat & certificet Regem, ut faciat ulterius quod juſtum fuerit &c.

No 37. Harcla.

AD petitionem Michaelis de Harcla petentis allocationem arreragiorum ſuorum de tempore quo fuit Vicecomes Cumbrie, que quidem arreragia levare non potuit propter deſtructionem, paupertatem, & incendia facta in Comitatu predicto per Scotos: & etiam allocationem de XXXVIII li. quas Rex debet eidem pro lanis ab eo captis ad opus Regis per Henricum de Menevill,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, De dampnis que ſuſtinuit habeat gratiam per Breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario dirigendum, ſecundum diſcretionem Theſaurarii & Baron'. Et de lanis captis examinentur & allocentur in arreragiis ſuis. Et ſuper hoc fiat breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario.

A. D. 1304. 33 Edw. I.

No 38. Laudat' Epiſc'.

AD petitionem ejuſdem Epiſcopi petentis, quod Rex velit aſſignare eccleſie Omnium Sanctorum ipſius Epiſcopi in foreſta de Dene decimam de novis aſſartis in eadem forreſta aſſartatis in proprio ſolo ipſius Regis ibidem,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex vult quod id quod eſt extra parochiam & quod Rex concedere poteſt habeat Epiſcopus. Et fiant litere Regis patentes de conceſſione & breve clauſum J. de Botetourt, Cuſtodi foreſte &c.

No 39. Decanus & Capitulum Lincolnie.

AD petitionem Decani & Capituli Lincoln' petentis, quod poſſint habere in manerio ſuo de Navenby quod [habent] de dono Abbatis de Ficham eaſdem libertates quas idem Abbas ibidem habuit,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex vult quod viſa ſit Carta & oſtendant qualiter uſi ſunt, & inquiratur &c. & ſic fiat.

No 40. Ely.

AD petitionem Epiſcopi Elienſis petentis remedium de hoc, quod ubi Gilbertus Pecche tenuit de ipſo Epiſcopo quatuor feoda, & tria quarteria & dimidium, militis in Madyngle, Rampton, Cotenham, Impeton, Harleſton, Lolleworth & Staunton in Comitatu Cantebrigie, qui ſunt de Baronia ſua, que quidem feoda idem Gilbertus jam conceſſit Regi & ipſe Epiſcopus defendit in omnibus verſus Regem &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Sequatur coram Theſaurario, Cancellario, & Baronibus de Scaccario, & ſi ita ſit, Tunc Theſaurarius & Barones conveniant cum eo ſuper hoc, Ita quod eccleſia conſervetur indempnis, & ſub hoc fiat breve de Cancellaria. Et prius inquiratur per que ſervicia maneria tenentur & de quo &c. cum omnibus circumſtanciis &c.

No 41. Domus Sancti Michaelis extra Staunford.

AD petitionem dominarum domus Sancti Michaelis extra Staunford petentium, quod Rex confirmare velit facta anteceſſorum de elimoſina eis conceſſa, videlicet, quolibet die duas carectatas ſpinarum & mortui boſci in foreſta Regis de Clyve, unde habent Cartam Regis ut dicunt &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Si fuerit Carta talis, & uſi fuerint ſicut debent tunc confirmetur, &c.

AD petitionem earundem dominarum petentium, § quod Rex confirmare velit factum patris ſui qui eis confirmavit eccleſias, decimas, terras, redditus, boſcos, plana, prata, paſturas, aquas, molendina, vivaria & alias libertates & comoditates contenta in Carta predicti Regis Henrici,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Si Carta ſit talis, & uſi fuerint, tunc confirmetur &c.

No 42. Ingram.

AD petitionem Roberti Ingram, de Notingham, petentis quod Rex velit ſibi concedere quandam placeam de dominicis Regis in Notingham continentem XXX pedes in longitudine & viginti pedes in latitudine, reddendo Regi verum valorem p annum,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Cancellaria de Inquiſitione ſi ſit ad dampnum Regis &c.

No 43. Sprangehoeſe.

AD petitionem Rogeri Sprenghoeſe nuper Vicecomitis Salop' & Staff', petentis remedium de hoc, quod cum recepiſſet de Magro Willielmo de Luda LIII li. VI s. VIII d. ſuper vadiis quorundam Wallenſium peditum quos duxit, & partem inde ſolviſſet eiſdem Wallen-

A. D. 1304 33 Edw. I.

Wallenſibus, & ptem Carpentariis & Willielmo de Felton, ad negocia Regis per preceptum Rogeri Leſtraunge tunc Capitanei excercitus Regis in partibus illis, unde habet compotum & particulas ſub ſigillo dicti Rogeri, qui quidem denarii jam exiguntur ab eodem Rogero in magno Rotulo Scaccarii, & Theſaurarius eos ei non vult allocare &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Mandetur per breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario, quod audiant compotum & ad teſtimonium R. Leſtraunge faciant debitam allocationem. Et ſi aliquid appareat dubium, de eo inquirant, & faciant ulterius quod juſtum fuerit.

Nº 44. Communitas Cumbrie.

AD petitionem Communitatis Cumbrie petentis remedium, quod ubi Dominus Rex per breve ſuum mandavit Vicecomiti dicti Comitatus quod provideret Lardariam Regis contra adventum Regis in Scociam, anno xxxii, Vicecomes pretextu mandati predicti cepit de dicta Communitate ad certum numerum averiorum, & allocationem habuit in compoto ſuo, & eidem Communitati nichil ſolvit,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Sequatur ad Scaccarium, & ſi Vicecomes allocationem ceperit & non ſolverit, puniatur per penam conſtitutam, & ſolvat: ſin autem, Theſaurarius ordinet quod ſatisfiat &c.

§ AD petitionem dicte Communitatis petentis remedium, quod ubi eadem Communitas mutuavit Regi certam ſummam braſei & avene pro ſuſtentatione ſua & excercitus ſui in Scocia, & Rex mandavit Collectoribus quintedecime in Comitatu Cumbrie per breve de magno ſigillo quod eidem Communitati de pecunia dicte quintedecime ſatisfacerent, Taxatores & Collectores quintedecime nichil dicte Communitati ſolverunt, & tamen allocationem inde in compoto ſuo habuerunt,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Sequatur ad Scaccarium, & ſi Taxatores ceperunt allocationem & non ſolverunt, punientur ſecundum penam conſtitutam, & ſolvant: Et ſi non ceperunt allocationem, Theſaurarius ordinet quod ſatisfaciat &c.

§ AD petitionem dicte Communitatis petentis ſibi ſatisfieri de diverſis beſtiis quas Rex p. Larderio ſuo mutuavit, & unde Willielmus de Molecaſtre Vicecomes Cumbrie allocationem optinuit in compoto ſuo, & eidem Communitati nichil inde ſolvit,

Reſponſio. Reſponſum eſt ut ſupra in duobus petitionibus.

Nº 45. Communitas Karliol'.

AD petitionem Communitatis Civitatis Karlioli, petentis quod Rex ſatisfaciat eidem Communitati pro braſeo & avena quam Rex mutuavit pro excercitu ſuo apud Karliolum ſuper quintamdecimam Regi conceſſam in Comitatu Cumbrie, & unde taxatores allocationem optinent in compoto ſuo, & nichil ſolverunt,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Sequantur ad Scaccarium, & ſi Collectores ceperint allocationem & non ſolverunt, punientur ſecundum penam conſtitutam. Et ſi non ceperint allocationem, Vicecomes ordinan' quod ſatisfaciat eis &c.

Nº 46. Stagmen Cornubie.

DE Perſonis & Vicariis petentibus decimam in Cornubia, ubi Rex ſolvit annuatim Epiſcopo Exonienſi pro decima predicta,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat ſicut fieri conſuevit tempore Comitis & Regis.

SI Coronatores debeant illud recipere & liberare villatis ad reſpondendum in Itinere Juſticiariorum ſicut antiquitus fieri conſuevit, vel quod Vicecomes & Seneſcallus Cornubie illud recipere debeant, & ad Scaccarium de anno in annum inde computare,

A. D 1304. 33 Edw I.

Nº 47. De Wrecco maris.

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Reſpondeat inde Vicecomes ſuper Compotum ſuum de anno in annum de exitibus qui emergent de Wrecco ſicut fieri conſuevit tempore Comitis. Et fiat Indentura inter ipſum & Coronatorem &c.

Nº 48. Ayneſham.

AD petitionem Henrici de Ayneſham, Cementarii, petentis quod Rex velit precipere quod ſolvatur xix li. v s. q. qui ei debentur de tempore quo operabatur in operibus Caſtri Regis de Carnarvan, unde Theſaurarius habet Certificationem &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt coram Rege, Fiat breve de Cancellaria de Liberate Theſaurario & Camerariis, quod liberent ei tantam ſummam, & onerent Hugonem de Lymyniſtre, Camerarium de Carnarvan &c.

Nº 49. Eſtrateleng.

AD petitionem executorum Johannis Eſtrateleng, petent' quod cum cxxxii li. a retro ſint de vadiis, & de reſtauratione equorum predicti Johannis de tempore quo ſtetit in ſervicio Domini Regis in Vaſconia, ſicut patet per literas Comitis Lincolnie &c. quod eis ſolvantur de eodem debito pro voluntate Domini Regis &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Liberate in Cancellaria, Theſaurario & Camerariis de xxxii li. in partem ſolutionis &c.

Nº 50. Stagminatores Cornubie.

AD petitionem ſtagminatorum Cornubie petentis, quod poſſint habere per ſe Cartam Libertatum non conjunctam cum ſtagminatoribus Devonie, juxta formam Confirmationis Regis Henrici,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Veniant ad Scaccarium, & oſtendant Cartam &c. & faciant finem &c. & habeant quod petunt &c.

Nº 51. Beiſney.

AD petitionem Walteri de Beſin petentis, quod Rex allocare velit xi li. xiiii s. xi d. ob. q. in partem ſatisfactionis viginti & quinque marcarum in quibus Rex ei tenetur in garderoba pro quodam equo ipſius Walteri quem amiſit in ſervicio Regis in Scocia, & quod de reſiduo earundem xxv marcarum ei fiat reſtitutio &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt coram Rege, Computet cum Johanne de Drokenefford, & portet billam ad Scaccarium & fiat allocatio.

Nº 52. Everle.

AD petitionem Edmundi de Everle petentis, quod [Rex] precipere velit, quod ille decem marce annue ſimul cum arreragiis que inde a retro ſunt, quas quidem x marcas annuas Rex Henricus pater Regis nunc dedit eidem Edmundo & Johanni fratri ſuo, Et quod donum Rex nunc eis per literas ſuas patentes confirmavit, predicto Edmundo ſolvantur, Et unde habet breve currens de Liberate in cuſtodia Theſaurarii & Camerariorum de Scaccario &c.

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario, quod videant cartam, & faciant juſtitiam habito reſpectu ad breve currens.

AD

A.D. 1304. 33 Edw. I.

N° 53. Tynemuth.

AD petitionem Prioris & Conventus de Tynemuth petentium quod Rex velit confirmare Cartas Regis Henrici Secundi, & Regis Ricardi, anteceſſorum ſuorum, quas habent, Et quod uti poſſint articulis in eiſdem Cartis contentis tam non uſitatis tempore elapſo quam uſitatis,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Adeant Scaccarium & oſtendant ibi Cartas ſuas. Et ſi aliqui articuli contineantur in eiſdem quibus hactenus non ſunt uſi, faciant finem & habeant confirmationem ſi videatur expediens Domino Regi.

N° 54. Joh' Dux Britann'.

AD petitionem Johannis de Britannia, Ducis Britann' & Comitis Richemund' petentis quod Rex ei velit concedere pontagium pro emendatione unius ponti apud Sanctum Butolphum ex tranſverſo ripe inter terram ipſius Comitis & terram Willielmi de Ros & heredis Roberti de Taterſhale,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat per triennium.

N° 55. Novum Caſtr'.

AD petitionem Burgenſium Novi Caſtri ſuper Tynam petentis remedium de hoc, quod Prior de Tynemuth habet ex conceſſione Regis unam feriam ibidem ad Feſtum Sancti Oſwini in autumpno duraturam per xv dies, in prejudicium dicte ville & Burgenſium ibidem, & exheredationem Regis ut dicunt, eo quod naves diverſis mercimoniis carcate que venire ſolebant apud dictam villam Novi Caſtri, & unde Rex cepit cuſtumam & muragium, nunc diſcarcantur apud Tynemuth & mercimonia venditioni exponuntur, eo quod locus eſt propinquior portui de Tyne quam dicta villa Novi Caſtri, qui quidem portus pertinet ad Regem: Et ſic accreſſit dicto Priori portus mercimoniis carcatus & diſcarcatus, & venditiones panis, vini & cerviſie, in prejudicium Regis & ipſorum Burgenſium dampnum immenſum. Et unde dictus Prior anno xix Regis hujuſmodi ad ſectam dictorum Burgenſium per conſiderationem perdidit &c. coram Rege,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeant breve de Cancellaria quod partes veniant coram Rege in quindena Paſch', ubicumque tunc fuerit in Anglie. Et quod homines ville Novi Caſtri & Prior de Tynemuth ſimiliter habeant tunc ibidem cartas ſuas de libertatibus. Et quod illi de Novo Caſtro interim ſequantur verſus Gilbertum de Roubiry, quod tunc habeant ibidem proceſſum & judicium prius inde factum coram Rege in Parliamento ſuo &c.

N° 56. Cives Eborum.

AD petitionem Civium Eborum petentium exonerari de viii li. iiii s. x d. & cii li. xii s. xi d. de quibus onerantur ad Scaccarium pro vinis Regis venditis dictis Civibus per Robertum Dacre pincernam Regis H. qui denarios pred' de eiſdem Civibus recepit, ſicut coram Baronibus de Scaccario per Attornatum ſuum recognovit,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Mandetur per breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario, quod ſcrutatis Rotulis videant ſi recognitio ſit ſic facta ut dicunt, tunc exonerentur Cives de eadem pecunia, & Robertus de Dacre inde oneretur &c.

N° 57. Wynton'.

AD petitionem executorum teſtamenti Epiſcopi Wynton' defuncti petentium, quod cum dictus Epiſcopus in vita ſua incepiſſet quandam Capellam, de aſſenſu & voluntate Prioris Wynton' & Conventus ejuſdem loci, in uno prato extra manerium de Wolueſſeye, & aſſignavit pratum illud & appropriavit Capellam Sancti Stephani contiguam dicto prato ad ſuſtentationem cujuſdam certi numeri capellanorum ibidem divina celebrancium &c. quod Rex velit dictam elimoſinam confirmare &c.,

A.D. 1304. 33 Edw. I.

Ita reſponſum eſt, Rex concedit quantum in Rege eſt appropriationem prati & ſitus Nove Capelle, & eciam appropriationem Eccleſie Sancti Stephani. Reſponſio.

N° 58. Baiouſe.

AD petitionem Roberti de Baiouſe, Vicecomitis Cantebr' & Hunt' petentis remedium de hoc, quod oneratur quolibet anno in compoto ſuo ad Scaccarium a Paſch' anno xxix uſque nunc de xxx li. infra firmam dictorum Comitatuum, que quidem xxx li. ei deberent allocari in eadem firma pro feodis Honoris Richemundie, que Comes Britannie tenet ex conceſſione Regis, quas quidem xxx li. predeceſſores ipſius Roberti, Vicecomites eorundem Comitatuum, recipere ſolebant ad firmam ſuam ut dicunt, & quas Rex nunc percipit annuatim ad Scaccarium per manus Ballivorum dicti Comitatus pro feodis predictis, nulla inde facta allocatione dicto Vicecomiti &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario, quod ſi inveniatur infra firmam Comitatus, tunc exoneretur Vicecomes &c.

N° 59. De debitis. Reſponſio conſiderata de omnimodis debitis.

AD petitionem omnium qui petunt reſtaurationem denariorum captorum ad opus Regis per ſcrutinium factum in Eccleſiis, & de lanis & correis captis ad opus Regis; Item de bladis & aliis victualibus captis ad opus Regis, & de vadiis que a retro ſunt, et eciam de reſtauro equorum amiſſorum in guerris ſuis, & de aliis debitis Regis quibuſcumque que exiguntur a Rege &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt per ipſum Regem, Rex ordinavit per Conſilium Theſaurarii & Baronium de Scaccario, quod ſatisfiet eis quam cicius fieri poterit, Ita quod contentos ſe tenebunt &c.

N° 60. De bonis arreſtatis deliberand'.

REX vult & injunxit Cancellario ſuo, quod omnia bona Mercatorum de Sancto Omero, Arras & Abbevil arreſtata in Anglia & in Scocia deliberentur, Ita quod primo inveniant ſecuritatem ſufficientem ad reſpondendum Domino Regi ad voluntatem Regis de valore bonorum predictorum. Et ſuper hoc fiant brevia petentibus &c.

N° 61. Belhous.

AD petitionem Florie que fuit uxor Thome de Belhous, petentis quod cum teneat manerium de Rammeſden, reddendo inde Regi ad Scaccarium verum valorem juxta extentam &c. pro debitis in quibus dictus Thomas Regi tenebatur de tempore quo fuit Vicecomes Cantebrigie, de quo quidem manerio conjuncta fuit perquiſitrix, & conjunctim feoffata cum predicto viro ſuo, quod Rex mitigare velit extentam illam, vel debita dicta atterminare &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario, quod viſa carta ſua de conjuncto feoffamento &c. faciant ſecundum quod de jure fuerit faciendum & ſecundum quod hactenus uſitatum fuerit in regno. Et quod hoc fiat per Conſilium Juſticiariorum &c.

A. D. 1304. 33 Edw. I.

AD petitionem Johannis filii Andree de Seleby petentis, quod Rex concedere velit licenciam quod poſſit aſſignare ſex marcas redditus in Civitate Ebor' ad quandam Cantariam faciendam pro anima magiſtri Ade de Norff' avunculi ſui & animis ipſius Johannis & anteceſſorum ſuorum &c.,

N° 62. Seleby.

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Cancellaria Vicecomiti ad inquirendum ſi ſit ad dampnum.

N° 63. Baillof.

AD petitionem Alexandri de Baillof petentis remedium, quod cum Robertus de Hugham defunctus, qui tenuit de eo manerium de Hugham per ſervicium dimidii feodi militis ratione terrarum que idem Alexander tenuit per Legem Anglie de hereditate Iſabelle de Dovorr' que fuit uxor ipſius Alexandri, & anteceſſorum dicte Iſabelle, cuſtodiam dicti Manerii ſimul cum Maritagiis heredum predicti Roberti hucuſque habuerint; Eſcaetor Manerium predictum cum pertinentiis per mortem dicti Roberti ſeiſivit in manum Regis ratione cujuſdam tenementi quod idem defunctus tenuit de Rege in Weveryng,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario, quod viſis Inquiſitionibus retornatis in Cancellaria, & ſcrutatis Memorandis ejuſdem Scaccarii tangentibus idem negotium ſi que ſint, faciant inde juſticiam &c.

N° 64. Mountagu.

AD petitionem Simonis de Mountagu petentis, quod Rex velit precipere Theſ' quod ſcrutari faciat omnia debita que ab eo exiguntur per ſummonitionem Scaccarii ad opus Regis, & quod de eiſdem debitis poſſit atterminari, & inde habere reſpectum quouſque ſcrutati ſint rotuli &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat breve Theſaurario & Baronibus quod ſcrutari faciant debita ſua, & inde certificent Regem, & quod interim habeat reſpectum, ſet non atterminetur ſine Rege.

N° 65. Merton.

AD petitionem Prioris & Conventus de Merton' quod Rex velit confirmare Cartas ſuas de libertatibus quas anteceſſores Regis eis conceſſerunt, cum clauſula iſta, quod ſi libertatibus eiſdem conceſſis minus plene uſi fuerunt &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Adeant Scaccarium & oſtendant ibi cartam, & fiat ibidem quod juſtum fuerit pro Rege faciendum.

§ ITEM ad aliam petitionem eorundem, quod Rex velit concedere quod per expreſſa verba de novo inſeranda in carta, Quod ſint quieti de tallagio, pavagio, muragio &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario quod viſa carta &c. faciant quod viderint eſſe faciendum pro Rege.

N° 66. Kirketon.

AD petitionem Cecilie que fuit uxor Roberti de Kyrketon, petentis juſticiam ſibi fieri de hoc, quod ubi portavit breve Regis de Recto ſecundum conſuetudinem Manerii de Lyndeſeye verſus Margar' que fuit uxor Edmundi Comitis Cornubie, & Agnetem que fuit uxor Thome de Bromholm, in Curia dicte Margar' de tercia parte duarum partium unius meſuagii & novem bovatarum terre in Kyrketon, dicta Margareta eidem Cicilie reſpondet quod rectum facere non poteſt, quia tenet in dotem ſocam de Kyrketon ex aſſignatione Regis, nec de hoc quod Agnes tenet quia, ſi Agnes moriatur tenementum quod tenet erit Eſcaeta Regi,

A. D. 1304. 33 Edw. I.

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Sequatur breve ut recordari faciat loquelam ex cauſa contenta in petitione coram Juſticiariis de Banco.

N° 67. Priſones Cantuarie & Maidenſtan.

AD petitionem priſonum Cantuarie & Maidenſtan indictatorum de morte hominis, & in priſona Regis detentorum ad ſectam aliquorum proſequentium impedientium eorum deliberationem per calumpnias malicioſas & irrationabiles,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeant Brevia ſecundum formam ordinatam.

N° 68. Dunolm'.

AD petitionem Prioris Dunolm' petentis remedium, quod ubi tenet omnes terras & tenementa ſua in puram & perpetuam elimoſinam & non per Baroniam, amerciatus fuit coram Willielmo de Ormeſby & Sociis ſuis Juſticiariis Domini Regis &c. & afferatus prout decet & in extractis Juſticiariorum ipſorum ad Scaccarium Domini Regis liberatis, quas quidem extractas Theſaurarius & Barones de Scaccario nondum allocaverunt, ſet eaſdem extractas remiſerunt &c. ad amerciandum prefatum Priorem tanquam Baronem,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Quod videantur extracte coram Conſilio &c. Et in alia Cedula attachiata dicte petitioni ſic indorſatum eſt, Mittatur iſta petitio Domino Willielmo de Bereford & Domino R. de Heygham per breve de Cancellaria, quod audiant rationes predicti Prioris; Et quod inquiratur ſi neceſſe fuerit ſi teneat per Baroniam. Et ſi ſic, quod amercietur ſecundum quod ſtatus ſuus requirit & fieri conſuevit in partibus illis &c.

N° 69. Communitas Anglie.

AD petitionem Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, Baronum, & aliorum de regno ſuo, petentium quod deficut ipſi fecerunt Regi ſervicia ſua ad ſummonitionem Regis in guerra ſua Scocie annis XXVIII & XXXI, quod Rex de gratia ſua velit precipere quod habeant ſcutagia que eis pertinent juxta ordinationem Regis & Conſilii ſui &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex vult quod omnes tam clerici quam laici qui fecerunt ſervicium habeant ut continetur in hac petitione, Ita tamen quod tractetur coram Conſilio de taxatione Scuti &c. Prelati, Comites, Barones, & alii Magnates, conſentiunt quod ſcutum ſit aſſeſſum ad XL s. & quod Scutagium levetur infra duos annos ſi placuerit Regi. Poſtea Rex conſentit ut predictum eſt ordinatum &c.

N° 70. Karliol'.

AD petitionem hominum Civitatis Karlioli petentium, quod Rex precipere velit Juſticiario ſuo Foreſte de Ingelwode quod capere poſſint abſque impedimento in eadem Foreſta petram pro domibus ſuis inde cooperiendis pro periculo ignis &c. propter emendationem ejuſdem ville, & ut converſantes ibidem melius hoſpitentur, & Regi plenius reſponderi poſſit de firma ſua &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat.

§ AD petitionem hominum ejuſdem Civitatis Carl' petentium, quod cum quondam tenuerunt villam predictam de Rege in feodo cum tolneto, molendinis, & piſcariis,

A. D. 1304. 33 Edw. I.

piſcariis, pro LX li. annuatim reddendis ad Scaccarium, Ita quod non deberent implacitari de tenementis ſuis alibi quam infra villam ubi nullum breve currit niſi de recto & de nova diſſeiſina, que quidem villa capta fuit in manum Regis in Itinere Hugonis de Creſſyngham, eo quod carte ſue per quas eandem villam tenuerunt combuſte fuerunt, quod Rex concedere velit quod rehabeant villam predictam tenendam ſicut eam tenuerunt tempore Regis H. patris Regis nunc, & eciam tempore Regis nunc, uſque tempus dicti Itineris &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Sequantur breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus, quod examinatis negociis & viſis rotulis de Cancellaria & aliis evidenciis, fiat eis ſecundum tenorem veteris Carte quod juſtum fuerit, tam de firma Ville quam de libertatibus & de villa rehabend' &c.

Nº 71. Hide.

AD petitionem Abbatis & Conventus de Hida petentium, quod cum habuiſſent advocationem Eccleſie de Candeure ex antiquo, & Rex nuper per quandam ſuggeſtionem ei inde factam, per quam datum fuit ei intelligi, quod Rex Henricus pater Regis nunc preſentavit ad eandem Eccleſiam quendam Philippum Paytevyn, & Inquiſitio ad breve de quare impedit ad ſectam Regis impetratum, per ignorantiam & tempus elapſum hoc idem dixit, per bonas evidentias oſtendere poterunt dictum Philippum per predictos Abbatem & Conventum fuiſſe preſentatum &c. quod Rex concedere velit quod dicti Abbas & Conventus poſſint admitti ad advocationem predictam ut jus Eccleſie ſue proſequendam per certum titulum anteceſſorum Regis &c. vel quod Rex velit capere gratioſum finem de eiſdem Abbate & Conventu pro predicta advocatione rehabenda &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat breve Canc' Theſaurario & Baronibus de Scaccario quod vocatis Juſticiariis audiant rationes Abbatis. Et ſi Abbas oſtendere poterit coram eis, per cartas, vel monumenta, vel alias evidentias, quod habet jus in dicta advocatione, tunc vult Rex quod Theſaurarius & Barones per conſilium Juſticiariorum capiant aliquem finem de Abbate & Conventu, & reddatur eis dicta advocatio non obſtante judicio inde prius reddito pro Rege, vel quod Abbas & Conventus ſatisfaciant eidem Clerico aliquo alio modo unde ſit contentus &c.

Nº 72. Dunolm'.

AD petitionem Communitatus Epiſcopatus Dunolm' petentis, quod quedam Carta eis per Antonium Epiſcopum Dunolmenſem confecta ſuper diverſis articulis libertatum eiſdem conceſſa, & que liberata fuit Magiſtro Willielmo de Grenefeld nuper Cancellario cuſtodienda, eis liberetur &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex vult quod Carta liberetur illis.

Nº 73. Communitas Anglie.

AD petitionem Comitum, Baronum, & aliorum qui ſervicium Regi debent per feoda militaria, que quidem ſervicia ipſi Regi fecerunt in guerris ſuis per ſe vel ſuos, vel finem fecerunt pro hujuſmodi ſerviciis, petentium remedium de hoc, quod Miniſtri Regis de Scaccario ab eis exigunt Scutagium per ſummonitiones Scaccarii de omnibus feodis que de eis tenentur, ac ſi ipſi nullum ſervicium fecerunt &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat breve Canc' Theſaurario & Baronibus, quod ita fiat. Et hoc precepit Rex coram toto Conſilio. Et ordinetur forma brevis per Conſilium.

A. D. 1304. 33 Edw. I.

AD petitionem Clericorum & Canonicorum libere Capelle Caſtri de Haſtinges petentium remedium de hoc, quod cum ipſi hucuſque fuiſſent liberi a juriſdictione Ordinarii, Ita quod non debent viſitari niſi per Cancellarium Regis, vel aliquem alium ibidem miſſum ex parte Regis; Epiſcopus Cantuarienſis clamans juriſdictionem ubi ipſe nec predeceſſores ſui nullam ibidem habuerunt, per colluſionem cujuſdam Willielmi de Lewes Canonicum ejuſdem Capelle, per Commiſſarios ſuos dictam Capellam viſitare fecit: Qui quidem Willielmus Prebendam ſuam diu eſt injuſte occupavit &c. per quod petunt quod vocetur reſponſurus &c.,

Nº 74. Haſtings.

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Vocetur coram Cancellario, & audiatur ille qui ſequitur pro Rege.

§ AD petitionem Clericorum & Canonicorum ejuſdem Capelle petentium, quod Rex diſponere velit quod aliqua Prebenda ejuſdem Capelle annexa ſit Decanatui, Ita quod ipſe Decanus qui adhuc pauper eſt inde poſſit habere rationabilem ſuſtentantationem pro ſervicio Dei ibidem ſupervidendo & regendo &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex vult quod Cancellarius & Theſaurarius ordinent quod ita fiat.

Nº 75. Elſefend.

AD petitionem Johannis de Elſefend petentis, quod cum Johannes de Sancta Elena duxit in uxorem Julianam que fuit uxor Gilbèrti de Elſefend cujus heres ipſe Johannes eſt, idem Johannes de Sancta Elena quendam redditum in Blunteſdon, quem tenuit per legem Anglie de hereditate dicte uxoris ſue, commiſiſſet Ade de Stratton ad terminum vite ipſius Johannis de Sancta Elena, qui quidem redditus, ſimul cum aliis terris & redditibus quos idem Adam tenuit, p forisfacturam ejuſdem captus fuit in manum Regis, & adhuc moratur &c. unde petit remedium &c. deſicut idem Johannes de Sancta Elena mortuus eſt: Et quod Rex ſuper hoc ſcrutari faciat Scriptum dicte Commiſſionis reſidens in Theſauraria &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Breve fiat Theſaurario & Baronibus quod videatur ſcriptum, & examinetur plenius negocium, & inde certificetur Rex.

Nº 76. Walterus de Hereford.

AD petitionem Walteri de Hereford magiſtri Cementarii de Carnarvan petentis quod Rex precipere velit quod ſolvantur ei CXXXI li. VI s. q. in quibus Rex ei tenetur, pro operationibus factis per ipſum Walterum in Caſtro de Carnarvan &c. ſicut patet plenius per certificationem Hugonis de Leomynyſtre, nuper Camerarii Northwallie, que eſt in Cuſtodia Camer' Scaccarii,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat breve de Cancellaria de Liberate Theſaurario & Camer' quod liberent ei tantam ſummam, & inde onerent Hugonem de Leomynyſtre, Camerarium de Carnarvan.

Nº 77. Allerton.

AD petitionem Henrici de Allerton petentis, quod Rex velit precipere quod ſolvantur ei XXX li. XV s. V d. in quibus Rex ei tenetur, pro operationibus factis per ipſum Henricum in Caſtro de Carnarvan &c. ſicut Hugo de Leominiſtre, nuper Camerarius Northwallie, Theſaurario per literam ſuam patentem certificavit, que quidem litera reſidet penes Camer' de Scaccario Domini Regis,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat breve de Cancellaria de Liberate Theſaurario & Camer' quod liberet ei tantam ſummam, & inde onerent Hugonem de Leomynyſtre, Camerarium de Carnarvan.

A D

A.D 1304. 33 Edw. I.

Nº 78. Waldeboef.

AD petitionem Johannis de Waldeboef petentis terram de Man cum Inſulis adjacentibus tanquam verus Heres earundem, pro eo quod Reginaldus quondam Rex ejuſdem terre de Man obiit ſeiſitus de eadem, a quo deſcendebat jus cuidam Marie filie ejuſdem que fuit uxor Johannis de Waldeboef, que quidem Maria alias proſequebatur jus ſuum coram Rege Anglie, & fuit tunc ei reſponſum, Quod proſequeretur jus ſuum coram Rege Scocie, eo quod terra illa tunc temporis tenebatur de ipſo Rege Scocie, que obiit in proſequendo jus ſuum: De qua quidem Maria deſcendebat jus cuidam Willielmo filio & heredi predicte Marie: Et ab ipſo Willielmo deſcendit jus Johanni de Waldeboef, filio & heredi predicti Willielmi, qui nunc petit &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Sequatur coram Juſticiariis de Banco Regis, & audiatur, & fiat juſticia. Et mittatur iſta petitio dictis Juſticiariis ſub Magno Sigillo Regis.

Nº 79. Ingham & Seint Martin.

AD petitionem Johannis filii Oliveri de Ingham, & Reginaldi filii & heredis Willielmi de Sancto Martino, petentium reſtitutionem manerii de Eſtſtepellangeford, & terciam partem manerii de Eſtegrymmeſtede, que tenebantur de predictis Olivero & Willielmo, per ſervicium duorum feodorum militis, & que per feloniam quam Johannes de Monemuth fecit de qua convictus fuit coram Salomone de Roſſ' & Sociis ſuis Juſticiariis itinerantibus in Comitatu Wiltes, ad ipſos Johannem & Reginaldum poſt annum & vaſtum debuiſſent reverti, & que quidem tenementa Rex adhuc occupat: Ac in proximo Parliamento precedente habuerunt breve ad inquirendum ſuper premiſſis, & ad faciendum venire recordum de Itinere predicto, que quidem Inquiſitio et recordum jam ſunt retornata &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Recordum hoc eſt defectivum, Ideo ſequatur breve Canc' Theſaurario, & Camerar' quod ſcrutatis rotulis de communi deliberatione Itineris predicti, mittant plenum recordum de deliberatione Johannis de Monemuth coram Rege, et ibi audiantur & fiat juſticia. Et iſtud recordum cum peticione tradatur R. le Brabanzon & Sociis ſuis. Et vocentur ibidem J. de Godele & J. Abel pro Domino Rege & Regina, quia teſtatum eſt quod tenementa petita ſunt in manu Regine.

Nº 80. Alard & Ine.

AD petitionem Thome Alard, Ballivi de Wynchelſe, & Johannis Ine magiſtri navis que vocatur la Nicolette de Wynchelſe, petentis quod poſſint computare de centum ſolidis quos receperunt de Johanne de Huſtehuet ad dictam navem preparandam anno XXIII quo tempore ordinata fuit ad paſſandum in Brabanciam cum filia Regis, Duciſſa ejuſdem terre, qui quidem centum ſolidi nunc exiguntur ab eiſdem per ſummonitionem Scaccarii &c.,

Reſponſio. Reſponſum eſt, Fiat breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario, ut audiant compotum & faciant allocationem.

Nº 81. Briſtoll.

AD petitiones diverſas Maioris & Burgenſium ville Briſtoll petentium remedium de diverſis injuriis eis ut dicunt illatis per Thomam de Berkele, & Mauricium de Berkele, videlicet quod ratione tenementorum que habent in vico de Radeclive in ſuburbio Briſtoll appropriant ſibi feodum & Dominium, in exheredationem & prejudicium Regis & Corone ſue &c. Et quod attachiant & diſtringant dictos Burgenſes ad reſpondendum coram eis in turnis ſuis in Redecliveſtre, & aliis vicis annexis, contra ſtatum Regis & dicte ville &c. Et de hoc quod quia ipſi Burgenſes injurias predictas non permittunt, ipſos tam infra villam quam extra verberant & male tractant, ita quod non poſſunt dictam villam exire ad mercandum &c. Et maxime ſe conqueruntur de eo quod Willielmus Randof, Maior dicte ville, in Nundinis de Doundrey circa horam nonam, per predictos Thomam & Mauricium & alios per ipſos ad hoc procuratos verberatus & turpiter vulneratus fuit reſiſtendo Cuſtodibus dictarum Nundinarum, quod non potuerunt ſuccurſum adhibere &c. Et ſimiliter de eo, quod Willielmum le Lung ſervientem Regis in veniendo de Glouceſtria verſus Briſtoll in regia ſtrata verberaverunt & mahemiaverunt &c. Et de eo quod Adam le Chiſmonger, & Willielmum Brid, Burgenſes ejuſdem ville conſimili modo verberaverunt, vulneraverunt, & male tractaverunt pro eo quod nolebant facere ſectam ad Curiam predictam &c. Et hujuſmodi contemptus & injurias & dampna in omnibus feriis & mercatis circumjacentibus continuare non ceſſant &c. Et de eo, quod homines indictatos de latrocinio, & in dicto vico impriſonatos, & iniquitates ſuas cognoſcentes coram Coron' vi et armis de eodem loco uſque manerium ſuum de Bedunmiſtre & deinde uſque Somerton duxerunt &c. ita quod ibidem per ignotos tanquam fideles deliberantur. &c. Et de eo quod dictus Mauricius facit diſtrictiones in navibus de Avene jacentibus, ubi nullus diſtringere poteſt niſi tantum Rex per Miniſtros ſuos &c. Que quidem omnia premiſſa dicti Thomas & Mauricius fecerunt tempore quo Dominus Rex fuit in guerris ſuis, unde petunt remedium &c.

A.D. 1304. 33 Edw. I.

Ita reſponſum eſt, Rex vult quod aſſignentur duo boni & ſenſati homines una cum Conſtab' de Briſtoll ad audiendum & terminandum querelas ſupradictas. Et ſi forte aliquid difficultatis inveniant quod ſine Rege terminare non poterunt, reportent Regi ad proximum Parliamentum. Rex vult quod Johannes Botetourt, Willielmus Haulward, & Nicholaus Fermband, Conſtabular' Briſtoll, aſſignentur ad audiendum & terminandum omnes tranſgreſſiones &c. in forma predicta. Reſponſio.

---

§ Adhuc Briſtol.

AD petitionem eorundem Maioris & Burgenſium Briſtol petentium, quod homines qui tenent terras & redditus Magiſtri & Fratrum Templi in villa Briſtoll tallientur & contributionem faciant ad tallagium Regis ejuſdem ville cum Burgenſibus ejuſdem, deſicut ipſi mercantur & omnibus aliis libertatibus & aiſiamentis uſi ſunt que ad dictam villam pertinent &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Diſtringantur pro contributionibus & tallagiis faciendis, & fiet juſticia conquerentibus. Et ſuper hoc habeatur breve de Cancellaria Maiori & Ballivis Briſtoll &c.

Nº 82. Pecche.

AD petitionem Johannis Pecche petentis, quod Rex precipere velit quod Juſticiarii aſſignati in Comitatu Warwici procedant ad captionem aſſiſe nove diſſeiſine quam tulit verſus Abbatem Weſtmonaſterii de uno meſuagio, una carucata terre & v marcis redditus cum pertinenciis in Longedon in Comitatu predicto, unde alias ſuperſeſſum fuit per Cartam Regis quam dictus Abbas inde protulit coram Willielmo Inge &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve Willielmo Inge, coram quo aſſiſa arrain' fuit, quod mittat Recordum & proceſſum W. de Mortuo Mari, & R. de Bello Fago, Juſticiariorum aſſignatorum modo; & habeat aliud breve predictis W. de Mortuo Mari, & R. de Bello Fago quod procedant ad aſſiſam capiendam, & ſuperſedeant de judicio reddendo, & quod mittant recordum & proceſſum illius aſſiſe ad proximum Parliamentum &c.

A. D. 1304. 33 Edw. I.

Nº 83. Robertus filius Walteri.

AD petitionem Roberti filii Walteri, petentis quod debita que Regi debet ad Scaccarium & in Garderoba de preſtito ejuſdem Garderobe ſint ſcrutata, & quod Rex velit allocare eidem Roberto in debitis ſuis predictis debita in quibus Rex ſibi tenetur de tempore quo fuit in obſequio Regis in Vaſconia, et etiam quod Rex velit debita que clara remanebunt atterminare ad certum per annum pro voluntate Regis et quod interim poſſet habere reſpectum de debitis eiſdem,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Cancellaria Theſ' & Baronibus de Scaccario quod fiat ſecundum formam petitionis & ita Rex vut.

Nº 84. Donewiz.

AD petitionem hominum Donewici petentis gratiam Regis de amiſſione decem navium in ſervicio Regis in guerris ſuis, cum catallis & hominibus in eiſdem navibus exiſtentibus, pretextu cujus jacture miſarum & cuſtuum per ipſos appoſitorum per preceptum Regis uſque ad ſummam M. librarum, ut dicunt, dicta villa depauperatur &c. quod Rex hujuſmodi cuſtus eis velit allocare in debitis que Regi debent &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Vocato J. de Botetourt ad Scaccarium aliqua remittant & aliqua atterminent &c.

Nº 85. Ruſſel.

AD petitionem Willielmi Ruſſel petentis, quod Rex precipere velit Inquiſitionem fieri ſi ſit ad dampnum Regis ſi Rex concedat eidem Willielmo libertates ſubſcriptas in maneriis ſuis ſubſcriptis, & quod de eo quod inveniri continget eſſe ad dampnum Regis, ipſe & heredes ſui de tanto et dimidio quolibet anno in certo redditu Regi et heredibus ſuis, per manus Vicecomitum qui pro tempore fuerint, ſatisfacere poſſint &c. videlicet liberam Warennam in dominicis terris ſuis in Derham & Henton, Feriam, & Mercatum, liberam Curiam, viſum franci plegii de omnibus tenentibus ſuis infra feodum ſuum morantibus, emendas aſſiſe panis & cerviſie, tumberellum, pillorium, thewe, amendas hutheſii levati & ſanguinis effuſi infra procinctum dictorum maneriorum, infangthef, furcas, returnum brevium Regis. Et quod Ballivi eorundem maneriorum levent debita quecumque, et quod de omnibus tenentibus ſuis de placitis que poſſunt terminari in Curia ſua poſſit habere Curiam ſuam extra Comitatus & hundreda. Et conſimiles libertates habere petit in manerio ſuo de Kyngeſton Ruſſel in Comitatu Dorſete, preter Warrennam, Feriam, & Mercatum &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Adeat in Cancellariam, & habeat breve Eſcaetori ad inquirendum in propria perſona ad quod dampnum &c. Et certificet Theſaurarium & Barones de Scaccario & etiam de valore per annum omnium illorum que petit.

Nº 86. Oſegoteby.

AD petitionem Walteri de Oſegoteby & Johanne uxoris ſue, petentis quod poſſint habere Communam paſture in quadam placia que vocatur Litelmerſh in villa de Barton ſuper Humbre, quam Alicia de Gaunt Comitiſſa, filia Gilberti de Gaunt, per cartam ſuam dedit & conceſſit Roberto Leſcrop anteceſſori dicte Johanne, cujus heres ipſa eſt, ad omnimoda averia, & unde dictus Robertus & heredes ſui ſeiſiti fuerunt quouſque Gilbertus de Gaunt, qui nuper obiit, tempore quo Joceus frater dicte Johanne defunctus fuit infra etatem & in cuſtodia ipſius Gilberti, claudere fecit in ſeperalitate &c. per quod Ballivi Regis dictum Joceum cum ad etatem pervenit de hujuſmodi communa impediverunt, & dictos Walterum & Johannem adhuc impediunt &c.,

Ita reſponſum eſt, Adeat in Cancellariam & habeat breve ad Eſcaetorem quod inquirat in propria perſona in preſencia conquer' ſi intereſſe voluerit ſuper contentis in petitione, & certificet Regem.

A. D. 1304. 33 Edw. I. Reſponſio.

Nº 87. Bourdon.

AD petitionem Galfridi de Bourdon qui alias ſecutus fuit verſus Epiſcopum Dunolm' coram Rogero Brabanzon & Sociis ſuis, de eo quod non tenuit ordinationem per Regem factam inter ipſum & Priorem Dunolmenſem per ſubmiſſionem eorundem, unde loquela adjornata fuit a die Paſche in tres ſeptimanas anno XXXI° uſque iſtud Parliamentum, per quod petit quod inde fiat voluntas Regis &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Corani Domino R. de Brabanzon &c. & veniat ordinatio Regis que eſt in Garderoba. Et Juſticiarii predicti venire faciant coram eis partes predictas, & auditis rationibus hinc inde & viſa predicta ordinatione faciant juſticiam. Et mittatur iſta petitio ſub ſigillo Regis dictis Juſticiariis.

Nº 88. Lodelawe.

AD petitionem Johannis de Lodelawe petentis allocationem de c li. liberatis Johanni de Botetourt, Willielmo de Carleton, & Johanni Huſtehueit, in partibus tranſmarinis ad negocia Regis, unde habet literas obligatorias eorundem &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Videantur litere J. de Botetourt, W. de Carleton, & Johannis Huſtehueit, & ſi inveniatur quod debitum debeatur, habeant alicubi aſſignationem, & ſuper hoc habeat breve de Cancellaria. Et conſimile remedium habeant illi qui ſunt in eodem caſu.

Nº 89. Derb'.

AD petitionem Johannis de Derb' clerici preſentati per Regem ad Eccleſiam de Wapenham, petentis quod aliquis non admittatur ad finem faciendum pro cleba & advocatione dicte Eccleſie, que capte ſunt in manum Domini Regis per judicium Curie ſue, & unde Roeſia que fuit uxor Johannis de Tyngewik ſequitur ad finem faciendum pro tranſgreſſione ſua & viri ſui ac Willielmi fillii eorundem, in prejudicium corone Regis & exheredationem Corone ſue &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Quod Rex precepit quod mater faciat finem pro terra & advocatione.

Nº 90. Thorp.

AD petitionem Johannis de Thorp petentis remedium de eo, quod Eſcaetor Regis citra Trentam poſt mortem Thome de Belhous nuper defuncti ſeiſivit in manum Regis manerium de Nolaund quod fuit predicti Thome, & quod tenuit de ipſo Johanne per ſervicium militare tanquam primum hereditatis ſue ratione que idem Thomas tenuit in Bilneye & Bodneye de Rege perquiſito ut de Honore de Haghele in manu Regis exiſtent' tanquam Eſcaeta Regis per forisfactum Comitis de Perche, qui dictum manerium de Haghele tenuit de Honore de Dovorr' & ſeiſinam omnium tenementorum predictorum liberavit Waltero de Mounſy, Habendum uſque ad legitimam etatem heredis predicti Thome de dono Regis &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Sequatur breve ad faciendum venire Inquiſitiones retornatas in Cancellaria coram Rege & Conſilio in fine Parliamenti. Et interim ſcrutetur qualiter Honor Dovorr' eſt in manu Regis, & qualiter tenuit de Honore. Mandetur per breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario quod ſcrutentur libros & rotulos, et alia memoranda de contentis in petitione. Et mittatur ibi iſta Inquiſitio et fiat juſtitia.

A. D. 1304. 33 Edw. I.

Nº 91. Cornere.

AD petitionem executorum magiſtri Willielmi de la Cornere nuper Epiſcopi Sar', petentium exonerari de quintadecima Regis a laicis conceſſa anno decimo octavo ipſum defunctum contingente, deſicut ipſe ſicut ut ceteri Prelati in provincia Cantuarienſi illo anno conceſſit Regi decimam ſecundum taxationem Norwic', in conſecratione Epiſcopi Elienſis, et etiam eam ſolvit: Et quod id quod de hujuſmodi quintadecima ad opus Regis levetur, eis in debitis ſuis allocetur &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Si inveniatur quod ita ſit, Rex vult quod fiat in forma qua petitur. Et ſuper hoc fiat breve Cancell' Theſaurario & Baronibus.

Nº 92. Prendrelath.

AD petitionem Elene de Prendrelath petentis, quod cum Johannes Wichard ei conceſſiſſet viginti marcas terre in Mamlawes in Comitatu Northumbrie, Habendum per ſeptem annos & dimidium pro centum libris quas Rex Scotorum ei in teſtamento ſuo legavit, de qua terra fuit ſeiſita per conceſſionem dicti Johannis per dimidium annum, & poſtmodum eadem terra, ſimul cum aliis terris ejuſdem Johannis, capta fuiſſet in manum Regis pro eo quod idem Johannes Scotis & inimicis Regis adheſit, & unde Inquiſitio alias per breve Regis inde facta teſtatur conceſſionem & ſeiſinam predictas in forma predicta ut dicit; Quod Rex concedere velit, quod poſſit rehabere terram predictam quouſque levaverit id quod a retro eſt de centum libris predictis &c.

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex vult quod habeat donec levaverit arreragia que ſibi debentur & revertatur tenementum illud ad Regem.

Nº 93. Kirkham.

AD petitionem Ricardi de Kyrkham petentis remedium pro ſe & liberis tenentibus Epiſcopatus Elienſis placitantibus coram Ballivis libertatis predicte per brevia aſſiſe ut mortis Anteceſſoris, quod ubi implacitando vocant aliquem ad War' qui nichil habet infra libertatem predictam, partes recedunt a Curia ſine die,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Ille qui eſt in tali caſu veniat ad Cancellariam & habeat breve de Warancia carte coram Juſticiariis de Banco, & cum ibi expeditus fuerit remittatur ad priores Judices.

Nº 94. Kereſſeye.

AD petitionem Ade de Kereſſeye, & Johanne uxoris ejus, petentium quod cum implacitaſſent Johannem de Ferers & Hawiſiam uxorem ejus, coram Radulpho de Hengham & ſociis ſuis, de manerio de Alneſcote, unde Henricus de la Mare, nepos predicte Johanne, cujus heres ipſa eſt, obiit ſeiſitus in dominico ſuo ut de feodo; Iidemque Johannes & Hawiſia in placitando aſſerebant ſe ſine Rege nunc qui manerium illud dedit Roberto de Muſcegros, patri predicte Hawſie, non poſſe reſpondere, & ſuper hoc protulerunt Cartam &c. per quod Juſticiarii procedere nolebant &c. unde petit quod procedant non obſtante carta &c.

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Si carta contineat Warantiam &c. ſuperſedeant; ſi non, procedant. Et ſic mandetur Juſticiariis per breve de Cancellaria.

Nº 95. Wardon.

AD petitionem Abbatis & Conventus de Wardon' petentis remedium de hoc, quod ubi Rex H. pater Regis nunc per Cartam ſuam eis conceſſiſſet viginti marcas annuas pro dampnis que fecit in boſcis ipſorum Abbatis & Conventus de Puttenho tempore obſidii Caſtri de Bedeford, de quibus viginti marcis annuis ſeiſiti fuerunt, ut dicunt, ad totam vitam dicti Regis Henrici & eciam tempore Regis nunc uſque ad viginti annos exnunc &c.

Ita reſponſum eſt, Veniant per breve ad Scaccarium, & oſtendant Cartam, et ubi aſſignatio facta fuit ejuſdem peccunie, et fiat juſticia per Theſaurarium & Barones. A. D. 1304. 33 Edw. I. Reſponſio.

Nº 96. Suthfeld.

AD petitionem Walteri de Suthfeld, & Johanne uxoris ejus, petentium quod ubi Ricardus de Hederſete, primus vir ipſius Johanne, dedit Abbati de Valle regali quedam tenementa infra libertatem London', Et unde idem Abbas habet Cartam Regis in qua continetur clauſula Waran', quod Dominus Rex velit eis concedere breve Maiori et Vicecom' London' quod eis ad breve de dote de tenementis predictis reſpondeatur non obſtante Carta Regis predicta.

Ita reſponſum eſt, Habeant breve de Cancellaria quod reſpondeat Abbas ad petitionem. Reſponſio.

Nº 97. Lucy.

AD petitionem Thome de Lucy petentis, quod cum judicium feciſſet contra eum de advocatione Eccleſie de Dene que eſt infra Honorem de Cokermuth' ad quoddam breve de quare impedit coram Radulpho de Hengham & ſociis ſuis Juſticiariis de Banco, Ad quam eccleſiam ipſe de jure preſentare debet ad quamlibet ſecundam vacationem, & anteceſſores ſui ad eandem preſentarunt ut participes totius Honoris predicti, & quod quidam judicium periculoſe fundatur ſuper colore cujuſdam placiti quod alias fuit de eadem advocatione, in Itinere Johannis de Vaus, & ſociorum ſuorum, inter Comitiſſam Albemarlie que tenuit propartem dicti Honoris quam Rex nunc habet in dotem, & Aliciam matrem predicti Thome de Lucy; Quod Rex pro periculo anime evitando precipere velit quod recorda utriuſque placiti veniant coram Rege, & eciam recordum alterius placiti quod fuit inter Com' Albemarlie & H. de Dene coram R. de Thurkelby & ſociis Juſticiariis Itinerantibus apud Eborum, & quod juſticia fiat ad conſcienciam R. exonerandam, & ipſe faciet finem ſi Rex velit &c.

Ita reſponſum eſt, Habeat breve ad faciendum venire recorda coram R. & videantur, & audiantur rationes querentis corã R. Et ſi compertum fuerit quod querens habeat jus, licet judicium reddatur ſecundum conſuetudinem Curie, non propter hoc remaneat quin ſuper jure querentis fiat ſibi juſticia, & per finem ſecundum diſcrecionem Theſaurarii & Juſticiariorum &c. Et mittatur iſta petitio Juſtic' de Banco R. ſub ſigillo de Cancellaria. Reſponſio.

Nº 98. Multon & Lucy.

AD petitionem Thome de Multon, & Thome de Lucy, petentium quod Dominus Rex habeat reſpectum ad jus quod habent in maneriis de Cokermuth' in Comitatu Cumbrie, Skipton' in Comitatu Eborum, & Rodeſton' in Comitatu Norhampton, que clamant tanquam hereditatem ſuam poſt mortem Aveline quondam filie Willielmi de Fortibus anteceſſoris eorundem, Et petentium quod Dominus Rex, pro ſalute anime ſue & ad exonerationem conſciencie ſue, partem dicte hereditatis ſue eiſdem concedat, & de reliqua parte relaxationem ſeu quietam clamacionem ab eis recipiat ſi velit,

Ita reſponſum eſt, Veniant & oſtendant jus ſuum coram Rege & audiantur, & ſecundum quod conſtabit de jure eorum Rex habebit deliberationem, & mittatur iſta petitio Juſticiariis de Banco Regis. Reſponſio.

Nº 99. Lutleover.

AD petitionem Ranulphi de Luttleover petentis remedium ſuper eo, quod cum ipſe dediſſet Domino R. omnes terras & tenementa ſua in Luttleover in Comitatu Ceſtrie, ad valenciam c & unius ℔. per extentam

A. D 1304. 33 Edw. I.

tam annuatim, pro quibus terris et tenementis predictis Dominus Rex dedit prefato Ranulpho alias terras in Marleſton, & Lache, & communam paſture per totum Mariſcum de Galteneye, que communa extendebatur ad duas marcas per annum, quam communam habere non poteſt pro eo quod dictus mariſcus eſt proprium ſolum Roberti de Mohaut & paſtura ſeperalis ejuſdem, & extenta illius paſture per errorem facta & dicto Ranulpho aſſignata,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Cancellaria ad Theſaurarium & Barones de Scaccario, & oſtenſis cartis & extentis ibidem fiat juſticia.

N° 100. Scurlag.

AD petitionem Galfridi Scurlag, & Johanne Uxoris ſue, relicte Rogeri de Gardin, petentium remedium ſuper eo quod cum ipſe Rogerus & Johanna diſſeiſiti fuerunt per Priorem de Bermondeſeye de libero tenemento ſuo in Wat'ford & Richemund in Comitatu Hertford', quod tenementum dicta Johanna perquiſivit de Adam de Stratton, Habendum ſibi & heredibus ſuis de corpore ſuo procreatis, Reddendo inde dicto Ade & heredibus ſuis XL s. per annum, & fuit in pacifica poſſeſſione ante foriſfactum dicti Ade per ſex annos & ultra, propter quod dicti Rogerus & Johanna portaverunt breve nove diſſeiſine verſus dictum Priorem & alios diſſeiſitores, coram Juſticiariis aſſignatis in Comitatu predicto. Et dictus Prior dixit, Quod non potuit ſine Domino Rege reſpondere, eo quod ipſe Prior habuit tenementum predictum de dono Domini Regis, & protulit Cartam Regis nunc, propter quod dicti Juſticiarii ulterius procedere noluerunt ſine ſpeciali precepto Domini Regis,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Fiat breve de Cancellaria Juſticiariis aſſignatis, quod procedant ad aſſiſam inde capiendam et veritatem inquirendam, non obſtante Carta, et ſuperſedeant Judicio, et mittant recordum coram Domino Rege, et ulterius fiat quod juſtum &c.

N° 101. Cornewaill.

AD petitionem Edmundi de Cornubia, quod Rex concedere velit quod ipſe uti et gaudere poſſit quibuſdam libertatibus in manerio ſuo de Thinmerk quibus Ricardus de Cornubia pater ſuus et anteceſſores ſui uſi ſunt a tempore quo non extat memoria, ſicut continetur in quadam Inquiſitione inde facta per Vicecomitem Lincolnie per breve Regis, videlicet libera Curia, viſu franci plegii de omnibus tenentibus ſuis de feodo ſuo pertinentibus ad predictum manerium, infangenethef, & furcis, emenda cerviſie, cum tumberello, thewe, weif, emende de Huteſio levato & de ſanguine effuſo, cum catallis felonum ibi indictatorum &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex vult quod fiat.

AD petitionem Agathe de Mortuo Mari, tercie heredum & participum Mareſcallorum in comitatu de Kildar in Hibernia, alias in Parliamento Regis apud Weſtmonaſterium anno XXX°, & eciam ad peticionem ſuam ad iſtud Parliamentum exhibitam, per quas peciit verſus R. propartem ſuam ipſam contingentem de exitibus & proventibus de Curia Com' de Kildar provenientibus, ibidem percipiendis, & inter ipſam & coheredes & participes ejuſdem hereditatis diſtribuendis &c.,

A. D. 1304. 33 Edw. I.

N° 102. Hib'n'.

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Mittat aliquem ad Theſaurarium & ad alios quos ſecum Theſaurarius aſſociare voluerit, & ille miſſus habeat plenam poteſtatem a domina componendi & faciendi omnia que cedunt ad finalem iſtius negocii deciſionem. Iſta reſponſio facta fuit in alio Parliamento, & concordatum eſt in iſto nunc Parliamento anno XXXIII, quod ſuper iſta reſponſione fiat breve de Cancellaria Regis Theſaurario & Baronibus de Scaccario. Et conſimilis reſponſio ſit Cecilie de Beauchaump, & Johanne de Vinon' participibus, & propartes ſuas petentibus &c.

N° 103. Margar' de Clare.

AD petitionem Margar', que fuit Uxor Edmundi, Comitis Cornubie, petentis quod poſſit habere tallagium de tenentibus ſuis in maneriis que tenet in dotem de antiquis dominicis, & breve aſſeſſoribus tallagii, quod ſi quid de hujuſmodi tenentibus levatum fuerit eidem Margar' reſtituatur &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Cancellaria de tallagio ſuo habendo, prout Rex conceſſit omnibus Prelatis, Comitibus, & aliis in tali caſu &c. Et ſimiliter habeat breve de Cancellaria illis qui aſſignantur ad tallagium nomine Regis aſſidendum & levandum, quod inde ſe non intromittant, Et quod ſi quid inde levatum fuerit reſtituatur eidem.

§ AD petitionem ejuſdem Margar' petentis remedium ſuper eo, quod cum ipſe habeat molendina ſuper aquam de Frome, & ſtagna molendinorum per inundationem ejuſdem aque fracta fuerunt ſuper ſolum alienum, & ibidem curſum ſuum facit, nec poteſt dicta ſtagna reparare quia ſolum alienum eſt, quod cedit in dampnum dicte Comitiſſe et exheredationem Regis futur' niſi remedium ordinetur &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Soit maunde par bref de la Chancelerie au Viſcount quil enquerge en quele eſtat la breche eſtoit devant, & coment il le purroit redreſcer au meins de damage de pais. Et ſi avant ceſt houre il ſoit avenuz, coment il ſoleit eſtre fait &c. Et pur damage que purroit avenir au Roi, ſoit redreſce au couſtages la dame, & ſil purpreigne on oure ſur autri ſoil pur la breche eſtoper, face gre en due manere.

N° 1. (m. 2.)

*EDWARDUS Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie, Vicecomiti Norhampt', Salutem. Precipimus tibi quod aſſumptis tecum quatuor de diſcretioribus et legalioribus Militibus de Balliva tua, ſine dilatione in propria perſona tua accedas ad Nichm de Segraue, et ipſum in preſentia predictorum Militum ſummon' et ei ex parte noſtra firmiter injungas, Quod ſit coram Nobis in proximo Parliamento noſtro apud Weſtmonaſterium, in primo adventu noſtro ibidem, ad audiendum voluntatem noſtram ſuper hiis que tunc ibidem proponere intendimus verſus eum, et ad faciendum et recipiendum ulterius quod Curia noſtra conſideraverit in premiſſis. Et habeas ibi nomina predictorum quatuor Militum, et hoc Breve. Teſte meipſo apud Spaldyng XXI die Januarii anno regni noſtri triceſimo tertio.

Per Breve de privato ſigillo.

Dorſo of the Writ. Aſſumptis mecum quatuor diſcretis et legal' Militibus de Balliva mea, videlicet Thoma Wale, Waltero filio Roberti de Dauentre, Roberto de Bray de Wolaſton, et Radulpho de Normanvyle, Et in propria perſona mea acceſſi apud Stowe ad Manerium Nichi de Segraue, & ipſum ad predictum Manerium, in preſentia predictorum quatuor Militum, ſummonivi et firmiter injunxi eſſendi coram Vobis ad proximum Parliamentum veſtrum, prout Breve exigit.

* This Writ is upon a Slip of Parchment ſtitched to the Roll.

A. D. 1304. 33 Edw. I. Placita in Parliamento Domini Regis apud Weſtmonaſterium, die Dominica proxima poſt Feſtum Sancti Mathie Apoſtoli, anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici triceſimo tertio. A. D. 1304. 33 Edw. I.

Northampt' ff. DOMINUS Rex mandavit Vicecom', quod aſſumptis ſecum quatuor de diſcretioribus et legal' Militibus Comitatus ſui, in propria perſona ſua accederet ad Nicholaum de Segraue, et ipſum in preſentia predictorum Militum ſummon' et ex parte Domini Regis firmiter ei injungeret, quod eſſet coram Domino Rege in proximo Parliamento ſuo apud Weſtmonaſterium, in primo adventu Domini Regis ibidem, ad audiend' voluntatem ipſius Domini Regis ſuper hiis que tunc ibidem proponere intenderet verſus eum, et ad faciend' et recipiend' ulterius quod Cur' Domini Regis conſideraret in premiſſis. Et Vicecom' modo mandavit, quod aſſumptis ſecum Thoma Wale, Waltero filio Roberti de Daventre, Roberto de Bray de Wolaſton, et Radulpho de Normanvill quatuor Militibus, &c. in propria perſona ſua acceſſit apud Stowe, ad manerium predicti Nichii, et in preſentia eorumdem Militum ſummon' predictum Nichim et ei firmiter injunxit quod eſſet coram Domino Rege in iſto Parliamento nunc, juxta formam et tenorem mandati predicti &c.

Et Nichus de Segraue modo venit in pleno Parliamento in preſentia ipſius Domini Regis, Archiepiſcopi Cantuar', et plurimorum Epiſcoporum, Comitum, Baronum, et aliorum de Conſilio Domini Regis tunc ibidem exiſtentium.

Et Nichs de Warrewyk', qui ſequitur pro ipſo Domino Rege, acculpavit predictum Nichim de Segraue, de eo quod cum Dominus Rex nunc in ultima guerra ſua Scotie inter hoſtes et inimicos ſuos extitiſſet, et idem Nichs de Segraue, homo ligius tenens de ipſo Domino Rege per homagium et fidelitatem, in eadem guerra in exercitu et auxilio ipſius Regis commorans eſſet, idem Nichs de Segraue, motu proprio, malicioſe et abſque cauſa, contentionem et diſcordiam verſus Johannem de Crumbwell in eodem exercitu, ſimiliter in auxilium Regis exiſtentem, movebat, & ipſum Johannem in tantum perſequebatur, enormes iniquitates eidem imponendo, eaſdemque per corpus ſuum verſus eum probare, et vadium ad eaſdem diſſonand' offerendo, qd predictus Johannes omnes iniquitates per eundem Nichim ſic ei impoſitas in Cur' ipſius Domini Regis Domini ſui predicti, per corpus ſuum, vel alio modo prout eadem Cur' conſideraret, paratum ſe defendere offerebat, et ad hoc fidem ſuam ei dedit. Et poſt ejuſdem fidei dationem predictus Nichs de Segrave, elongando ſe & ſuos, et extrahendo predictum Johannem et ſuos ab exercitu et auxilio ipſius Domini Regis, quantum in ipſum Nichim fuit, eundem Regem inter inimicos ſuos periculo hoſtium ſuorum relinquendo ſprevit, et predictum Johannem ad ſe defendend' in Cur' Regis Francie adjornavit et certum diem ei dedit; et ſic quantum in eo fuit ſubiciens et ſubmittens Dominium Regis et Regni Anglie ſubjectioni Dominii Regis Francie, et ad hoc faciend' iter ſuum arripuit uſque Douoriam ad transfretand'. Cui per Robertum de Burghiaſh, Conſtabularium Caſtri Douor' & Cuſtodem Portuum, ex parte ipſius Domini Regis expreſſe fuit prohibitum ne transfretaret, pro eo quod idem Dominus Rex ipſi Conſtabulario et Cuſtodi &c. mandaverat ne, durante guerra ſua predicta, aliquem cum equis et armis extra Regnum Anglie transfretare permitteret. Et predictus Nichs de Segrave fingens ſe predicte prohibitioni velle obediri, ſe ad alium locum quam ad Portum debitum transferens, clam et latitanter transfretavit, et in Franciam applicuit, ad propoſitum et impriſam ſuam malicioſam proſequend' et explend'. Quod Domino Regi nunciatum fuit: per quod idem Dominus Rex mandavit predicto Conſtabulario et Cuſtodi &c. per Breve ſuum, Qd ſi predictum Nichim redire contingeret, tunc ipſum caperet, et ſalvo cuſtodiret donec aliud inde ab eodem Domino Rege haberet in mandatis. Qui quidem Conſtabular' pretextu illius mandati ipſum Nichim, poſtquam ibidem rediit, cepit et in priſonam ſub certa cuſtodia poſuit, a qua idem Nichs de Segraue poſtea evaſit. Unde predictus Nichs de Warrewyk' qui ſequitur pro ipſo Domino Rege, dicit, quod predictus Nichs de Segrave omnia premiſſa fecit nequiter et malicioſe, in perſone Domini Regis periculum, Curie ſue contemptum, Corone et dignitatis ſue Regie leſionem et exheredationem manifeſtam, et contra ligianciam, homagium, juramentum, et fidelitatem, quibus ipſi Domino Regi tenebatur. Et hoc offert pro ipſo Domino Rege verificare, prout Curia conſideraverit &c.

Et predictus Nichs de Segraue, in preſentia ipſius Domini Regis et aliorum omnium predictorum, omnia antedicta in forma ſibi impoſita expreſſe cognovit, et voluntati Domini Regis de alto & baſſo inde ſe ſubmiſit.

Et ſuper hoc Dominus Rex volens habere aviſamentum Comitum, Baronum, Magnatum, et aliorum de Conſilio ſuo, injunxit eiſdem in homagio, fidelitate, et ligiantia, quibus ei tenentur, qd ipſum fideliter conſ.... rent qualis pena pro tali facto ſic cognito fuerit infligenda. Et interim idem Nichs committatur priſone ad Turrim. Qui omnes, habito ſuper hoc diligenti tractatu et aviſamento, conſideratis et intellectis omnibus in predicto facto contentos, et per predictum Nichum de Segraue plene et expreſſe cognitis, dicunt, qd hujuſmodi factum meretur penam amiſſionis vite &c.

Et licet idem Nichs de Segrave per conſiderationem predictam judicium vite ſubire deberet, Dominus Rex tamen, de gratia ſua ſpeciali, pietate motus, malens vitam quam mortem eorum qui ſe voluntati ſue ſubmittunt, Remittit eidem Nichio judicium vite et membrorum. Et concedit qd idem Nichs inveniat ſeptem bonos et ſufficientes Manucaptores, qui eum manucapiant, videlicet corpus pro corpore, qd idem Nichs ſe reddet priſone ad voluntatem Domini Regis, et ubi, et quando, et quotiens Dominus Rex voluerit, et etiam ad reſpondend' Domino Regi de terris et exitibus omnium terrarum ſuarum quas nunc habet, et quas in poſterum habebit hereditarie, de perquiſito, vel nomine uxoris ſue, aut alio modo quocumque, ad voluntatem Domini Regis, a tempore quo idem Nichus et alii Manucaptores ſui per ipſum Regem premuniti erunt ad reſpondend' inde ſi ea habere voluerit.

Et ſuper hoc Alexander Cheueroyl, Henricus de Segrave, Theobaldus de Nevill, Robertus de Leyburn, Johannes del Idle de Inſula de Ely, Willms Touchet, et Johannes Paynel, manuceperunt predictum Nichim in forma predicta. Ideo idem Nichs deliberetur a priſona per manucaptionem predictam. Et nichilominus manucaptores predicti fecerunt Litteras ſuas patentes ſuper manucaptione predicta, ſigillis ſuis ſignatas, in hec verba:

Omnibus

A. D. 1304. 33 Edw. I.

Omnibus ad quos preſentes Littere pervenerint, Alexander Cheueroyl, Henricus de Segraue, Theobaldus de Nevill, Robertus de Leyburn, Johannes del Idle de Inſula de Ely, Willms Touchet, et Johannes Paynel, Salutem. Noveritis, quod cum Nichs de Segraue, Miles, ſuper quibuſdam tranſgreſſionibus et criminibus coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo ad Parliamentum ſuum apud Weſtmonaſterium, die Dominica proxima poſt Feſtum Sancti Mathie Apoſtoli, anno regni Domini noſtri Domini Regis Edwardi triceſimo tertio, eſſet acculpatus, et que tranſgreſſiones et crimina idem Nichs nequiter et malicioſe in perſone Domini Regis periculum, Curie ſue contemptum, Corone et dignitatis ſue Regie leſionem et exheredationem manifeſtam, et contra ligianciam, homagium, juramentum, et fidelitatem quibus idem Nichs Domino Regi tenebatur, feciſſe dicebatur, et que omnia et ſingula in forma ſibi impoſita expreſſe cognoviſſet, et voluntati Domini Regis de alto et baſſo inde ſe ſubmiſiſſet, Et pro quibus per communem aſſenſum Comitum, Baronum, Magnatum, et aliorum de Conſilio Domini Regis concordatum fuiſſet, Quod idem Nichs judicium vite et membrorum meruerat: Ac Dominus Rex poſtea, pietate motus, de gratia ſua ſpeciali eidem Nicho remiſiſſet judicium predictum, et conceſſiſſet, qđ idem Nichus inveniret ſeptem bonos et ſufficientes Manucaptores, qui eum manucaperent, videlicet corpus pro corpore: Ita quod idem Nichus ſe redderet priſone ad voluntatem ipſius Domini Regis, et ubi, et quando, et quotiens, Dominus Rex voluerit, et etiam ad reſpondend' ipſi Domino Regi de terris et exitibus omnium terrarum ſuarum quas tunc habuit, et quas in poſterum habebit hereditarie, de perquiſito, vel nomine Uxoris ſue, aut alio modo quocumque, ad voluntatem Domini Regis, a tempore quo idem Nichus et nos per ipſum Dominum Regem premuniti erimus ad reſpondend' inde, ſi Dominus Rex ea habere voluerit: Nos omnes et ſinguli eundem Nichum coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo die Lune proxima poſt Feſtum Annunciationis beate Marie, anno predicto, manucepimus in forma predicta, prout in Recordo coram ipſo Domino Rege et Conſilio ſuo inde habito plenius continetur. Et etiam per preſentes cognoſcimus et obligamus nos omnes et ſingulos noſtrum eſſe manucaptores ejuſdem Nichi in eadem forma. Et manucapimus et promittimus quod idem Nichus omnia et ſingula predicta implebit firmiter, et ſervabit fideliter, non contraveniendo ullo modo, alioquin exnunc ut extunc pro nobis et heredibus noſtris concedimus et obligamus corpora noſtra voluntati ipſius Domini Regis, ad faciend' inde voluntatem ſuam de alto et baſſo. Et quod omnes terre et poſſeſſiones noſtre, et omnia Bona noſtra mobilia et inmobilia ubicumque inveniantur, ipſi Domino Regi et heredibus ſuis perpetuo ſint incurſa, ad faciend' inde ſuam et heredum ſuorum omnimodam voluntatem. Et quod liceat ei, et heredibus ſuis, auctoritate propria ea capere, et ut propria retinere, ſine aliqua contradictione vel reclamatione noſtri vel heredum noſtrorum imperpetuum. In cujus rei teſtimonium preſentibus Litteris ſigilla noſtra appoſuimus. Hiis Teſtibus, Venerabilibus Patribus Antonio Dunolm', Waltero Coventr' et Lich', Johanne Karleoln', Epiſcopis; Henrico Lincoln', Guydone Warrewyk', Comitibus; Rogero le Brabanzoun, Radulpho de Hengham, et aliis. Dat' apud Weſtmonaſterium, die Mercurii proxima poſt Feſtum Annunciationis beate Marie, anno regni Domini Regis Edwardi predicti ſupradicto.

Et ſimiliter predictus Nichus de Segraue fecit litteras ſuas patentes nomine ſuo proprio ſuper eadem manucaptione, ſigillo ſuo ſignatas, in hec verba:

Omnibus ad quos preſentes Littere pervenerint, Nichus de Segraue, Miles, Salutem. Noveritis, quod cum ego ſuper quibuſdam tranſgreſſionibus et criminibus coram Domino meo Domino Rege et Conſilio ſuo ad Parliamentum ſuum apud Weſtmonaſterium, die Dominica prox' poſt Feſtum Sancti Mathie Apoſtoli, anno regni Domini mei Domini Regis Edwardi triceſimo tertio, eſſem acculpatus, Et que tranſgreſſiones et crimina nequiter et malicioſe in perſone Domini mei predicti periculum, Curie ſue contemptum, Corone et dignitatis ſue Regie leſionem et exheredationem manifeſtam, et contra ligianciam, homagium, juramentum, & fidelitatem, quibus Domino meo predicto tenebar, per me eſſe facta dicebantur: Et que omnia et ſingula in forma mihi impoſita expreſſe cognoviſſem, et voluntati Domini mei predicti de alto et baſſo inde me ſubmiſiſſem, et pro quibus per communem aſſenſum Comitum, Baronum, Magnatum, et aliorum de Conſilio prefati Domini mei, concordatum fuiſſet, quod ego judicium vite et membrorum merueram, Ac Dominus meus antedictus, pietate motus, de gratia ſua ſpeciali judicium predictum michi remiſiſſet, et conceſſiſſet quod invenirem ſeptem bonos et ſufficientes manucaptores, qui me manucaperent, videlicet corpus pro corpore; Ita quod ego me reddam priſone ad voluntatem Domini mei predicti, et ubi, et quando, et quotiens, idem Dominus meus voluerit, et etiam ad reſpondend' ipſi Domino meo de terris et exitibus omnium terrarum mearum quas tunc habui, et quas imposterum habebo hereditarie, de perquiſito, vel nomine Uxoris mee, aut alio modo quocumque, ad voluntatem prefati Domini mei, a tempore quo manucaptores mei et ego per ipſum Dominum meum erimus premuniti ad reſpondend' inde, ſi Dominus meus predictus ea habere voluerit: Egoq; coram ipō Dño meo et Conſilio ſuo, die Lune proxima poſt Feſtum Añunciationis beate Marie, eodem anno, manucaptor' juxta voluntatem Domini mei predicti inveniſſem, qui me ibidem manuceperunt in forma predicta, prout in recordo coram ipō Dño meo et Conſilio ſuo inde habito plenius continetur: Ego Nichus promitto, et per preſentes me obligo, qđ omnia et ſingula pđca implebo firmiter, et ſervabo fideliter, non contraveniendo ullo modo, alioquin exnunc ut extunc p̄ me et heredib' meis concedo & obligo corpus meum voluntati Domini mei predicti, ad faciend' inde voluntatem ſuam de alto et baſſo, quod om̄es terre, & poſſeſſiones mee, & omnia Bona mea mobilia & inmobilia ubicumque inveniantur, ipſi Dño meo et heredibus ſuis perpetuo ſint incurſa, ad faciend' inde ſuam et heredum ſuorum omnimodam voluntatem. Et quod liceat ei et heredibus ſuis auctoritate propria ea capere, et ut propria retinere, ſine aliqua contradictione vel reclamatione mei vel heredum meor' imppetuū. In cujus rei teſtimonium preſentibus Litteris ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Venerabilibus Patribus Anton' Dunolm', Waltero Coventr' et Lich', Johanne Karleoln', Epiſcopis; Henrico Lincoln', Guydone Warrewyk', Comitibus; Rog̃o de Brabanzon, Rađo de Hengham, et aliis. Dat' apud Weſtmonaſterium, die Mercur' proxima poſt Feſtum Añunciationis beate Marie, anno regni Dñi Regis Edwardi predicti ſupradicto.

Et ſciend' quod utreque Littere ſupraſcripte modo p̄dc̄o ſignate, una cum tranſcripto recordi ſupraſcripti, liberabantur Johanni de Banſted per manum Gilberti de Roubyr' die Jovis in octabis feſti Añunciationis beate Marie, anno predicto, ad cuſtodiend' in Garderoba Domini Regis. Sciend' eciam quod tranſcripta tam litterarum quam Recordi et proceſſus predictorum liberabantur eodem tempore per manum Gilberti predicti in Canc' in utroque Banco et in Scaccario inſerenda, et perpetuo in omnibus locis predictis per preceptum ipius Dñi Regis remanenda &c.

* Poſtea poſt mortem predicti Regis, Dominus Edwardus Rex filius ſuus mandavit Breve . . . . . in hec verba:

Edward par la grace de Dieu Roi D'engleterre, Seignur D'irland . . . . . a noſtre cher Clere Gilbert de Roubirs noſtre Juſtice, Saluz. Come noſtre cher & foial (1.) . . . . . Seg̃ve pur aucuns treſpas quil fiſt en temps noſtre cher pere, qui (2.) . . . . . .

* From hence to the end of this Roll differs from the Vetus Codex. The Chaſms are to be thus ſupplied: (1.) Nicolas de — (2.) Dieu aſſoile, feuſt pris & empriſone, & quant — (3.) ſes lettres, & par reconiſaunces faites en noſtre dit Eſchequer, & en autres diverſes places — (4.) a retorner — (5.) vouſiſt demander. Et auſſi de.

A. D. 1304. 33 Edw. I.

. . . . . noſtre dit pere lui fiſt grace de deliveraunce il ſe obligea par (3.) . . . . parlement dont les roules demorent devers vous, (4.) . . . . arriere a la priſon quele houre q̃ noſtre dit pere lui (5.) . . . . . reſpoundre a meiſme noſtre dit pere de totes les iſſues de ſes terres du jour de la deliveraunce enauaunt, quele houre q̃ noſtre dit pere les vouſſit demander: Et nous de noſtre grace eſpeciale por le bon ſervice q̃ le dit Monſr Nicholas nous ad fait et fera uncore, lui eoms releiſſe cele obligation, et fait rendre ſes dites lettres, et lui eioms premis q̃ nous feroms retrerre et anentir la dite reconiſaunce: Vous mandoms q̃ vous facez ſercher meiſme la reconiſaunce, & la facez retrerre et anentir ſolonc noſtre grant auauntdit. Don' ſouz noſtre prive ſeal a Weſtmonſter, le VII jour de May, lan de noſtre regne premer.

(Dorſo of m. 2.)

Nº 1. NICHOLAUS de Kyngeſton coram Domino Rege arenatus de hoc, quod ipſe cum Nichio de Segrave transfretavit ad partes Francie in ſocietate & auxilio dicti Nicholai ad peragenda ea que idem Nicholaus nequiter & malicioſe preſumpſerat facere, in regie dignitatis & Corone ſue leſionem & exheredationem manifeſtam, prout eidem Nicholao imponebatur, prout patet in Recordo inde verſus dictum Nicholaum facto, & que omnia idem Nicholaus expreſſe cognovit & conceſſit, Et etiam de hoc quod idem Nicholaus de Kyngeſton aſſenſiens & favens fuit eidem Nicholao de Segrave ad omnia facienda que idem Nicholaus de Segrave cognovit, in contemptum Dñi Regis et contra ligianciam & fidelitatem ipſius Nicholai de Kyngeſton &c. Qui quidem Nicholaus defendit quicquid eſt in contemptum Domini Regis & in exheredationem ſuam, & bene defendit quod nuncquam favens fuit eidem Nicholao de Segrave, nec aſſenſiens aut conſulens ad aliqua facienda que idem Nicholaus fecit in aliquo, nec cum eo transfretavit, nec de tempore aut cauſa transfretationis ipſius Nicholai de Segrave ſcivit, nec in ſocietate ipſius per tria quarteria anni ſtetit antequam predictus Nicholaus predicta preſumpſit, & hoc paratus eſt defendere ſicut Curia conſideraverit. Et ideo de aſſenſu Regis conſideratum eſt, quod vadiat ei legem ſe XII manu Militum &c. Poſtea die Veneris ſecundo die Marcii venit predictus Nicholaus de Kyngeſton & ſtetit legem &c. cum XI Militibus, videlicet Henrico de Leybourn, Simone de Segrave, Roberto de Stangrave, Willielmo Ruſſel, Reginaldo de Sancto Martino, Philippo de Lyndeſeye, Eble de Mountz, Henrico de Mortimer, Hugone Godard, Roberto Sturmy, Fulcone Paifrer. Ideo conſideratum eſt quod predictus Nicholaus eat inde quietus &c.

Nº 2. Carta Epiſcopo Sar' de fundatione Eccleſie de Sarum & Civitatis.

HENRICUS Dei gratia, Rex Anglie, Dñs Hibernie, Dux Normannie, Aquitanie, & Comes Andegavie, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Viceçom', Prepoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, Salutem. Sciatis Nos ob reverentiam & honorem Dei & beate Marie Virginis, & pro ſalute noſtra & anteceſſorum & heredum noſtrorum, conceſſiſſe & preſenti carta confirmaſſe, Deo & Eccleſie beate Marie cujus tranſlationem de Caſtro noſtro Sariſbirs ad locum Inferiorem factam ratam habemus, & in cujus Eccleſie fundamento primum lapidem poſuimus, & Venerabili Patri Ricardo ejuſdem loci Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, & Canonicis ejuſdem Eccleſie & hominibus ſuis, omnes libertates & liberas conſuetudines quas habuerunt temporibus predeceſſorum noſtrorum Regum Anglie ubicumque locorum in Regno noſtro, per cartas eorundem anteceſſorum noſtrorum vel aliorum de Regno noſtro dicte Eccleſie Epiſcopis & Canonicis collatas & confirmatas, ſicut Carte predeceſſorum noſtrorum & aliorum Donatorum rationabiliter teſtantur. Volumus eciam & concedimus pro Nobis & heredibus noſtris, quod Locus ille qui dicitur *Nova Sareſburia ſit libera Civitas imperpetuum, clauſa foſſatis ſicut inferius notatum eſt, & quod Cives ejuſdem Civitatis ibidem manentes per totam terram noſtram ſint quieti de theolonio, pontagio, paſſagio, paagio, laſtagio, ſtallagio, cariagio & omni alia conſuetudine per totam terram noſtram de omnibus rebus ſuis quas per terram vel per aquam deportare fecerint. Et prohibemus ne quis eos aut poſſeſſiones aut terras aut ſervientes eorum contra libertatem Carte noſtre vexet vel diſturbet ſuper forisfacturam noſtram. Et concedimus quod predicti Cives habeant imperpetuum omnes alias Libertates & quietancias per totam terram noſtram quas habent Cives noſtri Wynton'. Volumus eciam & concedimus prefato Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, quod predictam Civitatem Nove Sariſbirie propter metum latronum foſſatis competentibus claudant & teneant imperpetuum, ſicut proprium dominicum ſuum, Salva Nobis & heredibus noſtris Advocatione ejuſdem ſedis & omni alio jure quod in ea vacante ſicut in aliis cathedralibus eccleſiis vacantibus in regno noſtro habemus, & habere debemus. Non autem licebit Civibus predictis burgagia vel tenementa que habent vel habituri ſunt in eadem Civitate, Eccleſiis vel viris Religioſis dare, vel vendere, vel invadiare, ſine licencia & voluntate predicti Epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum. Concedimus inſuper eidem Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, quod pro neceſſitatibus ſuis & Eccleſie ſue tallagium vel rationabile auxilium capiant de predictis Civibus ſuis quando Nos vel heredes noſtri tallagium faciemus in dominicis noſtris. Concedimus eciam predicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, quod ad emendationem ejuſdem Civitatis, vias & pontes ad eam ducentes mutent & tranſferant & faciant ſicut viderint expedire, Salvo jure cujuſlibet alterius. Volumus eciam & concedimus predicto Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, quod habeant ſingulis annis imperpetuum unam Feriam in predicta Civitate Nove Sareſbirie a vigilia Aſſumpcionis beate Marie uſque in craſtinum octavarum ejuſdem feſti duraturam, & qualibet ſeptimana unum Mercatum ibidem per diem Martis, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi ferias & mercata pertinentibus. Volumus inſuper & precipimus, quod omnes Mercatores terrarum noſtrarum, & Mercatores aliarum terrarum qui ſunt ad pacem noſtram, & eorum mercandiſe, ad predictam Civitatem venientes & ibidem morantes & inde recedentes, habeant liberum venire, ſtare, & recedere, tam per aquas & pontes quam per terram, & quod liberos habeant introitus in terram noſtram, & liberos exitus a terra noſtra, ſine omni impedimento ballivorum noſtrorum & aliorum, faciendo debitas & rectas conſuetudines. Omnes autem libertates & acquietancias concedimus predicto Epiſcopo et ſucceſſoribus ſuis et Canonicis et Civibus predicte Civitatis; Ita quod per hanc liberalem conceſſionem noſtram dicte Eccleſie & prefato Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis & Canonicis & Civibus factam, nichil eidem Epiſcopo vel ejus ſucceſſoribus vel dicte Eccleſie Canonicis pro tempore ſubtrahatur de libertatibus conceſſis eiſdem per Cartas predeceſſorum noſtrorum Regum Anglie, & aliorum Donatorum. Hec omnia predicta ſepedicto Epiſcopo et ſucceſſoribus ſuis Canonicis et Civibus ſupradictis conceſſimus, ſalvis libertatibus Civitatis noſtre London'. Quare volumus et firmiter precipimus, quod predictus Epiſcopus & ſucceſſores ſui Canonici & Cives ejuſdem Civitatis habeant & teneant imperpetuum omnes predictas libertates & liberas conſuetudines & quietancias bene & in pace, libere et integre et honorifice, in omnibus rebus et locis per totam terram noſtram ſicut predictum eſt. Hiis teſtibus, Euſtachio London', Petro Wynton', Joſcelino Bathon', Epiſcopis, Huberto de Burgo Juſticiario noſtro, Gilberto de Clare Comiti Glouc' & Heref' Ricardo de Argentomo, Radulpho filio Nicholai Seneſcallo noſtro, Henr' de Capella, & aliis. Dat' per manum Venerabilis Patris Radulphi Ciceſtrenſis Epiſcopi, Cancel-

A. D. 1304. 33 Edw. I.

* *Nova* is in the Margin, in a modern hand.

larii

A. D. 1304. 33 Edw. I.

larii noſtri, apud Weſtm' xxx die Januarii anno regni noſtri undecimo.

Nº 3. Wiltef'. Placitum inter Epiſcopum Sar' & Cives Sar'.

DOMINUS Rex mandavit breve ſuum Vic' Wilteſ' in hec verba: Edwardus Dei gratia &c. Vicecomiti Wilteſ', Salutem. Quia conſtat Nobis per inſpectionem Carte celebris memorie Domini H. quondam Regis Anglie patris noſtri, quod idem pater noſter conceſſit Epiſcopo Sarum & ſucceſſoribus ſuis quod tallagium vel rationabile auxilium capiant de Civibus Civitatis Nove Sarum, quando Nos vel heredes noſtri tallagium in dominicis noſtris fecerimus; Et jam ex querela Venerabilis Patris S. Sarum Epiſcopi intellexerimus, quod Cives predicti ſe talliari non permittunt, contra tenorem Carte & Conceſſionis predictarum: Tibi precipimus, quod per duos probos & legales homines de Comitatu tuo ſcire facias Maiori, Civibus, & toti Communitati Civitatis predicte, quod ſint coram Nobis & Conſilio noſtro apud Weſtm' die Dominica in medio quadrageſime, oſtenſuri ſi quod pro ſe habeant vel dicere ſciant quare talliari non debeant, juxta Cartam & Conceſſionem predictam. Et habeas ibi nomina illorum per quos dictis Maiori, Civibus, & Communitati ſcire feceris, & hoc breve. Teſte meipſo apud Weſtm' v die Marcii anno regni noſtri XXXIII.

Ad quem diem Vicecomes retornavit, quod mandavit returnum iſtius brevis Ballivo Libertatis Epiſcopi Sarum, qui ſic reſpondit, Quod ſcire fecit Maiori, Civibus, & toti Communitati Civitatis Nove Sarum, per Philippum Goum, Willielmum de Gardino, Ricardum Ceresy, Ricardum le Porter, & Thomam Uncaz, quod eſſent ad diem & locum in brevi contentos ſecundum tenorem ejuſdem brevis. Et Cives & tota Communitas Civitatis predicte ad eundem diem mandaverunt Philippum Aubyn, Henricum L'eſpicer, Johannem de Brandeſton, & Henricum de Liſewith, attornatos ſuos per literas ſuas patentes in hec verba: Omnibus Chriſti fidelibus ad quos preſentes litere pervenerint, Cives & tota Communitas Civitatis Nove Sarum, Salutem in Domino ſempiternam. Noveritis, nos unanimi aſſenſu & voluntate ordinaſſe, feciſſe, & conſtituiſſe, loco noſtro attornatos noſtros dilectos nobis in Chriſto Philippum Aubyn, Henricum L'eſpicer, Johannem de Brandeſton, & Henricum Liſewiz, Concives noſtros, vel duos eorum quos preſentes eſſe contigerit, ad oſtendendum & dicendum coram Domino Rege Anglie & ejus Conſilio apud Weſtm', die Dominica in medio Quadrageſime, quare Venerabilis Pater Dominus S. Sarum Epiſcopus tallagium vel rationabile auxilium de Nobis capere non debet, ſicut idem Epiſcopus habere proponit & intendit, & ſicut in brevi Domini Regis nuper ad querelam ipſius Epiſcopi impetrato & Vicecomiti Wilteſ' inde directo plenius continetur: Et ad lucrandum vel perdendum in loquela predicta & eciam ad omnia alia facienda nomine ſuo & noſtro que de jure, ſecundum legem & conſuetudinem Regni Anglie, in hac parte fuerit faciendum, & que facere deberemus ſeu poſſemus ſi preſentes eſſemus. In cujus rei teſtimonium Sigillum Communitatis noſtre predicte preſentibus eſt appenſum. Dat' apud Novam Sarum, XXIIII die Martii, anno regni Regis Edwardi triceſimo tercio. Et predicti Cives pro ſe & Communitate predicta dicunt, quod talliari non debent, quia dicunt quod quidam Ricardus quondam Epiſcopus Sarum, predeceſſor Epiſcopi nunc, de aſſenſu & voluntate Willielmi, Decani, & Capituli Sarum, dedit & Carta ſua confirmavit liberis Civibus ſuis de Nova Civitate Sarum quod de ipſo Ricardo Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, teneat unuſquiſque ſuum liberum tenementum in Civitate predicta, ſimiliter & heredes ſui, honorifice, libere, quiete, & pacifice, Reddendo eidem Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis pro plena placea duodecim denarios per annum, & qui plus vel minus tenuerit ſecundum eandem quantitatem reſpondeat pro omnibus ſerviciis & demandis, Et ſuper hoc proferunt Cartam dicti Ricardi Epiſcopi, que hoc idem teſtatur, & petunt judicium deſicut liberi ſunt et libere tenentes, ſicut continetur in Carta predicta, & nuncquam fuerunt ut dicunt talliati, ſi nunc debeant talliari &c. Et predictus Simon Epiſcopus dicit, quod debent hiis non obſtantibus talliari, quia dicit quod Dominus H. Rex pater Domini Regis nunc, tempore quo tranſlationem Eccleſie beate Marie de Sarum de Caſtro Domini Regis H. Sarum ad locum inferiorem ubi dicta Civitas nunc ſita eſt ratam habuit, per Cartam ſuam, cujus data eſt triceſimo die Januarii anno Regni ſui undecimo, conceſſit & confirmavit Deo & Eccleſie beate Marie Sarum, & dicto Ricardo ejuſdem loci Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, & Canonicis ejuſdem Eccleſie, & hominibus ſuis, libertates & liberas conſuetudines quas habuerunt temporibus predeceſſorum ipſius Regis, Regum Anglie. Et voluit & conceſſit idem Rex H. pro ſe & heredibus ſuis, quod locus ille qui dicitur Nova Sarum ſit libera Civitas imperpetuum, & quod Cives ejuſdem Civitatis ibidem manentes per totam terram Regis ſint quieti de theolonio, pontagio, paſſagio, paagio, leſtagio, cariagio, & omni alia conſuetudine de omnibus rebus ſuis quas per terram vel per aquam deportari fecerint. Et conceſſit quod predicti Cives habeant imperpetuum omnes alias libertates & quietancias per totam terram Regis quas habent Cives Regis Wynton'. Et inſuper conceſſit eidem Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, quod pro neceſſitatibus ſuis & Eccleſie ſue tallagium vel rationabile auxilium capiant de predictis Civibus ſuis, quando Rex vel heredes ſui tallagium facient in dominicis ſuis ſimul cum mercato & feria & aliis diverſis libertatibus in eadem Carta contentis. Et ſuper hoc profert Cartam ipſius Regis H. que hoc idem teſtatur, que quidem Carta per preceptum Regis nunc irrotulatur in rotulo ſequenti. Et dicit eciam idem S. Epiſcopus, quod predicti Cives impetrarent ſibi ipſis confirmationem Domini Regis nunc de predicta Carta Regis H. de libertatibus ſic conceſſis in anno Regni ſui terciodecimo, & confirmationem ipſam pro ſe coram Juſticiariis Domini Regis in Curia ipſius Domini Regis protulerunt, clamantes & petentes libertates & quietancias predictas, que quidem confirmatio ipſis allocata fuit. Dicit eciam dictus S. Epiſcopus quod prefatus H. Rex predicto Ricardo Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, conceſſit per Cartam ſuam, quod licet proceſſu temporis aliqua libertatum eis ab ipſo Rege H. conceſſarum quocunque caſu contingente uſi non fuerint, eo nichilominus libertate poſtea utantur abſque omni contradictione, non obſtante eo quod aliquo caſu contingente ea uſi non fuerunt. Et ſuper hoc profert Cartam ipſius Regis H. que ſimiliter hoc idem teſtatur, & cujus data eſt viceſimo tercio die Marcii anno regni ejuſdem Regis H. undecimo, & que eciam Carta per preceptum ipſius Regis nunc irrotulatur in Rotulo ſequenti. Et habito ſuper premiſſis tractatu diligenti coram ipſo Domino Rege & Conſilio ſuo, quia compertum eſt per predictas Cartas predicti Regis H. quod idem Dominus Rex, inter alias libertates predicto Epiſcopo Sarum & ſucceſſoribus ſuis, ut predictum eſt, conceſſas dictis Civibus conceſſit acquietancias de Theolonio & aliis diverſis conſuetudinibus ut predictum eſt, quibus iidem Cives uſi ſunt a tempore confectionis Carte predicte, quod iidem Cives concedunt: Et quod iidem Cives impetrarunt ſibi ipſis & pro ſuo proprio commodo & proficuo confirmationem Domini Regis nunc de predicta Carta Regis H. de libertatibus ſic conceſſis, ſicut compertum eſt per rotulos Cancellarie Domini Regis, & eam pro ſe protulerunt ſepius in Curia Regis coram Juſticiariis Domini Regis, clamantes & petentes libertates & quietancias predictas, que quidem confirmatio coram dictis Juſticiariis allocata fuit eiſdem Civibus in ſuis articulis in affirmando & continuando ſtatum ſuum ſecundum conceſſionem Regis predictam, ſicut Juſticiarii Regis hic recordantur, et ipſi Cives hoc non dedicunt: Et eciam quod idem Rex in conceſſione dictarum libertatum impoſuit dictis Civibus onus dicti tallagii vel rationabilis auxilii pro neceſſitatibus dicte Eccleſie,

A. D. 1304. 33 Edw. I.

A. D. 1304. 33 Edw. I.

cleſie, quando Rex vel heredes ſui tallagium faciunt in dominicis ſuis ut predictum eſt; et ex quo dicti Cives uſi ſunt libertatibus & quietanciis illis ad commodum ſuum per dictam Cartam, ſuſtinere debent onus eis impoſitum per eandem, cum conſonum ſit rationi, quod illi qui emolumentum habent, habeant & onus: Dominus Rex vult & precipit quod dicti Cives tallientur iſta vice pro proficuo quod habuerunt per libertates & quietancias predictas a tempore dicte Carte uſque nunc; Et exnunc eligant utrum uti & gaudere de cetero libertatibus & quietanciis predictis conceſſis per predictam Cartam, & talliari vel rationabile auxilium dare pro neceſſitatibus dicti Epiſcopi & Eccleſie ſue, ſecundum tenorem dicte Carte, quando Rex vel heredes ſui dominica ſua talliaverunt, vel eiſdem libertatibus & quietanciis omnino renunciare voluerint, & nuncquam talliari nec auxilium dare ad opus dicte Eccleſie & Epiſcopi ratione Carte & conceſſionis predictarum. Et predicti Cives pro ſe & Communitate Civitatis predicte ſtatim elegerunt renunciare dictis libertatibus & acquietanciis &c. Et die Martis, ſexto die menſis Aprilis, anno triceſimo tercio ſupradicto, dicti Cives & attornati pro ſe & tota Communitate predicta coram toto Conſilio Regis reddiderunt Regi Maioritatem dicte Civitatis per manus Ricardi de Lutegereſhale tunc Maioris ibidem, & tam ipſi quam alii attornati predicti, Carte dicti H. Regis & confirmationi Domini Regis nunc, & omnibus libertatibus & quietanciis predicte ratione Carte & Conceſſionis predictarum pro ſe & Communitate Civitatis predicte renunciarunt omnino; Ita quod quieti ſint in futurum de hujuſmodi tallagiis & auxiliis. Et Johannes de Newburgh, Thomas de Newburgh, Reginaldus de Thunderele, Johannes de Alneto, Johannes de Deviſes, & Willielmus de Cummartin, manuceperunt pro predictis Attornatis & tota Communitate ville predicte, quod reddent Domino Regi, in quindena Paſche proxima futura, predictam confirmationem quam habent de libertatibus predictis, & eciam commune ſigillum que hactenus uſi ſunt in dicta villa, & quod de cetero non utentur libertatibus vel ſigillo predictis ſub periculo quod incumbit &c. Et prohibitum eſt per ipſum Dominum Regem dicto Epiſcopo quod nichil exigat de cetero a predictis hominibus ſuis occaſione placearum ſuarum in dicta villa, niſi quod rationabiliter poterit & debuerit ſecundum cartam predicti Ricardi Epiſcopi predeceſſoris ſui, & quod ab eis tallagium vel auxilium de cetero non exigat, ratione carte vel conceſſionis predictarum. Et ſimiliter prohibitum eſt eiſdem hominibus, ne de cetero impediant dictum S. Epiſcopum vel ſucceſſores ſuos, aut eorum Miniſtros, quin libere poſſint omnia que ad ipſum Epiſcopum & ſucceſſores ſuos pertinent, & libertates predictas dicte Eccleſie, Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus & Canonicis dicte Eccleſie & ſuis hominibus conceſſas, ut predictum eſt, facere & excercere &c. Quia Dominus Rex omnes libertates predictas ſic conceſſas, in quantum Deum, Eccleſiam Sarum, loci Epiſcopum, ſucceſſoreſque ſuos, Canonicos ejuſdem Eccleſie, & homines ſuos, plenius ſecundum tenorem dictarum cartarum contingunt, & ipſis ut predicitur conceduntur, vult, precipit, & concedit pro ſe & heredibus ſuis, in ſuo robore & firmitate integraliter permanere imperpetuum, dictis hominibus dicte ville qui libertatibus & quietanciis ipſis prius conceſſis, ut dictum eſt, renunciarunt dumtaxat exceptis: Et dictus Dominus Rex dictum tallagium hac vice conceſſit dicto S. Epiſcopo in utilitatem dicte Eccleſie ſue juxta tenorem dicte Carte convertend', Et in auxilium dicti Epiſcopi Rex conſtituit & aſſignavit Magiſtrum Ricardum de Abyndon' & Henricum de Cobeham, ad tallagium illud in dicta villa aſſidend'. Et quod mandetur eiſdem R. & H. quod cum tallagium illud aſſeſſerint certos Collectores ad dictum tallagium levandum et colligend' aſſignent, qui dictum tallagium levent, & illud eidem Epiſcopo integraliter liberent ad utilitatem dicte Eccleſie, ſecundum tenorem dicte Carte Regis H. convertend'.

A. D. 1304. 33 Edw. I.

REX de gratia ſua ſpeciali conceſſit quod Almaricus de Sancto Amando, et Willielmus de Monte Acuto, capti et detenti in priſona Regis in Turrim London' pro tranſgreſſionibus, manucapiantur ad voluntatem Regis. Et ſuper hoc, Comes Lincoln', Johannes de Britannia, Hugo le Deſpenſer, Hugo de Veer, Thomas de Berkele, & Adam de Welles, die Sabbati proxima ante Feſtum Sancti Edwardi Regis & Martiris, manuceperunt coram Theſ' Rogero Brabanzon, et aliis de Conſilio Regis, habere corpus dicti Adomari coram Rege de die in diem ad voluntatem ipſius Regis. Et Alanus la Zouſche, Simon de Monte Acuto, Petrus Corbet, Johannes de Moeles, Rogerus la Ware, et Willielmus le Latimer manuceperunt ibidem predictum Willielmum de Monte Acuto, in forma predicta &c.

N° 4 Manucapcio Adomari de Sancto Amando, & Willielmi de Monte Acuto.

REX de gratia ſua ſpeciali conceſſit quod magiſter Johannes de Sancto Amando captus & detentus conſimili modo in priſona predicta ſit manucaptus &c. Et Almaricus de Sancto Amando, die Veneris proxima ante Feſtum Sancti Cuthberti, manucepit coram ipſo Domino Rege & toto Conſilio predictum magiſtrum Johannem fratrem ipſius Almarici, corpus pro corpore, ad habendum eum coram Rege ad voluntatem Regis.

§ Manucaptio magiſtri Johannis de Sancto Amando.

MEMORANDUM quod pro negociis pro quibus Dominus de Cuk venit ad Regem de partibus tranſmarinis aſſignantur Epiſcopus Dunolmenſis, Epiſcopus Ceſtrenſis, Comes Lincolnie, Adomarus de Valencia, Johannes de Drokenesford & Johannes de Benſted &c.

Cuk.

MEMORANDUM quod Dominus Rex conceſſit executoribus teſtamenti Johannis nuper Comitis Warenne defuncti quod ipſi de omnimodis debitis que ei debentur ex quacumque cauſa placitare poſſint ad Scaccarium debitores ſuos.

Per ipſum Regem nunciante Coventrenſi & Lichefeldenſi Epiſcopo.

Pro Executoribus Comitis Wareune.

DOMINUS Rex mandavit breve ſuum Maiori & Ballivis Civitatis Wyntonie in hec verba:

Edwardus Dei gratia &c. Maiori & Ballivis Civitatis ſue Wynton', Salutem. Cum nos certis de cauſis volentes quod Cives Baion' obſides in diverſis locis infra Angliam per preceptum noſtrum ſub cuſtodia noſtra exiſtentes, ita ſecure cuſtodirentur quod alicubi evadere nequirent quoquomodo, vobis nuper preceperimus firmiter injungentes quod illum de obſidibus predictis qui vobis dudum miſſus fuerat cuſtodiendus ſalvo & ſecure cuſtodiri faceretis, non permittentes ipſum alicubi ſine bona cuſtodia diſcurrere vel vagari; Ita quod de corpore ſuo nobis reſpondere poſſetis ad mandatum noſtrum, & quod hoc ſub forisfactura omnium que Nobis forisfacere poſſetis nullatenus omitteretis; Ac idem obſes vobis per Nos ſic miſſus a veſtra, ut a vobis intellexerimus, cuſtodia evaſerit, in noſtri dampnum caſualiter maximum & gravamen: Vobis mandamus, quod vos, una cum ſex de diſcrecioribus & legalioribus Civibus ejuſdem Civitatis, pro communitate ejuſdem Civitatis ſitis coram

N° 5. Suthť. Placitum inter Regem & Cives Wynton' pro evaſione Obſidis cujuſdam.

A.D. 1304. 33 Edw. I.

coram Nobis & Conſilio noſtro in proximo Parliamento noſtro apud Weſtm', videlicet ultimo die Februarii, Nobis ſuper evaſione predicta reſponſuri, & ad faciendum & recipiendum ulterius quod Curia noſtra conſideraverit in hac parte. Et habeatis ibi tunc hoc breve. T. me ipſo, apud Walſyngham, primo die Februarii, anno regni noſtri XXXIII.

Ad quem diem Laurencius de Anne, Maior dicte Civitatis Wynton', Thomas de Holepite, Ballivus ejuſdem ville, & Johannes de Tytyng, Rogerus de Inkepenne, Rogerus le Lung, Petrus Nuttly, Robertus de Litleton, Johannes de Anne, & Willielmus de Weng, Cives dicte Civitatis pro Communitate ejuſdem Civitatis venerunt coram Rege & Conſilio ſuo in eodem Parliamento apud Weſtm' &c. Et predictum breve retornaverunt &c. Et dicunt quod quidam Bernardus de Pereres obſes Baione miſſus fuit eiſdem cuſtodiendus in forma predicta, cujus corpus non habent &c. Et quia predicti Maior, Ballivi, & Cives non dedicunt quin predictus Obſes a cuſtodia eorundem evaſit in dampnum Regis &c. Conſideratum eſt, quod predicti Maior, Ballivus et Cives pro tota Communitate predicta committantur priſone. Et mandatum eſt IIII die Marcii anno predicto Vicecomiti Suthampton' quod predictam Civitatem Wyntonie, & libertatem Civitatis ejuſdem cum omnibus ad eas ſpectantibus, ſine dilatione capiat in manum Regis & eas ſalvo cuſtodiat donec Rex aliud inde preceperit: Ita quod de exitibus inde provenientibus Regi reſpondeat ad Scaccarium; & Ballivum illum qui in Civitate predicta poſt receſſum Maioris Civitatis illius ad Regem nuper cum ipſo Rege locuturus uſque London' venientem moram traxit, attachiet, Ita quod habeat corpus ejus coram Rege in dicto Parliamento quam cito poterit ad reſpondendum Regi ſuper hiis que Rex ei duxerit obicienda, & ad faciendum & recipiendum ulterius quod Curia Regis conſideraverit in hac parte: Et quid inde fecerit certificet Regem indilate &c. Et dictus Vicecomes retornavit ad dictum Parliamentum, quod predictam Civitatem cum libertatibus ad eandem ſpectantibus cepit in manum Regis, & attachiavit Henricum Dalron qui moram traxit ibidem poſt receſſum dicti Maioris in forma predicta &c. Poſtea Maior, Ballivus, & Cives coram ipſo Domino Rege & ejus Conſilio fecerunt finem cum Rege per quingentas Marcas pro tranſgreſſione predicta. Et Rex per dictum finem deliberavit a dicta priſona dictos Maiorem, Ballivum & Cives, ac quietavit dictum Henricum Dalronn qui locum Maioris tenuit tempore predicto, & reddidit eiſdem Maiori & Civibus Civitatem et libertates predictas cum omnibus ad eas ſpectantibus, Habend' & tenend' in forma qua eas tenuerunt ante captionem earundem in manum Regis, ſimul cum omnibus exitibus inde perceptis a tempore captionis predicte. Et Rex conceſſit quod habeant literas Regis patentes de Cancellaria ſuper premiſſis & Breve dicto Vicecomiti Suthampton' de reſtitutione Civitatis & libertatis predictarum. Poſtea, quia conſtat Regi quod idem Dominus Rex per literas ſuas patentes conceſſit Margarete Regine Anglie, conſorti ſue, quod ipſa habeat omnes fines quos homines & tenentes ſuos de Caſtris, Civitatibus, Villis, Honoribus, Burgis, Firmis, Maneriis, Hundredis, Foreſtis & eorum feodis, que Rex ei conceſſit habenda in tenenciam, tam coram Rege & in Cancellaria quam coram Theſaurario & Baronibus de Scaccario, & Juſticiariis Regis Itinerantibus ad communia placita & ad placita Foreſte, & eciam aliis Juſticiariis & Miniſtris Regis quibuſcumque, facere contigerit, prout in litteris Regis predictis plenius continetur: Dictus Dominus Rex, pro eo quod idem Rex conceſſit eidem Regine predictam Civitatem Wynton' inter cetera Caſtra, Civitates, Villas, Honores, Firmas, Maneria, Hundreda, Foreſtas, & eorum Feoda predicte Regine conceſſa, habend' in tenenciam ut predictum eſt, aſſignavit & conceſſit eidem Regine predictum finem quingentarum marcarum, Ita quod non ponantur in extractis Cancellarie nec Scaccarii nec alibi in Curia Regis ad levandum ad opus Regis, nec quicquam inde ad opus ipſius Regis qualitercumque exigatur ſeu levetur, ſet quod dicta Regina eundem finem per Miniſtros ſuos ad opus ipſius Regine levari faciat cum ſibi viderit expedire. Poſtea Adomarus de Valencia, & Johannes de Drokeneford Cuſtos garderobe Regis, teſtantur in preſencia W. Coventrenſis & Lichefeldenſis Epiſcopi, & Theſaurarii Regis, qui illud idem recordatur, quod predicta Regina ob affectionem quam habet erga Cives ſuos Civitatis predicte, & pro diligenti obſequio quod Rogerus de Inkepenne, Civis ejuſdem Civitatis, eidem Regine & ſuis hactenus impendit, remiſit, & pardonavit predictis Civibus, treſcentas marcas de fine predictarum quingentarum marcarum, & conceſſit eiſdem Civibus, quod de eiſdem treſcentis Marcis de fine predicto totaliter exonerentur & quieti exiſtant &c. imperpetuum. Et quod ducente marce reſidue ad opus ipſius Regine cum ſibi placuerit leventur.

A. D. 1304. 33 Edw. I.

Nº 6. Haliburton.

MEMORANDUM, quod Rex liberari fecit corpus Radulphi de Haliburton Johanni de Moubray, Militi, de Scocia, per primam manucaptionem quam alias Regi invenit, & eciam per manucaptionem ejuſdem Johannis, ad ducendum uſque in Scociam in auxilium aliorum hominum terre illius qui circa captionem Willielmi Waleys vacabunt &c. Ita quod eundem Radulphum ſalvo & ſecure reducat London' ad proximum Parliamentum a die Sancti Johannis Baptiſte in tres ſeptimanas. Quod quidem Parliamentum poſtea prorogatum fuit uſque ad Aſſumpcionem beate Marie proximo ſequentis, & poſtea ab illo die uſque octabas Nativitatis beate Marie. Et tunc venit predictus Johannes de Moubray coram Domino Rege, & duxit ſecum predictum Radulphum de Haliburton juxta manucaptionem predictam. Et Dominus Rex liberari fecit iterato corpus predicti Radulphi predicto Johanni de Moubray per manucaptionem ejuſdem Johannis de Moubray tantum, ad ducendum predictum Radulphum ſecum in Scociam ad videndum qualiter & quomodo idem Radulphus ſe velit gerere & habere, Ita quod eundem Radulphum ſalvo & ſecure reducat London', ad proximum Parliamentum a die Paſche proximo futuro in tres ſeptimanas.

Nº 7. Communitas Scocie pro electione facienda.

MEMORANDUM, quod Dominus Rex, in receſſu Epiſcopi Glaſcuenſis & Comitis de Carrik de Parliamento Regis apud Weſtm' in quadrageſima hoc anno verſus Scociam, ſtatuit & ordinavit, Quod Communitas terre Scocie conveniat ad villam Sancti Johannis de Perth in craſtino Aſcenſionis Domini ad eligendum eos qui venient ad Parliamentum Regis a die Sancti Johannis Baptiſte in tres ſeptimanas pro tota Communitate predicte terre, & eciam ad ordinandum de certa & ſecura cuſtodia dicte terre, Ita quod in hac parte periculum Regi non eveniat.

A. D. 1305. 33 Edw. I.

Nº 8. Hib'n'.

MEMORANDUM, quod ſexto die Aprilis anno XXXIII Dominus Rex in pleno Parliamento ſuo apud Weſtm' inhibuit Willielmo de Hamelton, Cancellario ſuo, ne de cetero concedat alicui literas Regis de protectione in Hibn' &c.

Nº 9. Ordinatio Foreſte.

CUME aucune gentz, que ſont mys hors de Foreſt par la puralee & par le grant noſtre Seigneur le Roi, aient requis a ceſt Parlement, quil ſoient quites de la poture & de les choſes que les foreſters lour demaundent ſicome il ſoilient

A. D. 1305. 33 Edw. I.

ſoilient avaunt faire, Noſtre Seigneur le Roy reſpount, puis quil ad grante la purale, quil luy pleſt bien quele eſtoit auxi come il lad grante, ja ſoit ceo que la buſoigne eſtoit ſiwie & demande en malveis point. Mais au meins entent il & voet, que touz ſes demeigns & toutes ſes demeignes terres quele part quil ſoient qui ount eſte de la Corone anncienment, ou qui a la Corone ſount retournez per veie d'eſchete ou en autre manere, aient eſtat de frannche chace & de franche garene. Et en tien manere ſoient ténuz & gardez a ſon oeps pur totes manere de boſces & pur tote manere de deduiz que luy plera.

Et endroit de ceux qui terres & tenemenz ſon deaforeſtez par la dite puralee, & qui demandent d'avoir commun denz les boundes des foreſtes: L'entencion & la volunte noſtre Seigneur le Roy eſt, puis que par la purale il cleyment eſtre quites de poture, & que les beſtes le Roy ne puent avoir lour haunt ne lour repeire ſur les terres de ſa foreſtez ſicome il avoient tant come meſmes les terres eſtoient dedenz foreſte, que cele gentz ne deyuent avoir commune ne autre aiſement dedenz les boundes des boys ne de terres qui demoerent en foreſt. Mais ſi aucuns de ceux qi ſount deſafforeſtez par la puralee voillent mieux eſtre dedenz foreſt come avant furent que dehores ſicome il font ores, il pleſt bien au Roi quil ſoient a ceo rezceux, enſint qil puiſſent demorer en lour eſtat auncien, & Commune & autre aiſement avoir dedenz ſes foreſtes auxi come vrent avaunt. Par quoi noſtre Seigneur le Roi voet & comaunde que ſes Juſtices de ſes foreſtes decea Trent & dela Trent, enſement teignent & gardent & tenir & gardent facent ferment les ditz pointz en lour Baillies en la fourme avantdite.

N° 10. Ordinatio de trailbaſtons.

INJUNCTUM eſt Juſticiariis quos Dominus Rex aſſignavit in diverſis Comitatibus ad inquirendum, audiendum, & terminandum, de diverſis feloniis & tranſgreſſionibus factis, quod procedant in forma ſubſcripta, ſcilicet quod in ſingulis Comitatibus ubi Inquiſitores ad Inquiſitiones faciendas ſuper feloniis & tranſgreſſionibus proceſſerunt, & aliqua pro temporis brevitate ſeu alia cauſa omiſerunt inquirenda, de ſic commiſſis audient & terminent. Et omnes illos quos coram eos indictatos vel prius captos & impriſonatos culpabiles invenerint de roberiis, incendiis, homicidiis, & aliis feloniis, factis a die Sancti Johannis Baptiſte anno regni Regis XXV uſque Paſcha anno regni Regis XXXIII, ſecundum legem & conſuetudinem Regni judicent & caſtigent: Et eos quos pro hujuſmodi feloniis ante tempus predictum factis arreſtatos invenerint, ſi replegiables ſecundum legem & conſuetudinem Regni non fuerint, committant gaole uſque adventum Juſticiariorum proximo in partibus illis itinerancium, vel quouſque Dominus Rex de eorum deliberatione aliud ordinaverit: Et omnes illos quos coram eis culpabiles invenerint de eo quod verberaverunt, vulneraverunt, & male tractaverunt quamplures de Regno poſitos in Juratis, Recognitionibus & aſſiſis pro eo quod veritatem dixerunt, Ac eciam alios in feriis, mercatis, & aliis locis communibus, pro inimicitiis, invidia, & malicia preconceptis, Et omnes illos quos coram eis culpabiles invenerint de eo quod conduxerint predictos tranſgreſſores, vel eos poſt factum ſcienter receptaverunt, ſeu talibus verberationibus & tranſgreſſionibus preceptum, aſſenſum, vim, & auxilium dederunt vel fecerunt: Et eos quos coram eis culpabiles invenerint de eo quod ratione poteſtatis aut dominii eorum alios in protectionem & advocationem eorum pro ſuo dando ſuſceperunt, ad ſectam Regis per indictamentum factum inde eos alloqui faciunt licet nullus verſus eos proſequatur, Et ſi inde convincantur, committantur gaole, & inde poſtea redimantur. Et omnes illos, quos pro aliis levibus & perſonalibus tranſgreſſionibus contra pacem Domini Regis factis infra tempus prenominatum vel ante, indictatos, captos, vel in priſona detentos invenerint, tunc ſic indictati, capti, & impriſonati, per ſimplicem ponantur manucaptionem ad reſpondendum querentibus cum verſus eos ſecundum legem communem ſequi voluerint. In qua manucaptione contineatur, quod extunc bene & honeſte, & pacifice, verſus quoſcumque de regno ſe gerent, nemini injuriando ſeu injuriari procurando. Et ordinatum eſt, quod in ſingulis enormibus tranſgreſſionibus, in quibus pars querens ſequitur, vel ſecta Regi ut prenominatum eſt ordinatur, tunc ſi pars defendens non fuerit inventus nec aliquid habeat in Comitatu per quod poteſt attachiari, Juſticiarii eum de Com' in Comitatum exigi faciant, quouſque ſi non comparuerit ſecundum legem & conſuetudinem Regni utlagetur. Et vult Dominus Rex quod in Comitatibus ubi Joannes de Inſula, Willielmus Haward, & Henricus Spigurnell ad premiſſa facienda aſſignantur, in eorum abſencia nichil fiat de premiſſis *.

* Vide Pat. 33 Edw. I. p. 1. m. 8. dorſo.

N° 11. Communitas Anglie contra Abbatem Ciſtercienſem.

AD peticionem Comitum, Baronum, & Communitatis Regni Anglie, petencium remedium ſuper eo, quod cum Abbates Albi & Monachi Ordinis Ciſtercienſis in Anglia fuiſſent primo tempore fundati per progenitores Regis nunc, & anteceſſores Comitum, Baronum, & aliorum de Regno antedicto, ad honorem Dei pro ſervicio Dei in Eccleſia Catholica manutenendo, pro ſuſtentacione pauperum, hoſpitalitatibus, & aliis bonis operibus faciendis, Et jam eſt religio illa ita poſita in ſervagio per Abbates Ciſtercienſes, quod ſervicium Dei in hac parte impeditur, & hujuſmodi Religioſi ita depauperantur quod vivere non poſſunt &c. Ita videlicet quod dictus Abbas Ciſtercienſis aſſeſſit & certum tallagium ſuper qualibet Abbatia in Anglia poſuit imperpetuum, & oportet quod Abbates Anglie & Wallie quolibet ſecundo anno, & Abbates de Hibernia & Scocia quolibet tercio anno, perſonaliter adeant Abbaciam Ciſtercienſem ad faciendum hujuſmodi apportum & tallagium: Et ſi aliquis Abbas inde defuerit, vel quod tallagium hujuſmodi alicui revelet &c. Abbas ille qui de hujuſmodi tranſgreſſione eſt convictus erit depoſitus imperpetuum ab hujuſmodi officio excercendo, & Prior & Supprior & alii de officio excommunicantur quouſque dicta firma ſolvatur apud Ciſtercium per manus ſuas proprias vel per manus Mercatorum: Unde Summa hujuſmodi apporti eſt in Anglia, Wallia, Hibernia, & Scocia hoc anno per eſtimationem M. M. M. M. marc'. Et ſunt rotuli hujuſmodi tallagiorum in cuſtodia fratris Jacobi Cuſtodis Domus de Scardeburgh: Et quod ordinatum eſt per Abbatem Ciceſtr', quod quilibet Abbas illius Ordinis habeat cuſtodiam communis Sigilli domus &c. quod eſſe deberet in cuſtodia Conventus, per quod hujuſmodi Abbates vendunt poſſeſſiones domorum ſuarum & obligant domos &c.

Et eciam ad peticionem eorundem Comitum, Baronum, & Communitatis Regni petencium conſimile remedium apponi de aliis Religioſis qui faciunt apportum ad partes tranſmarinas ſicut illi de Cluny, de Premuſtre, de Caritate, & alii &c. Ad predictas duas peticiones reſponſum eſt, Quod Dominus Rex in pleno Parliamento ſuo predicto de conſenſu Prelatorum, Comitum, Baronum, & aliorum de Regno ordinavit & ſtatuit certum ſtatutum in hoc caſu.

N° 12. Proceſſus tangens Epiſcopum Biblienſem.

IN nomine Domini Amen. Anno Incarnationis ejuſdem milleſimo tricenteſimo quinto, indictione tercia, die quinto menſis Aprilis, apud Weſtm' juxta London' Dominus Hugo qui ſe gerit pro Epiſcopo Biblienſi, coram Epiſcopis & aliis Prelatis, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis

A.D. 1305. 33 Edw. I.

Juſticiariis & nonnullis aliis nobilibus clericis & laicis Conſiliariis magnifici Principis Domini Edwardi Regis Anglie illuſtris, in domibus Archiepiſcopi Eborum in quibus dictus Dominus Rex morabatur, generali Parliamento tunc exiſtente ibidem, quaſdam literas felicis recordationis Benedicti Pape XI preſentavit, porrexit, & tradidit formam, que ſequitur, continentes:

Benedictus Epiſcopus ſervus ſervor' Dei, venerabili fratri . . . Epiſcopo Dunelmenſi, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Exhibita nobis tua peticio continebat, quod Saraceni, Chriſtiani nominis inimici, Epiſcopatum Biblienſem occuparunt hactenus & adhuc detinent occupatum, & per hoc venerabilis frater noſter Hugo Biblienſis Epiſcopus egeſtate gravatur, cum aliunde non habeat de quo ſecundum ſtatus ſui decenciam valeat ſuſtentari. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut providere ſue indigencie de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſius inopie paterno compatientes affectu, digneque volentes ei per noſtre proviſionis auxilium ſubſidium aliquod provenire, tuis ſupplicationibus inclinati providendi ſibi auctoritate noſtra per te vel per alium ſeu alios de Cella ſeu Prioratu de Goldingham, Ordinis Sancti Benedicti, Sancti Andree dioceſis ad Dunelmenſem Eccleſiam ejuſdem ordinis pertinente, cujus adminiſtrationem Prior Eccleſie predicte aliquem de Monachis ipſius Eccleſie deputat & exinde amovet pro ſue libito voluntatis, cum omnibus juribus & pertinenciis ab eodem Epiſcopo quoad vixerit vel uſque ad recuperationem dicti Epiſcopatus retinendo, ac inducendi eum in corporalem poſſeſſionem ejuſdem Celle ſeu Prioratus, & inductum etiam defendendi, amotis exinde quibuſlibet qui ad gerendum adminiſtrationem ipſius Celle ſeu Prioratus per dictum Priorem fuerint deputati, ac faciendi ei de ejuſdem Celle ſeu Prioratus redditibus, proventibus, juribus, obventionibus univerſis integre reſponderi, Necnon & contradictores ſuper hoc per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi, Non obſtantibus contrariis ejuſdem Eccleſie conſuetudinibus, vel ſtatutis juramento confirmationis Sedis apoſtolice ſeu quacumque alia firmitate roboratis, aut ſi predictis Priori & dilectis filiis Capitulo ipſius Eccleſie, vel quibuſcumque aliis, communiter vel diviſim a predicta ſede indultum exiſtat, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint, ſive quod de Cellis ſeu Prioratibus ad eorum proviſionem ſeu quamcumque diſpoſitionem ſpectantibus nequeat aliquibus provideri per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dicte ſedis indulgencia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratie impediri valeat vel differri, & de qua in noſtris literis ſpecialis mentio ſit habenda, fraternitati tue plenam concedimus tenore preſentium facultatem. Dat' Rome apud S. Petrum III Non' Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

Quibus quidem literis Apoſtolicis ut premittitur preſentatis, viſis, examinatis, & plenius intellectis, requiſitionem quam predictus Epiſcopus Biblienſis fecit predicto Domino Regi, ſcilicet quod placeret eidem & benigne permitteret ut Prioratus de Goldyngham in Scocia, Sancti Andree Dioceſis, valeat adhipiſci juxta conceſſionem & aſſignationem per ſupraſcriptas literas apoſtolicas ſibi ſpecialiter inde factas: Habitaque deinde per Conſilium ejuſdem Domini Regis ſuper requiſitione & peticione hujuſmodi deliberatione plenaria, ex parte ejuſdem Domini Regis per Conſilium ſuum datum fuit predicto Epiſcopo preſencialiter tale reſponſum, videlicet, Peticio iſta ſi concederetur foret manifeſte prejudicialis predicto Domino Regi, & Corone ſue Regie, & idcirco non eſt conceſſibilis in hac parte.

Acta fuerant omnia ſupraſcripta anno, indictione, die, & loco preſcriptis, preſentibus venerabilibus in Chriſto patribus & Dominis Waltero Coventrenſi & Lichefeldenſi, Theſaurario Anglie, ac Antonio Dunelmenſi & Johanne Carleonenſi, Epiſcopis; necnon H. Lincolnie, Humfrido Herefordie, G. Warwici, Comitibus; Aymero de Valencia, Johanne de Britannia, H. de Percy, R. de Clifford, H. de Veer, Waltero de Teye, Adam de Welles, Johanne Botetourt, Rogero le Brabanzon, Johanne de Inſula, Roberto de Burgheſſe, Radulpho de Sandewico, Rogero de Heghham, Nicholao Fermband, Willielmo de Bereford, Willielmo Howard, Petro de Malore, Henrico Spigurnell & Willielmo Inge, Militibus; Ac diſcretis viris Dominis Johanne de Drokenesford, Johanne de Berwico, & Johanne de Benſtede, necnon & Magiſtro Reginaldo de Brandon, Roberto de Pykeryng, & Willielmo de Kilkenyn' Clericis, teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis.

A.D. 1305. 33 Edw. I.

Et ego Johannes dictus Benhs de London', Domini Pape auctoritate Notarius publicus, omnibus interfui ſupraſcriptis, & predictum tranſcriptum, exemplum, ſeu ſumptum per me a ſuo originali tranſumptum, & cum Domino Petro de Malore Juſticiario Domini Regis Anglie illuſtris, & Magiſtris Johanne de Cadamo, & Gilberto de Lotegerſhale, Notariis publicis, diligenter et fideliter ad ſuum originale poſtmodum aſcultatum, nil addens vel minuens quod ſenſum mutet vel viciet intellectum, hic in inſtrumento preſenti ſcripſi, una cum aliis omnibus prenotatis, & predictum exemplum, ſeu ſumptum, cum ſuo originali reperi concordari, me in teſtem ſubſcripſi, ac preſcripta omnia publicavi, meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus.

Et ego Johannes Ercuri de Cadamo, apoſtolice ſedis auctoritate Notarius publicus, hoc exemplum una cum prefatis Domino P. Juſticiario, & Magiſtris J. & G. Notariis publicis, ad literas apoſtolicas ſupraſcriptas fideliter & diligenter aſcultavi. Et quia dictum exemplum cum ipſis litteris Apoſtolicis concordare inveni, in ejuſdem exempli plenam fidem & teſtimonium me teſtem ſubſcripſi, & rogatus ſignum meum appoſui conſuetum. Et memorandum quod predictum Inſtrumentum in pleno Scaccario liberatur, die Martis XVIII die anno XXXIII, Willielmo de Brichull, & Willielmo de Perſore, Camerariis, ad cuſtodiendum in Theſauraria Regis.

PRIOR Dunolm' per attornatum ſuum habet diem quod ſit coram Conſilio Domini Regis apud Eborum die Sabbati proxima poſt Feſtum Sci Martini. Poſtea continuatur dictus dies uſque diem Jovis in craſtino octabarum Sci Martini. Ad quem diem venit, & habuit ad proximum Parliamentum. Ad quod Parliamentum apud Weſtm' die D'nica proxima poſt Feſtum Sci Mathie Apoſtoli, anno XXXIII, predictus Prior Dunolmenſis venit per attornatum ſuum, & Prior de Goldyngham in propria perſona ſua. Et iidem Priores bene cognoſcunt quod Priores de Goldyngham predeceſſores Prioris nunc &c. fidelitatem fecerunt Alexandro Regi Scotie, & aliis Regibus Scotie progenitoribus ejuſdem Regis Alexandri. Et Prior Dunolm' dicit, quod ipſe fidelitatem fecit Domino Regi nunc pro eodem Prioratu. Et dicunt, quod alia ſervicia nunquam fecerunt Regibus Scocie, nec facere debent. Dicunt tamen quod Johannes quondam Rex Scocie, tempore quo rebellis & inimicus Domini Regis devenit, per diſtrictiones & duricias cepit homines & tenentes dicti Prioratus de Goldyngham, & eos ſecum in exercitu duxit, & quoſdam eorundem in munitionibus Caſtrorum ſuorum poſuit, ſet non aliquo jure ad ipſum Johannem Regem Scocie pertinente. Et quia Dominus Rex vult plenius certiorari in premiſſis; Mandatum eſt Cuſtodi ptium de Berewik & Camer' Scocie, quod ſcrutatis Rotulis & aliis memorandis in Cuſtodia ejuſdem Camerarii exiſtentibus, & etiam capta Inquiſitione diligenti per probos & legales &c. inquirant de ſtatu Regum Scocie temporibus preteritis, qualem videlicet habere conſueverunt in dicto Prioratu temporibus vacacionum ejuſdem, Et que ſervicia Priores ejuſdem domus facere conſueverunt eiſdem Regibus. Et ſimiliter ſcru-

Nº 13.

tentur

A. D. 1305. 33 Edw. I.

tentur Rotuli de Scocia qui ſunt in cuſtodia apud Turrim London tangentes Regnum Scocie. Et ſuper hoc datus eſt dies eis ad proximum Parliamentum, niſi Rex aliud inde ordinaverit. Et interim &c.

Poſtea ad Parliamentum Regis apud Weſtm' in octabis Nativitatis beate Marie eodem anno xxxiii, venit predictus Prior de Goldyngham. Et quia dicti Cuſtos & Camerarius nondum ſcrutari fecerunt rotulos predictos, nec predicta Inquiſitio capta eſt in forma predicta, nec Rotuli Regis de terra Scocie in Turri London ſunt ſcrutati, Ideo datus eſt dicto Priori dies ad Parliamentum Regis poſt Paſcha proximo futurum, videlicet in craſtino Aſcenſionis Domini, Ad quem diem tenens locum Regis in Scocia & alii de eiſdem partibus adjornantur. Et quod mandetur tenenti locū Regis in Scocia & dicto Camerario quod ſcrutari faciant dictos Rotulos & memoranda in Cuſtodia dicti Camerarii exiſtentes, ut predictum eſt. Et quod inquirant per probos & legales in forma predicta &c. & inde certificent Regem ad predictum craſtinum &c. Et totus iſte proceſſus mittatur dictis tenenti locum Regis & Camerario ſub pede ſigilli Regis.

Nº 14. Placitum inter Regem & Abbatem de Monte Sancti Michaelis de Gerſey.

DOMINUS Rex mandavit breve ſuum Henrico de Gildeford in hec verba:

Edwardus Dei gratia Rex Anglie, Dominus Hibernie, & Dux Aquitanie, Dilecto & fideli ſuo Henrico de Gildeford, Salutem. Quia quibuſdam certis de cauſis certiorari volumus ſuper modo & cauſa captionis manerii Abbatis de Monte S. Michaelis in periculo maris de S. Clemente in Inſula de Jereſeye per vos & Socios veſtros nuper Juſticiarios noſtros itinerantes ad Communia placita in Inſula predicta, ut dicitur, in manum noſtram, vobis mandamus quod Nos ſuper modo et cauſa predictis diſtincte et aperte ſub ſigillo veſtro reddatis ſine dilatione certiores, Remittentes Nobis hoc breve. Teſte meipſo apud Bruſtwik, vi die Novembris, anno regni noſtri triceſimo ſecundo.

Et predictus Henricus ſuper hoc miſit Recordum et proceſſum in hec verba:

Placita coram Henr' de Gildeford & Sociis ſuis Juſticiariis Itinerantibus in Inſula de Jereſeye, die Lune proxima poſt Feſtum Sancti Petri ad vincula, anno regni Regis Edwardi triceſimo ſecundo.

DOMINUS Rex, per Galfridum de Memgrant qui ſequitur pro eo &c. petit verſus Abbatem de Monte Sancti Michaelis in periculo maris & ejuſdem loci Conventum, manerium Sancti Clementis cum terris & redditibus & pertinentiis ſuis, de quo Dominus J. Rex avus ſuus fuit in ſeiſina ut de feodo & jure, tempore pacis &c. Et illud dedit cuidam Petro de Peverill ad terminum vite ipſius Petri: poſt cujus mortem predeceſſores ipſius Abbatis intruſerunt ſe in eodem, & ſemper poſtea ſic illud detinuerunt &c. Et predictus Abbas perſonaliter, & Conventus ſuus per ſufficientem procuratorem veniunt, & dicunt, quod ipſi & predeceſſores ſui a tempore quo non extat memoria, videlicet a tempore Ricardi Ducis Normannie anteceſſoris Willielmi Conqueſtoris Anglie, predictum manerium tenuerunt ſine aliqua interruptione. Iſtud tamen non dicendo pro aliqua reſponſione coram Juſticiariis hic facienda. Et quod Juſticiarii per Commiſſionem ſuam poteſtatem non habent ea que Dominum Regem verſus alios contingere poſſent petendi, proſequendi, ſeu revocandi, nec in Commiſſione ſua predicta, hujuſmodi clauſula ſeu poteſtas continetur. Et predictus Galfridus qui ſequitur pro Rege &c. dicit quod Juſticiarii hic per Commiſſionem ſuam predictam perſonam Domini Regis in ſede Judiciali repreſentant, & poteſtatem habent petendi, proſequendi, & revocandi ea que ſuper Dominum Regem vel anteceſſores ſuos fuerint quoquomodo per quoſcumque occupata, & injurioſe detenta. Preterea dicit, quod Dominus J. Rex predictus, avus Domini Regis nunc, fuit in ſeiſina de predicto manerio ut de feodo & jure, tempore pacis &c. Et illud dedit predicto Petro de Peveryll ad terminum vite ſue, ut predictum eſt. Unde petit quod predicti Abbas & Conventus reſpondeant predicto Domino Regi ad actionem & petitionem ſuam &c. illas concedendo vel negando. Quas ſi negare voluerint, paratus eſt verificare ſecundum quod predictum eſt qualitercumque Jur' Regis & Curia conſideraverint &c. Et predicti Abbas & Conventus dicunt preſiſe, quod nolunt coram Juſticiariis hic de predicto manerio ſuo reſpondere, eo quod ipſi Juſticiarii per Commiſſionem ſuam nullam habent poteſtatem predictum manerium verſus eos petendi, et modo quo illud petunt, nec eos ea ratione trahendi in placitum. Parati tamen erant ob reverenciam Regis extra Judicium Juſticiariis ſuper hoc evidencias monſtrare. Et predictus Galfridus qui ſequitur pro Domino Rege &c. petit judicium de predictis Abbate & Conventu tanquam indefenſis. Poſtea ſuper hoc habito colloquio cum Jur' Regis, Militibus, & aliis liberis tenentibus, Conſideratum fuit quod Juſticiarii ſufficientem habuerunt poteſtatem, ſecundum conſuetudinem patrie, Jura Domini Regis petendi & ꝓſequendi & occupata revocandi. Et quod Dominus Rex recuperare debuit manerium predictum verſus predictos Abbatem & Conventum, eo quod iidem Abbas & Conventus ſeiſinam Domini J. Regis avi &c. ut de feodo & jure non dedixerunt, nec ad actionem Domini Regis nunc aliquid reſponderunt, nec aliquid aliud oſtenderunt quare predictum manerium eis remanere debuit. Ideo preceptum eſt Vicecomiti quod capiat predictum manerium in manum Dñi Regis & illud ſalvo cuſtodiat, ita quod reſpondeat de exitibus &c. Poſtea predictum manerium extendebatur ad quater viginti & decem libras Turron' & traditur Philippo le Eveſque, Laurencio de Sevenok, & Magro Wilto Lenginor, ad reſpondendum Domino Regi de extenta predicta. Et modo ad Parliamentum iſtud ſecuntur predicti Abbas et Conventus per petitionem per quendam Nuncium ſuum &c. ad petendum remedium &c. Ad quam quidam petitionem reſponſum eſt per Dūm Regem &c. quod ſi predicti Abbas & Conventus habeant Jus in predicto manerio ut de jure Eccleſie ſue predicte S. Michaelis, oſtendant cartas & ſcripta que inde habent &c. Et doceant de jure Eccleſie ſue in hac parte. Et ſequantur inde alias gratiam Domini Regis quando ſibi viderint expedire. Poſtea ad Parliamentum Regis apud Weſtm', in octabis Nativitatis Beate Marie anno predicto, venit predictus Abbas, & peciit quod audiatur ad docendum de jure Eccleſie ſue predicte &c. Et unde idem Abbas dicit, quod predictum manerium ab antiquo vocabatur Terra Petri le Moni, & quam terram cum pertinenciis Ricardus quondam Dux & Princeps Normannie, avus Domini Willielmi quondam Regis Anglie Conqueſtoris &c. dedit loco ad Archangeli Michaelis ſito in Monte qui dicitur Tumba, fratribus ibidem Deo monaſtice famulantibus, videlicet terram Petri Monachi que eſt in Inſula Gerſeye. Et profert quandam Cartam antiquam ſine ſigillo ſub nomine predicti Ducis que hoc teſtatur. Profert etiam quandam Cartam Domini H. quondam Regis Anglie ſecundi, per quam idem Rex conceſſit & confirmavit Abbatie de Monte Sci Michaelis in periculo maris, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes quas eis rationabiliter fecerint anteceſſores ſui, ſcilicet Comes Ricardus ſecundus, & Gunnor Comitiſſa mater ejus, & Comes Robertus filius predicti Ricardi, & Willielmus Rex Anglie filius ejuſdem Roberti, & Rex Henricus filius ejus, in terris, & Eccleſiis, & decimis, & redditibus, & in omnibus aliis rebus, preſertim in hiis omnibus de quibus tunc ſeiſiti fuerunt, ſicut Carte Donatorum teſtantur, & omnia que eis rationabiliter

A. D. 1305. 33 Edw. I.

A. D. 1305. 33 Edw. I.

tionabiliter data fuerunt, Et quoddam ſcriptum ſub nomine cujuſdam Philippi de Abbeyneis, quondam Ballivi Domini H. Regis Anglie in inſulis ad aſſiſas capiendas, de mandato Regis per juramentum virorum patrie legitimorum, in plenaria aſſiſa reddidit Abbacie predicte & ejuſdem loci Conventui firmiter & quiete omnia jura ſua in Inſula Gereſey in terra & mari. Et dicit, quod ipſe & omnes anteceſſores ſui quondam Abbates loci predicti continue fuerunt in ſeiſina de manerio predicto cum pertinenciis a tempore donationis precepit: Ita quod manerium illud nunquam poſtmodum fuit in ſeiſina predicti Domini J. Regis, et abſque hoc quod idem J. Rex predictum manerium alicui dedit. Et hoc paratus eſt verificare per patriam vel qualitercumque Curia Domini Regis conſideraverit &c. Et quod predictum * manerium eſt illa eadem terra contenta in Carta predicti Ricardi, quondam Ducis &c. Et poſtmodum recitatis rationibus predictis prefati Abbatis coram venerabili Patre Dominis W. Coventrenſi & Lichefeldenſi Epiſcopo, Henrico Comite Lincolnie, Rogero le Brabanzon, & aliis Juſticiariis & fidelibus de Conſilio &c. videtur Conſilio &c. quod inquirendum eſt ſuper articulis predis quos predus Abbas verificare pretendit, videlicet ſi predm manerium ſit illa eadem terra contenta in Carta preda ſicut pred' eſt: Et ſi pred' manerium fuit in ſeiſina pred' Dñi J. Regis, & qualiter & quomodo manerium illud devenit in ſeiſinam ipſius Regis, & ſi pred' J. Rex dedit idem manerium predco Petro, & de forma donationis ejuſdem &c. vel ſi pred' Abbas & predeceſſores ſui continue fuerunt in ſeiſina de predco manerio cum pertinenciis a tempore donationis Ducis predci &c. ſicut prefatus Abbas aſſerit. Et Abbas ſimiliter petit quod inquiratur &c. Ideo preceptum eſt Cuſtodi Inſule predce vel ejus locum tenenti, quod venire faciat coram Nicholao de Cheignye, Johanne de Ditton, & Johanne de Carerek, aſſignatis ad inquirendum ſuper articulis predcis, ad certos diem & locum, quos predicti Nicholaus, Johannes, et Johannes prefato Cuſtodi vel ejus locum tenenti ſcire facient, tot & tales tam Milites quam alios probos & legales homines de viſneto predicto, & qui pred' Abbatem nulla affinitate attingant, & per quos rei veritas in premiſſis melius ſciri poterit & inquiri: Et quod predicti Nicholaus, Johannes, & Johannes Inquiſitionem illam diſtincte & aperte factam ſcire faciant Domino Regi ſub ſigillis ſuis, et ſigillis eorum per quos hujuſmodi Inquiſitio facta fuerit &c.

* *Manerium* is in a modern hand, in the margin.

Nº 15. N. de Segrave.

CUM Nicholaus de Segrave, nuper in guerra Dñi Regis in Scocia in exercitu & auxilio ipſius Domini Regis ibidem exiſtens, enormes iniquitates verſus Johannem de Crumbwell in eodem excercitu ſimiliter in auxilium ipſius Regis exiſtentem impoſuiſſet, eaſdemque per corpus ſuum verſus eum probare optuliſſet, & predictum Johannem ad ſe defendendum in Curiam Regis Francie adjornaſſet, iter ſuum verſus partes predictas arripiendo, & juxta Dovorr' ad alium locum quam ad portum debitum, contra prohibitionem Domini Regis ſibi per Robertum de Burgherſh, Conſtabularium Caſtri Dovorr' & Cuſtodem Quinque Portuum ex parte ipſius Domini Regis expreſſe factam, clam & latitanter ad propoſitum & impriſam ſuam malicioſam proſequendam & explendam verſus partes Francie ſe transfretaſſet, per quod dictus Conſtabularius in reditu ipſius Nicholai apud Dovorr' de partibus predictis, pretextu brevis Dñi Regis eidem Conſtabulario ſuper hoc directi, ipſum Nicholaum ad domum Nicholai le Archer de Dovorr' hoſpitatum ibidem cepiſſet, & ſub certa cuſtodia poſuiſſet, ſicut plenius continetur in Recordo inde verſus dictum Nicholaum facto; Johannes de Saundre, Johannes de Mary, Willielmus de Kenſtan, Thomas de Ripple, Ricardus Monyn, Willielmus de Boklond, Salamon Lynyng, Johannes de Caldeſore, Nicholaus Dreu, Alexander filius Johannis de Aula, Johannes filius Iſabelle Veneſon, Alexander Schipman, Robertus Bourton, Johannes le Taillour, Ricardus filius ejuſdem, Ricardus Botercok, Nicholaus Rote, Johannes le Rous, Thomas Srich, Thomas Lorekyn, & Thomas Kyng, Barones ejuſdem portus Dovorr', maliciam & impriſam ipſius Nicholai nequiter faventes, ipſum Nicholaum in domo predicti Nicholai Larcher tanquam in priſona Regis per predictum Conſtabularium areſtatum, a qua ut idem Conſtabularius eum uſque Caſtrum Dovorr', ut ibidem ſecurius cuſtodiretur, volebat abduxiſſe, a manibus ipſius Conſtabularii malicioſe, ut dicitur, reſcuſſerunt, & ipſum in priſona Regis in forma predicta areſtatum abire permiſerunt, in contemptum Regis & deceptionem manifeſtam. Et premiſſis Domino Regi in partibus Scocie tunc exiſtenti nunciatis, Licet pro hujuſmodi facto punicio maxima mereatur, Rex tamen, ad inſtanciam Margarete Regine Anglie conſortis ſue pro dictis Baronibus ſupplicantis, per finem quem dicti Barones cum ipſo Domino Rege ibidem fecerunt pro una navi invenienda in obſequio Regis Francie per quatuor menſes ad cuſtus eorundem in auxilium ipſius Regis Francie contra Flandrenſes tunc rebelles & inimicos ipſius Regis Francie, remiſit eiſdem Baronibus tranſgreſſionem predictam &c. Et quia prefati Barones navem predictam, quam in obſequio ipſius Regis Francie juxta finem predictum ut predicitur inveniſſe debuerant, negligenter & in contemptum Domini Regis invenire non curarunt, attachiati ſunt per breve Domini Regis dicto Conſtabulario poſtmodum directum, eſſendi ad iſtud Parliamentum Regis ſuper premiſſis reſponſuri. Qui venerunt. Et Dominus Rex habita de Conſilio ſuo conſideratione ad premiſſa in pleno Parliamento ſuo vult & precipit, quod quia predicti Barones fecerunt finem cum Rege per unam navem inveniendam in obſequio Regis Francie per quatuor menſes ad cuſtus eorundem, & eam juxta finem predictum non invenerunt, quod dicti Barones per quatuor menſes baniantur a villa ſua predicta, & quod domus Nicholai Larcher, que eſt in manu ejuſdem Nicholai nomine cuſtodie ratione minoris etatis heredum Johannis Salkyn, in qua dictus Nicholaus de Segrave hoſpitabatur, & a qua exivit ut predictum eſt, capiatur in manum Regis & ſalvo cuſtodiatur, Ita quod dictus Conſtabularius de exitibus inde provenientibus Regi reſpondeat ad voluntatem Regis &c. Et poſt dictos quatuor menſes predicti Barones veniant coram Theſaurario & Baronibus ad Scaccarium Domini Regis & finem faciant pro tranſgreſſione predicta.

A. D. 1305. 33 Edw. I. Memoranda Parliamenti Regis apud Weſtm' in octabis Nativitatis beate Marie, anno xxxiii finiente. A. D. 1305. 33 Edw. I.

DOMINUS Rex mandavit breve ſuum Johanni de Kirkeby, Clerico, in hec verba:

Edwardus, Dei gratia &c. Dilecto Clerico ſuo Johanni de Kyrkeby, Salutem. Quia ordinavimus quod vos & dilecti Clerici noſtri, Gilbertus de Roubiri, Magiſter Johannes de Cadomo, & Magiſter Johannes Bousſh, recipiatis omnes petitiones quas liberari continget in inſtanti Parliamento noſtro quod incipiet apud Weſtm', in octabis Nativitatis beate Marie Virginis proximo jam venture vobis mandamus, firmiter injungentes, quod, omnibus aliis pretermiſſis, London' cum omni celeritate qua poteritis perſonaliter accedatis, & una cum Clericis noſtris predictis peticiones hujuſmodi recipiatis ibidem extunc de die in diem uſque ad certum diem poſt Feſtum Sancti Michaelis futurum proximo, & non ultra: Et hoc nullatenus omittatis. Teſte me ipſo apud Lanfard, IIII die Septembris, anno regni noſtri triceſimo tertio, per breve de privato Sigillo. Et conſimilia brevia directa fuerunt predictis Gilberto de Roberi, Magiſtro Johanni de Cadamo, & Magiſtro Johanni Bousſh.

Proclamatio. Poſtea die Lune proximo ante Feſtum Sancti Michaelis facta fuit quedam Proclamatio in Civitate London', per preceptum Regis, in hec verba:

Nous vous feiſons a ſavoir de p noſtre Seigneur le Roy, quil ad volu & comaunder que totes manere de gentz qi ount peticions a bailler a ceſt Parlement, livrent lour peticions a Sir Gilbert de Robiri, a Meſtre Johan de Cam, a Sir Johan de Kyrkeby, & a Meſtre Johan Bousſh, ou a aucun de eux, entre ci e le diemeigne procheyn apres ceſt Seint Mich', a houre de ſolail reſconſaunt, Car apres cel houre ad il defeindu que peticioun ne ſoit reſceu de nuli. Ceſte Crie fuſt fait en Loundres le Lundi proſchein avant la Seint Mich'.

Adhuc Memoranda Parliamenti Regis apud Weſtm' in octabis Nativitatis beate Marie anno xxxiii.

Milites Templarii. AD peticionem Magiſtri & Fratrum Milicie Templi, petencium, quod Theſaurarius & Barones de Scaccario Regis habeant breve de Cancellaria ad ſcrutandum Rotulos de Scaccario, ſi una Marca, quam predeceſſores Regis nunc de Comitatu Cornubie eiſdem Magiſtro & Fratribus conceſſerunt in perpetuam elemoſinam, ſit ſuper aliquem Compotum Vicecomiti allocata, Et ad faciendum ulterius inde quod de jure fuerit faciendum; Et eciam petentium, quod cum Rex eis per Cartam ſuam conceſſerit Mercatum in manerio ſuo de Rotelegh, & pro eo idem Mercatum eis utile non fuit, alias ſupplicarunt Regi quod idem Mercatum de gratia ſua mutaret uſque Gaddeſby infra procinctum dictum ville de Rothelegh, quod Rex eis conceſſit, & pro magno feodo ſigilli Carta de conceſſione nondum fuit proſecuta, unde petunt nunc Cartam Regis de Conceſſione predicta,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt ad primam petitionem, Habeant breve de Cancellario, Theſaurario & Baronibus de Scaccario, quod, ſcrutatis Rotulo & memorandis Scaccarii, ſi compertum ſit quod predicta marca debeatur, & quod eam hactenus ſingulis annis receperunt, tunc inde certificent Regem &c. Ad ſecundam, Videatur conceſſio alias eis per Regem facta de Mercato mutando, & ſi inveniatur illa petitio ſic indoſſata, tunc habeant Cartam de hujuſmodi mercato ſecundum conceſſionem prius inde factam.

Morteyn ff. AD petitionem Rogeri de Morteyn & Iſabelle uxoris ſue, unius heredum Willielmi de Luda nuper Elienſis Epiſcopi defuncti, petentium remedium ſuper eo, quod ubi non teneant quartam partem terrarum que dictus Epiſcopus adquiſivit in vita ſua, pro eo quod Willielmus Tuchet, alter heredum ipſius Epiſcopi, conjunctim feoffatus fuit cum eodem Epiſcopo de majori parte terre quam idem Epiſcopus adquiſivit &c. idem Willielmus Tuchet nuper veniens ad Scaccarium dedit intelligi Theſaurario & Baronibus ibidem, quod idem Rogerus & Iſabella equaliter tenent medietatem terrarum que fuerunt predicti defuncti; per quam quidem ſuggeſtionem iidem Rogerus & Iſabella onerantur ad dictum Scaccarium de medietate omnium debitorum que dictus defunctus Regi debuit die quo obiit, ac ſi medietatem terrarum predictarum tenerent: quod omnes terre que per mortem dicti Epiſcopi tam eis quam dicto Willielmo Touchet deſcenderunt, tam videlicet terre ille unde dictus Willielmus Tuchet conjunctim feoffatus exiſtit quam alie terre extendantur, & unuſquiſque oneretur de debitis predictis ſecundum portionem quam tenet. Et dicti Rogerus & Iſabella petunt, quod interim habeant reſpectum de cxxviiiti. iiiis. vd. ob. que per ſummonitionem de Scaccario & brevia exiguntur, quouſque terre predicte extendantur & debita predicta aporcionata &c.,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Mandetur per breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario, quod inquirant de omnibus terris & tenementis que Magiſter Willielmus de Luda nuper Elienſis Epiſcopus tenuit in feodo die quo obiit, in quorumcumque manibus devenerint, & ea extendi faciant, & ſingulos tenentes de terris predictis onerari faciant de debitis que idem Regi debet ſecundum portionem quam inde tenent &c. Et interim Rogerus, & Iſabella uxor ejus, qui tenent partem terrarum predictarum, habeant reſpectum &c.

Adhuc Memoranda Parliamenti Regis apud Weſtm' in octabis Nativitatis beate Marie, anno regni Regis Edw' xxxiii finiente.

Mortimer, Vivon, Beauchamp. AD peticionem Agathe de Mortuo Mari, Johanne de Vivon, & Cecilie de Bello Campo, petencium quod Theſaurarius & Barones de Scaccario eis reddant propartes ſuas de Comitatu de Kyldare ſecundum recordum & proceſſum eis miſſum per breve Regis &c. & etiam petentium, quod quia quando propars facta fuit inter heredes Comitis Mareſcalli in Anglia, Vallia, & Hibernia, tunc fuerunt proficua Comitatus de Kyldare, ut de ſigillo Cancellarie Juſtic' in Itinere placitorum & perqui-

A. D. 1305. 33 Edw. I.

perquisitorum & omnes alii exitus partiti inter heredes ad certum valorem, unde ipsi heredes pacifice seisiti fuerunt, videlicet quelibet de proparte sua, quousque Willielmus de Vescy filius & heres Agnetis de Vescy una heredum &c. injuste ejecit suos participes de propartibus suis, & in continuando injuriam suam feoffavit Regem d. parte sua & de aliis propartibus quas injuste occupaverat: Et licet videtur Consilio Regis quod sit ad commodum ipsius Regis quod dictum Sigillum amoveatur, & Justic' & alia adnectentur Comitatui; Alie participes tamen que injuste expulse sunt non debent exheredari desicut ipsi non forisfacerent jus suum &c. velit Rex eis inde satisfacere in rationabili valore &c. cum ipse actionem suam haberent versus dictum Willielmum, si superstes esset &c.,

Responsio. Ita responsum est ad istas duas petitiones, Sequantur coram Rogero le Brabanzon & sociis suis, & illi faciant quod justum fuerit, per consilium Thesaurarii & Cancellarii et aliorum de Consilio si necesse fuerit.

---

ff. Brewose. AD petitionem Willielmi de Brewouse petentis, quod quia multum gravatus extitit in servicio Regis, quod Rex velit atterminare debita sua, unde summa est ccc marcarum ut asserit,

Ita responsum est, Atterminetur juxta discretionem Thesaurarii & Baronum.

A. D. 1305. 33 Edw. I.

Responsio.

---

ff. Ordinatio de Conspiratoribus. CONSPIRATOURS sount ceux qui s'entre alient par serment, covenaunt, ou par autre alliaunce, qe chescun eidra & sustendra autri empryse de fausement & maliciousment enditer ou faire enditer, ou fausement acquiter les gentz, ou faussement mover plees ou meintener. Et auxi ceux qui sount enfancz deincz age appeler la gent de felonies, par quei il sount emprisonez & moult grevez. Et ceux qui receivent gentz de pais a lour robes ou a lour feez pur meintenir lour mauveis enprises & pur verite esteindre, auxibien les pernours come les donours. Et Seneschaux & Baillifs de grantz Seigneurs qui per seigneurie, office, ou poeir, enpernont a meintenir ou sustenir pleez ou baretz pur parties, autres que celes que touchent l'estat lour Seigneurs ou eux mesmes.

Ista ordinatio & finalis diffinicio Conspiratorum facta fuit & finaliter concordata per Regem & Consilium suum in hoc Parliamento &c. Et ordinatum est quod Justiciarii assignati ad diversas transgressiones & felonias in singulis Comitatibus Anglie audiendas & terminandas habeant inde transcriptum &c.

Placita coram ipso Domino Rege apud Westmonasterium, in Parliamento suo in octab' Nativitatis beate Marie, anno regni Regis Edwardi filii R. Henrici tricesimo tertio.

ff. De Johanne Saluayn &c. (m. 1.)

JOHANNES Salucyn, Margareta uxor ejus, et Isabella soror ejusdem Margarete, filie et heredes Roberti de Ros de Werk' per petitionem suam factam in forma subsequenti ostendunt Domino Regi, et petunt, quod cum Dominus Rex de gratia sua speciali concessit et ordinavit, Quod omnes Gentes de Regno Scotie cujuscumque conditionis fuerint, et que ad pacem suam venerunt, exceptis aliquibus personis in eadem ordinatione nominatis, admittantur secundum conditiones subsequentes, videlicet, Qd salva sint eis vita et membra, et quod quieti sint de inprisonamento, et quod non exheredentur, ita quod de eorum redemptione et emendis de transgressionibus quas ipsi Domino Regi solummodo fecerunt, et de establiamento de Terris Scotie, quod stent ordinationi sue, sicut plenius continetur in ordinatione supradicta; Et insuper Dominus Rex concessit omnibus qui secuti fuerint seisinam de terris quas ipsi et eorum Antecessores tenuerunt in principio guerre, in quorum manus terre ille devenissent; Quod ipsi Johannes, Margareta, et Isabella, uti possent et gaudere Concessione et Ordinatione predictis quoad terras que dictus Robertus tenuit in Anglia & in Scotia in principio guerre, Ita quod non sint exheredati &c.

Et Wilts de Ros de Hamelak' qui tenet predictum Manerium de Werk' ex dono et concessione Domini Regis, per premunitionem sibi factam venit, Et tam pro seipso tanquam tenente dictum Manerium, quam pro Domino Rege, quoad alias terras et tenementa que fuerunt dicti Roberti tam in Regno Anglie quam in Terra Scotie, dicit, Quod predicti petentes nichil in eisdem per medium predicti Roberti clamare possunt ut ipsius heredes, nec ad illa petenda seu aliquam partem eorumdem audiri debent prout petunt. Dicit enim, quod ipsi petunt tenementa predicta ut heredes predicti Roberti, et virtute cujusdam Ordinationis quam Dominus Rex nuper fecit et concessit illis hominibus de Terra Scotie qui in ultima guerra in eadem Terra ad pacem suam venerunt et admissi fuerunt, et per illa verba, videlicet, quod non exheredentur. Et etiam petunt, quod ipsi uti possint & gaudere Concessione et Ordinatione predictis quoad Terras quas dictus Robertus tenuit in Angl' et in Scotia in principio guerre; Ita quod non sint exheredati, prout in sua petitione continetur; ad quod nullo modo admitti debent. Quia dicit quod predictus Robertus, diu ante principium istius guerre, ad quod tempus Ordinatio predicta, redditio terrarum et concessio se extendunt, inimicus Domini Regis devenit manifestus, parti Scottorum contra homagium & fidelitatem suam felonice et tradiciose adherendo, et sic omnes terras et tenementa sua ubicumque infra Dominium et potestatem Domini Regis existentia, simul cum aliis Bonis suis quibuscumque, tottaliter forisfecit; nec umquam postea in vita sua ad pacem Domini Regis rediit, set in inimicitia sua ut felo & traditor obiit: occasione cujus inimicitie sic commisse Dominus Rex Terras illas & Tenementa statim in manum suam seisivit, et postea dictum Manerium de Werk' ipsi Willo dedit. Et hoc paratus est verificare tam pro Domino Rege quam pro seipso, sicut Curia consider', si necesse fuerit. Et petit Judicium tam pro Domino Rege quam pro seipso, si petentes predicti in petitione sua predicta audiri debeant &c.

Et quia, habito super premissis diligenti tractatu per ipsum Dominum Regem et totum Consilium, expresse recordatum est, Quod dictus Robertus de Ros, per multa tempora ante principium istius ultime guerre in Scotia, contra homagium, fidelitatem, et ligientiam suam, de ipso Domino Rege tradiciose et felonice se elongavit, et inimicus ipsius Domini Regis manifeste devenit, parti Scottorum

A. D. 1305. 33 Edw. I.

Scottorum adherendo, tunc inimicorum & rebellionum Domini Regis exiſtentium, nec unquam poſtea in vita ſua ad pacem ipſius Domini Regis rediit, ſet inimicus ſuus obiit: Viſiſque Articulis et Conditionibus contentis in Ordinatione per ipſum Dominum Regem facta in eadem ultima guerra hominibus de Terra Scotie et conceſſa, tam de reditione terrarum ſuarum eiſdem faciend' quam de aliis in eadem Ordinatione contentis, & virtute cujus Ordinationis petentes predicti modo tenementa predicta petunt: Videtur ipſi Domino Regi et Conſilio, quod petentes predicti, ratione illius Ordinationis ſeu Redditionis, in petitione ſua predicta audiri non debent.

Propter quod concordatum eſt et conſideratum per ipſum Dominum Regem & Conſilium ſuum, quod predictus Wilts eat inde ſine die &c. Et quod predicti petentes nichil capiant per petitionem ſuam predictam &c.

Poſtea mandavit Dominus Rex, videlicet Edwardus filius Regis Edwardi, Breve ſuum in hec verba:

Edwardus, Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie, dilecto & fideli ſuo Gilberto de Roubury, Salutem. Quia certis de cauſis volumus quod dilectus & fidelis noſter Henricus de Lacy, Comes Lincoln', tenens Locum noſtrum in Angl', Nobis in partibus Scotie agentibus, ſuper tenore petitionis Johannis Salueyn, et Margarete uxoris ejus, et Iſabelle ſororis ejuſdem Margarete, Domino Edwardo quondam Regi Angl' patri noſtro in Parliamento ſuo apud Weſtmonaſterium, anno regni ſui triceſimo tertio, de terris & tenementis que fuerunt Roberti de Ros de Werk' exhibite, et etiam ſuper tenore reſponſionis eis per ipſum patrem noſtrum inde facte plenius certioretur: Vobis mandamus quod, ſcrutatis Rotulis de Parliamento predicto, de hujuſmodi petitionibus ibidem porrectis et reſponſionibus factis ad eaſdem, qui ſunt in cuſtodia veſtra ut dicitur, tenorem petitionis predicte et etiam reſponſionis inde fact' prefato Comiti, ſub ſigillo veſtro ſine dilatione mittatis, et hoc Breve. Teſte meipſo apud Byger, VI die Octobris, anno regni noſtri quarto.

A. D. 1305. 33 Edw. I.

Virtute cujus Brevis idem Gilbertus miſit prefato Comiti tenorem petitionis predicte, et etiam reſponſionis inde facte, prout patet ſuperius &c.

Poſtea idem Dominus Rex inſuper mandavit aliud Breve ſuum, in hec verba:

Edwardus, Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie, dilecto Clerico ſuo Gilberto de Roubury, Salutem. Cum Johannes Salueyn, qui .... Margaretam filiam et unam heredum Roberti de Ros dudum defuncti, qui de Domino Edwardo quondam Rege Anglie patre noſtro tenuit in capite, coram Nobis et Conſilio noſtro proſecutus fuerit; petendo ut Nos Homagium ſuum, de proparte que ad dictam Margaretam de terris et tenementis que fuerunt dicti Roberti debet pertinere, capere, et eiſdem Johanni & Margarete propartem illam reddere velimus; Ac intellexerimus, quod quedam proſecutio ſuper dicto negotio coram dicto patre noſtro et Conſilio ſuo in Parliamentis ſuis facta fuit; Nos de eo qđ inde in Parliamentis illis factum & tractatum fuerat pro predicto negotio melius expediendo plenius certiorari volentes, Vobis mandamus quod, ſcrutatis Rotulis de Parliamentis dicti patris noſtri qui ſunt in cuſtodia veſtra ut dicitur, Nos de omnibus que in eiſdem Rotulis invenire poteritis contingere negotium antedictum, per veſtras literas diſtincte et aperte, in octab' Purificationis beate Marie proximo futur' vel antea ſi commode poſſitis, reddatis certiores: Remittentes Nobis hoc Breve. Teſte meipſo apud Berewycum ſuper Twedam, XIII die Decembris, anno regni noſtri quart.

Per Breve de privato ſigillo.

A. D. 1305. 33&34 Edw. I.

Placita coram Domino Rege apud Weſtm' de Termino S. Michaelis, anno regni Regis Edwardi filii Regis H. triceſimo tercio finiente, incipiente triceſimo quarto.

A. D. 1305. 33&34 Edw. I.

Per petitionem de Conſilio. De felonia Joha' de Monemue.

A N'RE Seign' le Roy monſtrent William de Seint Martin, et Oliver de Ingeham, heirs Johan de Monemue fuitz & heir Cecilie de Monemue, qe com un Johan de Monemue, quy pur felonie qil fiſt fut pendu, euſt tenu del avantdit Johan fitz & heir lavantdite Cecilie le maner de Stipellangeford ove les apurtenances, & le moite del maner de Eſt-Grimſtede en le Conte de Wiltefire, et nr̃e Seign' le Roi eit eu l'an & le jour de totes celes terres, & ja le moins les eit tenu en ſa mein ſis auntz ou ſept, outre les avantditz an & jour, pur defaute de feute des avanditz William & Oliver, qui diverſement en ount eſte deſtorbes cea en areres, nr̃e Seign' le Roi, a la requeſte des avantditz William & Oliver, comanda en ſon Parlement de Nicole de faire enqueſte p̃ bref de ſa Chancellerie de ceſte choſe ſolonc ceo que en cas ſemblable touz jours ad eſte uſe. Laquele enqueſte eſt picea faite, & en la Chauncellerie retorne. Dunt les avantditz William & Oliver prient a nr̃e Seign' le Roi, que come celes terres ſoient ore tenues de eux, & il eit eu l'an & le jour de meiſmes terres, par quei la ſeiſine de celes terres deit eſtre livere a ceux come a chiefs Seigneurs, ſolonc ceo que la grant Chartre purporte, qil pleiſe a lui de comander que la ſeiſine des dites terres lour ſoit livere ſicome touz jours ad eſte uſe en cas ſemblable.

Que quidem petitio in Conſilio indorſata fuit, Quod predicti Willielmus & Oliverus ſequerentur in Cancellar' quod Inquiſitio predicta ſcrutaretur, & coram Conſilio reportaretur &c. Per quod eadem Inquiſitio coram Conſilio per Cancellarium porrecta fuit & oſtenſa, ſimul cum Brevi per quod capta fuit, in hec verba:

Edwardus, Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, & Dux Aquitanie, Vicecomiti Wilteſ', Salutem. Precipimus tibi, quod per ſacramentum proborum & legalium hominum de Comitatu tuo per quos rei veritas melius ſciri poterit, diligenter inquiras utrum manerium de Stepellangeford, & tercia pars manerii de Eſt-Grimeſtede, cum pertin', que Johannes de Monemuth qui pro felonia quam fecit ſuſpenſus fuit ut dicitur tenuit, extiterint in manu noſtra per unum annum & unum diem, necne, & de quo vel de quibus predicta manerium & terciam partem tenuit, & per quod ſervicium, & quis modo ea teneat, & quis annum noſtrum & diem inde habuerit, & Nobis inde reſpondere debeat, Et Inquiſitionem inde diſtincte & aperte factam Nobis ſub ſigillo tuo, & ſigillis eorum per quos facta fuerit, ſine dilatione mittas, & hoc Breve. Teſte meipſo apud Berewicum ſuper Twedam, X die Julii, anno regni noſtri viceſimo nono.

Inquiſitio

A. D. 1305. 33 & 34 Edw. I.

Inquisitio facta coram J. de Newburgh, Vicecom' Wiltef', die Veneris, in crastino exaltationis Sancte Crucis, anno regni Regis Edwardi vicesimo nono.

UTRUM manerium de Stepellangeford cum pertin' & tercia pars manerii de Est-Grimestede que Johes de Monemue qui pro felonia quam fecit suspensus fuit, ut dicitur, tenuit, extiterunt in manus Domini Regis per unum annum & unum diem, necne, & de quo predicta manerium & terciam partem predicti manerii tenuit, Et quis modo ea teneat, Et quis de anno & de die Domino Rege respondere debeat, per sacramentum Alani de Langeford, Nicholai Malmeyns, Edi Falks, Willi le Mareschal, Radulfi Daunger, Johannis Hulon, Stephani Got, Hug' Syreman, Galfridi de Hache, Johis de Lucy, Henrici de Heyraz, & Johis le Prute. Qui dicunt super sacramentum suum, quod manerium de Stepellangeford cum pertinenciis, & tercia pars manerii de Est-Grimstede, que Johannes de Monemue tenuit qui pro felonia quam fecit suspensus fuit, extiterunt in manus Domini Regis per unum annum & unum diem. Dicunt etiam, quod predictus Johannes de Monemue tenuit sibi & heredibus suis vel assignatis predictum manerium, & terciam partem predicti manerii, de Willielmo de S. Martino, & Olivero de Ingeham, & heredibus Johannis de Monemue filii et heredis Cecilie de Monemue & heredibus suis vel assignatis, per servicium duorum feodorum Militis. Dicunt eciam, quod Regina, consors Domini Regis qui nunc est, predictum manerium & predictam terciam partem ex concessione ejusdem Domini Regis modo tenet. Dicunt eciam, quod Johannes de Wotton, qui aliquo tempore fuit Vicecomes Wiltef', habuit diem & annum de predictis manerio & tercia parte predicti manerii, & de eisdem Domino Regi respondere debet. In cujus rei testimonium predicti Juratores huic Inquisitioni sigilla sua apposuerunt. Dat' apud Stepellangeford supradictis die et anno &c.

Indorsatum fuit eciam super petitionem predictam, quod predicti Willielmus & Oliverus haberent breve Thesaurario & Camerar' &c. quod, scrutatis rotulis de Itinere Salomonis de Roff' in Comitatu Wiltef' coram quo predictus Johannes fuit suspensus, venire facerent recordum &c. Per quod mandatum fuit Thef' & Camer' breve Domini Regis, in hec verba:

Edwardus, Dei gratia, Rex Anglie, Dominus Hibernie, & Dux Aquitanie, Thef' & Camer' suis, Salutem. Quia intelleximus quod Johannes de Monemue coram Salomone de Roff' & sociis suis nuper Justiciariis nostris in Comitatu Wiltef' itinerantibus de morte hominis rectatus, & ea occasione per considerationem Curie nostre in Itinere illo suspensus fuit: Nos super Recordo & processu totius negotii illius coram prefatis Justiciariis inde habiti certis de causis certiorari volentes, vobis mandamus, quod, scrutatis rotulis prefati Salomonis de Itinere p̄dc̄o qui in Thesauraria nostra & in custodia vestra residents, ut dicitur, Recordum & processum p̄dc̄a cum omnibus ea tangentibus Nobis sub sigillo Scaccarii pred' distincte & aperte mittatis & hoc breve, Ita quod ea habeamus in p̄ximo Parliamento nr̄o quod habituri sumus London' in Festo S. Michaelis proximo futuro. Teste meipso apud Westmonasterium XXVIII die Julii, anno regni nostri tricesimo.

Virtute cujus brevis Thef' & Camer' miserunt Recordum &c. in hec verba:

Placita Corone in Comitatu Wiltef' coram Salomone de Roff' & sociis suis Justiciariis Itinerantibus apud Wilton' in crastino Clausi Pasche, anno regni Regis Edwardi filii Regis H. nono.

A. D. 1305. 33 & 34 Edw I.

ADAM Gilberd Capellanus occisus fuit in villa de Wilton' per Johem de Monemue, pro qua morte suspensus est, sicut alibi patet in rotulis de deliberatione gaiole, & Robilard Valectum suum, qui convictus liberatur Episcopo prout in eodem rotulo patet. De catallis predicti Johannis prius dictum est: catalla predicti Robilard VIII s. unde Vicecomes respondet. Primus inventor venit, & non male creditur, nulla Engl' presentatur. Judicium murdr' super Burgum de Wilton'. Et Thomas Olyver & Adam Cosyn capti pro predicta morte. Et Abbatissa Wilton' indicta de consensu & receptamento predicti Johannis post predictam feloniam factam, venit. Et Thomas & Adam defendunt mortem & totum, & de bono & malo ponunt se super patriam: Et predicta Abbatissa, salvo statu suo quod membrum est sacrosancte Ecclesie, similiter. Et milites & alii ad hoc electi simul cum villa de Wilton' dicunt super sacramentum suum, quod predicti Thomas & Adam in nullo culpabiles sunt de predicta morte, nec de consensu, nec de auxilio, nec predicta Abbatissa culpabilis est de aliquo assensu vel receptamento predictis. Ideo ipsi inde quieti.

Quo quidem Recordo coram Consilio inspecto & examinato, videtur eidem quod defectivum est. Ideo sequantur aliud breve Thesaurario & Camer' &c. quod scrutatis rotulis de communi deliberatione itineris predicti, quod mittant plenum recordum de deliberatione predicti Johannis coram Rege &c. Per quod mandatum fuit Thesaur' & Camer' aliud breve Domini Regis, in hec verba:

Edwardus, Dei gratia &c. Thesaur' & Camer' &c. Cum nos quibusdam certis de causis super recordo & processu cujusdam Inquisitionis facte coram Salomone de Roff' & sociis suis Justiciariis nostris Itinerantibus in Comitatu Wiltef' de morte Ade Gilberd Capellani, unde Johannes de Monemue rectatus fuit & ea occasione per considerationem Curie nostre in Itinere illo suspensus, certiorari volentes, vobis per breve nostrum mandaverimus quod, scrutatis rotulis prefati Salomonis de Itinere predicto, qui sunt in Thesauraria nostra sub custodia vestra ut dicitur, recordum & processum predicta cum omnibus ea tangentibus Nobis in Parliamento nostro, quod habuimus in Festo Sancti Michaelis anno regni nostri vicesimo, sub sigillo Scaccarii nostri mitteritis, una cum brevi predicto. Et licet predicta recordum & processum coram Nobis miseritis, ea tamen, coram Nobis & Consilio nostro examinata plenius et intellecta, insufficientia et minus plena reputamus, pro eo quod in eisdem fit mencio quod predictus Adam occisus fuit in villa de Wilton' per predictum Johannem, pro qua quidem morte suspensus fuit, sicut alibi patet in Rotulis de deliberatione gaole Wilton' in Itinere predicto, Et vos transcriptum deliberationis gaole predicte de predicto Johanne facte Nobis inter alia non misistis, vobis mandamus sicut alias mandavimus, quod, scrutatis rotulis predicti Salomonis de Placitis Corone in Itinere predicto mortem illam tangentibus in Thesauraria nostra sub custodia vestra ut predictum est residentibus, recorda et processus ejusdem Inquisitionis cum omnibus ea tangentibus Nobis distincte et aperte sub sigillo Scaccarii nostri predicti sine dilatione mittatis, & hoc breve. Teste meipso apud Westmonasterium, quinto die Aprilis, anno regni nostri XXXII.

Virtute cujus brevis miserunt Record' &c. in hec verba:

A. D. 1305. 33 & 34 Edw. I. Placita Corone in Comitatu Wilteſ' coram Salomone de Roff', Ricardo de Boylund, Roberto Fulton, & Willielmo Braybrok Juſticiariis Itinerantibus apud Wilton' in Comitatu predicto, in craſtino Clauſi Paſche, anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici nono.

JOHANNES de Monemue Miles, captus pro morte Ade Gilberd Capellani de Wilton occiſi, venit, & requiſitus qualiter ſe velit inde acquietare, defendit mortem & totum, & de bono & malo ponit ſe ſuper patriam. Et Galfridus de Wroxhale, Robertus de Lutteſh', & Johannes de Cormayles, Johannes de Wotton, Johannes de Tyntehide, Rogerus le Engleys, Petrus de la Mare, Henricus de Grene, Robertus Maudut, Euſtachius de Hull, Milites, Rogerus de Stepham, Petrus de Latyngton, Galfridus Cuff de Wilton', & Johannes le Gardiner de eadem, Juratores ad hoc electi, dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod predictus Johannes conſenciens fuit predicte morti, & quod cum quidam Robertus Armiger ſuus percuſſiſſet predictum Adam quadam enſe in capite, predictus Johannes poſtea percuſſit eum in gutture quodam gladio qui dicitur Brok, per quod propinquior erat morti. Ideo ipſe &c. Catalla ejus in Comitatu iſto LVII li. v s. x d. unde Vicecomes reſpondet. Idem habuit terram, unde annus & vaſtum XXXIX li. IIII s. ob. q. Catalla ipſius Johannis in Comitatu Glouceſtrie VI marc' IX s. II d. ob. apud Laſſindon unde Vic' Glouceſtrie reſpondet. Idem habuit terras ibidem, unde annus & vaſtum XVII li. II s. VI d. ob. unde idem Vicecomes reſpondet. Et idem habuit terras apud Boule, unde annus & vaſtum XXX li. v s. IX d. unde idem Vicecomes reſpondet. Et idem habuit redditum in Comitatu Herefordie apud Monyton ſuper Weye IIII s. & unam ſagittam barbatam, unde Vicecomes Herefordie reſpondet. Poſtea a die Paſche in tres ſeptimanas, anno Regni Regis nunc triceſimo tercio, coram Domino Rege & ejus Conſilio venit Johannes filius predicti Oliveri de Ingham, & Reginaldus filius predicti Willielmi de S. Martino, & dixerunt quod prefati Oliverus & Willielmus patres eorum mortui ſunt, & porrexerunt aliam petitionem Domino Regi, in hec verba:

A noſtre Seigneur le Roy & a ſon Counſeil monſtrent Johan le fitz Oliver de Ingeham, & Reynald le fitz William de Seint Martin, que par la ou Johan de Monemue qui pur felonie qil fit feut pendu el Eyre de Wiltes devant Salomon de Rouceſtre, el an du regne noſtre Seigneur le Roy neuiſme, tynt de Oliver de Ingeham pere le dit Johan de Ingeham, e de William de Seint Martin pere le dit Reynald, qui heires il ſunt, le Maner de Eſtſtepellangeford, & la tercie partie du Maner de Eſt Grimeſtede par les ſervices de deux fiez de Chivaler, Apres qi mort noſtre Seigneur le Roy entra pur l'an & le jour, e tutz jours peus lad tenuz, Et les avantditz Johan de Ingeham & Reynald, par bille quil miſtrent avant a noſtre Seigneur le Roy, aveynt bref au Viſcont de Wiltes d'enquere, quele enqueſte feut retorné en Chancellerie & mys avant en pleyn Parlement, Et feut dit al dit Johan de Ingeham & Reynald, qe noſtre Seigneur le Roy voleit ſauer par quei le dit Johan de Monemue feut pendu, par quei meſmes ceux Johan de Ingeham & Reynald ſuyerent bref al Treſorer & as Chaumberleyns de faire venir le Record del Eyre avantdit, le quel Record ore eſt en curt, dunt il prient remedie.

Qua quidem petitione coram ipſo Domino Rege & Conſilio ſuo inſpecta & intellecta, idem Dominus Rex venire fecit coram eo ibidem Inquiſitiones & Recorda ſupradicta &c. Quibus omnibus & ſingulis coram eodem Conſilio recitatis & diligenter inſpectis & examinatis, Concordatum fuit, quod predicta Inquiſitiones & recorda cum petitione &c. traderentur Rogero le Brabanzon & ſociis ſuis Juſticiariis ad Placita Regis &c. Et quod Johannes Abel, Seneſcallus Domine Regine, & Johannes de Godeleye, Theſaurarius ejuſdem Regine, pro ſtatu Domini Regis & Regine ad negocium illud coram eiſdem Juſticiariis vocarentur, eo quod tenementa petita ſunt in manu Regine &c. Et predicti Johannes & Reginaldus ibidem ſequerentur &c. Per quod iidem Johannes & Reginaldus coram ipſo Rege ad eaſdem tres ſeptimanas Paſche juxta ordinationem predictam venerunt: Et ſimiliter predicti Johannes Abel, & Johannes de Goddeleye venerunt, & dixerunt quod nondum ſunt bene conſulti &c. de ſtatu Regis & Regine &c. Et petierunt diem uſque a die Sancti Johannis Baptiſte in XV dies &c. et habent &c. Idem dies datus eſt predictis Johanni & Reginaldo in Banco &c. Et deinde datus eſt eis dies in Cur' in octab' S. Michaelis, ubicunque &c. Et dictum eſt prefatis Johanni & Reginaldo petentibus &c. quod interim ſequantur ad Parliamentum &c. Et predicti Johannes & Reginaldus po' lo' ſuo Ricardum de Walſham &c. Ad quod Parliamentum predicti Johannes Abel, & Johannes de Godele, arenati ſi aliquod aviſamentm habeant vel dicere ſciant p quod de ſtatu Domini Regis ſeu jure ſuo in hac parte Curia poterit certiorari, Qui dixerunt quod nihil aliud dicere ſeu pro Domino Rege oſtendere ſciverunt quam in Recordis & Inquiſitionibus ſupradictis continentur. Per quod per ipſum Dominum Regem & Conſilium ſuum ibidem concordatum fuit, quod predicta Recorda et Inquiſitiones inſpicerentur & diligenter examinarentur, & quod predictis Johanni & Reginaldo ſuper hoc fieret juſticia &c. Poſtea ad prefatas octab' S. Michaelis iidem Johannes & Reginaldus per attornatum ſuum venerunt &c. et petunt remedium ſuper premiſſis &c. Et quia ſuper hoc viſis & examinatis tam recordo & proceſſu de itinere predicti Salomonis & ſociorum ſuorum quam Inquiſitione predicta, per predictum Johannem de Neubrg, nuper Vicecomitem Comitatus predicti capta, & in Cancellaria retornata, patet manifeſte, quod terre & tenementa predicta per magnum tempus ultra annum & diem a tempore ſuſpenſionis predicti Johannis de Monemue in manum Domini Regis & aliorum ex commiſſione ſua devenerunt, & adhuc in ſeiſina Domine Regine nunc Conſortis ipſius Domini Regis exiſtunt, quanquã terre & tenementa illa per ſuſpenſionẽ ipſius Johannis in manũ ipſius Domini Regis primo capta fuerunt, & a tempore cujus captionis forte eveniſſe potuit quod p factum petentium modo pred' tenementa aut eorum anteceſſorum quorum heredes ipſi ſe dicunt eſſe, & per ſcriptum quiete clamancie aut alio modo, poterunt a petitione ſua repelli & excludi, ſi quid inde in forma predicta poterit inveniri, qualitercumque per Inquiſitionem predictam fuerit compertum, ſeu per Miniſtros Domine Regine nunc ſit teſtatum, ut certius & ſecurius ad ſeiſinam predictorum tenementorum predictis Johanni & Reginaldo petentibus ad judicandum procedatur, ex conſilio Curie Concordatum eſt, quod ex habundanti inquiratur tam per Milites quam alios probos & legales homines de Comitatu predicto, de quo predictus Johannes de Monemue ſuſpenſus &c. predicta tenementa tenuit, & per quod ſervicium &c. et qualiter eadem tenementa in manum Domini Regis devenerint, et in quorum manibus a tempore captionis eorundem in manum Domini Regis hucuſque extiterunt &c. Et ad iſtam Inquiſitionem capiendam aſſignantur Magiſter R. de Abyngdon, et Magiſter Johannes Gilberd. Et ſuper hoc datus eſt dies petentibus coram Domino Rege, a die Sancti Hillarii in XV dies, ubicumque &c. Et interim inquiratur in forma predicta &c. Et ſuper hoc dictum eſt Johanni Abel, Cuſtodi terrarum Domine Regine &c. & etiam Johanni de Godele, quod ſcrutari faciant omnibus modis quibus ſciverint ſi quid invenire poterint tangens negocium predictum &c. Ad quem diem predictus Magiſter miſit Inquiſitionem coram eo captam, in hec verba:

A. D. 1305. 33 & 34 Edw. I.

Inquiſitio capta per breve Domini Regis coram Magiſtro Ricardo de Abyndon, & Magiſtro Johanne Gilberd, apud Divyſeys, die Jovis, in craſtino Sancti Thome Martiris, triceſimo quarto, De manerio de Stepellangeford & tercia parte manerii de Eſtgrimeſtede cum pertinenciis, per ſacramentum Petri filii Warini, Hugonis de Eſtcote, Willielmi

A. D. 1305. 33&34 Edw. I.

Willielmi de Cotes, Willielmi de Wodefolde, Militum, Stephani de Brighmerſton, Nicholai Malemeyns, Ade de Pauleſholt, Willielmi le Warde, Walteri de Parco, Johannis de Limbernere, Johannis de Putton, Nicholai de Wyly, Edward de Wyk, & Johannis Hulon. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod Johannes de Monemue, qui pro felonia quam fecit ſuſpenſus fuit, tenuit manerium de Stepellangeford & terciam partem de Eſtgrimeſtede cum pertin' in feodo de Olivero de Ingeham, & Willielmo de Sancto Martino participibus, immediate per ſervicium duorum feodorum Militis, Et iidem Oliverus & Willielmus predictum manerium & terciam partem manerii predicti de Domino Rege in capite. Et quod Dominus Rex inde habuit annum & vaſtum, unde Johannes de Wotton nuper Vicecomes Wilteſ' reſpondere debet, & poſt annum & vaſtum Dominus Rex & Regina hucuſque ea tenuerunt, Et valent per annum xxxii li. iiii ſ. v d. unde Johan' de Wotton reſpondet de ix annis, Ricardus de Coumbe de iiii annis, Nicholaus de Perſhete de viii annis, Et Domina Regina, que nunc tenet, de iiii annis. Item dicunt quod Domina Margareta Regina Anglie, Conſors Domini Regis nunc, predictum manerium cum tercia parte manerii predicti cum pertinenciis nunc tenet. In cujus rei teſtimonium predicti Jurati huic Inquiſitioni ſigill' ſua appoſuerunt &c.

Et ſuper hoc venerunt predicti Johannes filius Oliveri, & Reginaldus, & inſtanter petierunt qd viſis Inquiſitionibus pred' & habito reſpectu ad voluntatem Domini Regis, qui in ultimo Parliamento precepit quod juſticia eis fieret ſuper petitione ſua predicta, quod ſeiſina predictorum terrarum & tenementorum eis liberetur, ex quo p predictas Inquiſitiones manifeſte compertum eſt quod predictus Johannes de Monemue ſuſpenſus &c. eadem terras & tenementa tenuit de anteceſſoribus ipſorum Johannis filii Oliveri, & Reginaldi, quorum heredes ipſi ſunt, per ſervicium duorum feodorum militis &c. nec per Johannem de Godeleye Theſaur' Domine Regine, aut Johannem Abel, Cuſtodem terrarum ejuſdem, aliquid dicatur ſeu oſtendatur propter quod petitio ipſorum Johannis filii Oliveri, & Reginaldi debeat retardari, licet eiſdem ſepius fuerit injunctum quod tam in Cancellaria quam ad Scaccarium ſcrutari facerent & inquirere, & eciam omnibus aliis modis & viis quibus ſcirent & poſſent, ſi quid poterit inveniri, per quod prefati Johannes filius Oliveri & Reginaldus a petitione ſua predicta deberent aut poſſent repelli &c. propter quod adhuc queſitum eſt ab eiſdem Theſaur' & Cuſtode coram toto Conſilio, ſicut pluries extitit queſitum, ſi quid adhuc invenerunt, penes ſe habeant, vel dicere ſciant, quare petitio predictorum Johannis filii Oliveri & Reginaldi fieri non debeat, Dicunt expreſſe, quod nichil invenerunt nec aliquid penes ſe habent, aut dicere ſciunt quare &c. prout ſepius coram Conſilio Domini Regis dixerunt &c. Et quia ipſe Dominus Rex in pleno Parliamento ſuo ultimo, poſtquam totum negocium predictum preter iſtam ultimam Inquiſitionem coram eo recordatum fuit, ore ſuo proprio precepit quod predictis Johanni filio Oliveri, & Reginaldo, ſuper petitione ſua predicta juſticia exhiberetur, & examinatis proceſſu & recordo predictorum Salomonis & ſociorum ſuorum Juſticiariorum nuper Itinerantium in Comitatu Wilteſ', videlicet anno Regni Regis nunc nono, manifeſte patet, quod predictus Johannes de Monemue pro felonia quam fecerat coram eis convictus fuit, & pro eadem ſuſpenſus, & quod eodem tempore omnes terre & tenementa que idem Johannes tenuit, tam in illo Comitatu quam alibi, capta fuerunt in manum Domini Regis propter annum & vaſtum ad Dominum Regem inde pertinencia per ſuſpenſionem ejuſdem Johannis: Et bene compertum eſt per Inquiſitionem coram Vicecomite Wilteſ' anno Regni Regis nunc viceſimo nono captam, quod predicta terre et tenementa que predicti Johannes filius Oliveri, & Reginaldus modo petunt, fuerunt ejuſdem Johannis de Monemue; Et tam per Inquiſitionem illam quam per predictam ultimam Inquiſitionem coram Magiſtro Ricardo de Abygdon &c. captam invenitur, quod idem Johannes de Monemue tenuit eadem tenementa de anteceſſoribus ipſorum Johannis filii Oliveri, & Reginaldi, per ſervicium duorum feodorum militis ut predictum eſt; nec ſit dictum quin ipſi Johannes filius Oliveri, & Reginaldus, ſint eorum heredes: Et eciam compertum ſit per eaſdem Inquiſitiones quod eadem tenementa extiterunt in manum Domini Regis per unum annum & unum diem; nec per prefatos Theſaur' & Cuſtodem aut alium quemcumque oſtendatur ſeu dicatur aliquid per quod Curie conſtare poteſt quod tenementa predicta alia de cauſa in manum Domini Regis devenerunt aut ulterius remanere debent; Conſideratum eſt quod predicti Johannes filius Oliveri, & Reginaldus, recuparent ſeiſinam ſuam predictorum tenementorum cum pertinenciis juxta formam petitionis ſue: Salvis ſemper ipſi Domino Regi & heredibus ſuis actione & jure ſuo ſi quid impoſterum inveniri contigerit per quod eadem tenementa ipſi Domino Regi aut heredibus ſuis debeant pertinere modo quocumque &c.

A. D. 1305. 33&34 Edw. I.

Poſtea recitatis coram Conſilio hic recordo & proceſſu alias habitis coram Rege in quindena Sancti Hillarii anno xxxiiii° compertum eſt, quod Johannes filius Oliveri de Ingeham, & Reginaldus de Sancto Martino, per conſiderationem Curie Domini Regis recupaverunt ſeiſinam ſuam de predicto manerio de Stepellangeford, & de tercia parte manerii de Eſt-Grimeſtede cum pertinenciis, prout in dicto Recordo plenius continetur, ordinatum eſt per Conſilium quod fiat eidem Regine recompenſatio de valore tenementorum predictorum. Et quia maneria de Sevenhampton, Stratton, Hauteword, Crikkelade, & dictum manerium de Stepellangeford cum ptinenciis aſſignabantur eidem Regine in valorem ccl li. videlicet dictum manerium de Stepellangeford cum ptinentiis in valorem l li. & alia maneria in valorem cc li. Aſſignentur eidem Regine l li. annue percipiende de Abbate de Hayles de illis centum libris quas idem Abbas reddit Regi per annum pro manerio de Lechelade &c. Et inde fiant eis litere Regis patentes. Et mandetur eid' Abbati qd de l li. reſiduis, quas debet Regi de firma predicta, habere faciat eidem Regine l li. pro illis l li. que a retro ſunt de valore Manerii predicti a predicta quindena Sancti Hillarii anno xxxiiii uſque xv diem Marcii anno xxxv p unum ann' integrum, quo die dicte l li. annue aſſignabantur dicte Regine in recompenſationem valoris tenementorum predictorum. Et Rex eidem Abbati de dictis l li. in firma ſua predicta debitam allocationem fieri faciet.

ROTUL.

A. D. 1306. 35 Edw. I.

ROTUL. DE ANNO XXXV ED. I.

A. D. 1306. 35 Edw. I.

NOMINA illor' qui ſum̃oniti fuerunt ad Parliamentum R̃ E. apud Karliol' in octab' Sc̃i Hillar' anno &c. xxxv° ad t̃ctand' ſup̃ ordinac̃oe & ſtabilitate t̃re Scocie, necnon & aliis negociis dc̃m Regem & ſtatũ regni ſui ſp̃alit' tangentibus; videlt,

hic EDWARDUS Princeps Wall' filius R̃.
hic Henr' de Lacy Comes Lincoln'.
Radus de Monte Hermer Comes Glouc' & Hertf'.
Thomas Comes Lancaſtr'.
Humfr̃s de Bohun Comes Heref' & Eſſex'.
Johes de Warenna Comes Surr' excuſat' quia in Wall' de lic' R̃.
Edmundus Comes Arundel.
Johes de Britann' Comes Richemund.
Guido de Bello Campo Comes Warr'.
Robtus de Veer Comes Oxon' excuſa' p̃ R̃.
Gilbt̃s de Umframvill Comes de Anegos.
Henr' de Lancaſtr'.
Adomarus de Valenc'.
Johes de Ferar'.
Henr' de Percy.
hic Hugo le Deſpencer.
Robtus fil' Walt̃i veniet cum Card'.
Wills le Latim'.
Robtus le Clifford.
Robtus de Monte alto.
Johes de Haſtinges.
Johes de la Mare.
Johes de Ripar'.
Johes de Mohun.
Petrus de Malo lacu excuſa' p̃ Juſtic'.
Robtus fil' Pagani.
hic Hugo de Curtenay,
Edm̃us Deyncurt excuſa' p̃ Juſtic'.
Johes de S'to Johe de Lageham.
Galfr̃s de Geynvill.
Thom' de Furnivall.
Robtus de Tony.
Thom' de Berkele.
Wills de Brewoſa.
Petrus Corbet.
Wills Martyn excuſa' p̃ Juſtic'.
Thom' de Multon'.
Johes ap Adam.
Phus de Kyme excuſa' p̃ R̃.
Johes de Seg̃ve.
Robtus fil' Rog̃i.
Hugo de Veer.
Walt̃us de Faucunberge.
Radus Baſſet de Drayton.
Rog̃us la Warre.
Johes Paynel.
Alex' de Balliolo.
Hugo Pointz.
hic Rog̃us de Mortuo mari.
hic Wills de Rithre.
Reginaldus de Grey ven' p̃ Thom' de Wytneſham attorn'.
hic Walt̃us de Muncy.
Robtus de Scales.
Adam de Welles.
Almaric' de Sc̃o Amando.
Wills de Cantilupo.
Johes Engaigne.
Gilbtus Peeche.
Johes de Claṽyngg.
Wills de Leyburn.
Johes de Bello Campo de Som̃s.
hic Wills de Grandiſono.
Johes Extraneus.
Johes de Inſula.
hic Johes de Sudle.
Simon de Monte Acuto excuſa' quia in Scoc'.
hic Walt̃us de Teye.
Edm̃dus de Haſtinges.
Johes de Lancaſtr'.
Johes de S'to Johe.
Henr' Tregoz.
Johes Lovel de Tychemerch.
Alanus la Zuſche.
Henr' Tyeys.
Nich̃s de Seg̃ve.
Fulco filius Warini.
Johes filius Reginaldi.
Galfridus de Camnill excuſatur p̃ Regem ut teſtatur litera Domini Roberti de Coungham.
Wills le Vavaſour Juſtic' Trailb'.
Wills de Ferar'.
Robtus de Grendon.
Edm̃s Baro Staff'.
Radus fil' Willi.
Thom' de la Roche.
Theobaldus de Verdun Junior.
Wills Tuchet.
Henr' Huſe.

Archiep̃s Ebor' Angl' Primas.
Epiſcopus Linc'.
Ep̃us London'.
Ep̃us Cyceſtr'.
Epiſc' Exon' impotens.
Epiſ' Hereford'.
Ep̃us Sar'.
Ep̃us Landaven'.
Ep̃us Aſſaven'.
Ep̃s Bangoren'.
Ep̃us Meneven'.
Epiſcop' Cov' & Litch'.
Ep̃us Bathon' & Well'.
Ep̃us Norwicen'.
Ep̃us Roffen'.
Ep̃us Dunelm'.
Ep̃us Karl'.
Ep̃s Elienſ'.
Ep̃us Wygorn'.
Ep̃us Wynton'.

Mandatum fuit dictis Prelatis, quod venirent &c. Et eciam, quod ſcire facerent Decanis, Capitulis & Clero dictarum Dioceſium quod venirent ad tractandum in forma ſupradicta.

Abbas Sancti Auguſtini Cantuar'.
Abbas de Sc̃o Edmundo.
Abbas de Sc̃o Albano.
Abbas Weſtm'.

A.D. 1306. 35 Edw. I.

Abbas de Waltham venit in propria ꝑsona & postea fecit ꝓcuratorem Johannem de Bray.
Abbas de Eveshm.
Abbas beate Marie Ebor'.
Abbas de Burgo S'ti Petri.
Abbas de Rameseye.
Abbas de Wynchecumbe.
Abbas Sc̃i Petri Glouc'.
Abbas S'ti Petri Bristoll.
Abbas de Malmesbury.
Abbas Glaston'.
Abbas de Seleby.
Abbas de Cyrrencestr'.
Abbas de Redinges.
Abbas de Furneys.
Abbas de Salleye.
Abbas de Alnewyk.
Abbas de Sc̃a Ositha.
Abbas de Barlinges.
Abbas de Tupholm.
Abbas de Byleye.
Abbas de la Dale.
Abbas de Neuhus.
Abbas de Croxton.
Abbas de Cokersand.
Abbas de Sancta Radegunde.
Abbas de Tychefeld.
Abbas de Toxre.
Abbas de Holmcoltran.
Abbas de Wellebek.
Abbas de Hales.
Abbas de Novo Monastẽio.
Abbas de Jerovall.
Abbas de Fontib'.
Abbas de Bella Landa.
Abbas de Melsa.
Abbas de Kyrkestede.
Abbas de Rupe.
Abbas de Rughford.
Abbas de Valle Dei.
Abbas de Grenden.
Abbas de Stanley in Ardern.
Abbas de Pipwell.
Abbas de Combe.
Abbas de Basyngwerk.

Rog̃s Brabazon.
Wills de Ormesby.
Gilb̃tus de Roubury.
Wills de Bereford.
Petrus Malorre.
Joh̃es de Berewyk.
Joh̃es de Insula.
Henricus Spigurnel.
Wills Inge excusatur ꝑ Trailb.

Mag̃r Will' de Pykering Archidiac' Notingh'.
Mag̃r Robertus de Pykering.
Mag̃r Thomas de Luggore.
Mag̃r Johannes de Cadamo.
Mag̃r Petrus de Dene.
Mag̃r Ric̃s de Plumstok.

A.D. 1306. 35 Edw. I.

Mandatũ fuit singulis Vicecomitibus ꝑ Angliam qd̃ de quolibet Comitatu duos Milites, & de qualibet Civitate duos Cives, & de quolibet Burgo duos Burgenses eligi, & ad dictum Parliamentum venire facerent ad tractandum &c. Ad predictas octab' Dũs Rex morabatur apud Lanrecost, & misit usque Karliolum Coventr' & Lychefelden' Ep̃m Thes' Regis, & Henr' de Lacy Comitem Lincoln' Consanguineum Regis ꝑ literas suas patentes subscriptas.

Parliamentum R's Edwardi summonitum apud Karliolum in octabis Sancti Hillarii, anno Regni sui xxxv.

EDWARD par la grace de Dieu Roi D'engleterre, Seigneur D'irlannde, & Ducs D'aquitaine, A tous noz foialx & loialx Prelatz, Contes, Barons, Procurours, & autres qui sont venuz a Cardoil par nostre somonse pur estre illueqes a nr̃e Parlement a ces Oytaves de la Seynt Hilleyre, Saluz. Nous feisoms assaver a vous toutz, qe Nous enveoms a Cardoil Noz foialx et loialx Waut' per meisme la grace Evesqe de Cestre nr̃e Tresorier, & Henry de Lacy Conte de Nicole nostre chier cousin, pur monstrer a vous aucunes bosoignes touchantz Nous & nr̃e Roialme, quant a la jornee de y cestz Vendredi, Samedi, & Dimegne, et por treiter ovesque vous, & vous dire nostre volunte sur meismes les busoignes, sicome Nous lour avoms enchargez. Et vous mandoms qe as ditz Evesq et Conte de ce qil vous endirront de par Nous, creez fiablement & si avant come vous ferriez a Nous meismes si Nous y feussiens en propre persone. Don' souz nostre prive Seal a Lanrecost le xix jour de Janeuoir, lan de nostre regne xxxv.

Et ad dictum diem Veneris dicti Episcopus & Comes venerunt apud Karliolum, & congregatis ibidem quibusdam Prelatis & aliis, adjornarunt omnes usque diem Dominicam sequentem. Et eadem die Dominica congregatis pluribus Prelatis & aliis, quia omnes Prelati, Milites, & alii de comunitate Regni tunc plenarie non venerunt, receptis quibusdam procurationibus Prelatorum qui venire non poterant, adjornantur omnes qui summoniti sunt ad Parliamentum usq; diem Mercurii sequentem ad horam primam, & dicti Episcopus & Comes interim tractabunt cum Rege &c.

Memorandum, quod Episcopi, Abbates, Priores, Decani, Archidiaconi, Clerus, & Capitula diversarum Diocesum subscripta miserunt ad Parliamentum Regis E. apud Karliolum in octab' S. Hillarii an' &c. xxxv. Procuratores suos inferius nominatos, ad tractandum cum Prelatis, Magnatibus, et aliis Proceribus regni dicti Regis super negocis ꝑ quibus dictum Parliamentum summonitum fuit, & ad consenciendum hiis que in eodem Parliamento super negociis illis contigerit ordinari, videlicet,

Thom' Episc' Exon' misit &c. Henr' de Pynkenee, Rectorem Ecclesie de Honyton.
Joh̃es Episc' Linc' misit &c. Hug' de Normanton, Canonicum Ecclesie Lincoln', & Robertum de Askeby, Rectorem Ecclesie de Hale, conjunctim & divisim.

A. D. 1306. 35 Edw. I.

Walter' Bathon' & Wellen' Episcop' misit &c. Willm de Cherleton, Canonicum Ecclesie Wellen'.

S. Episcopus Sar' misit &c. Thomam Chaumpeneys, Rectorem Ecclesie de Westhildeslee.

Robtus Episcop' Eliensis misit &c. Magistros Galfridum de Pakenham, & Ricardum de Denford, Clericos.

Henr' Winton' Episc' misit &c. Magistros Philippum de Barton Archid' Surr', Gilbertum de Middelton, Johannem de Bleyho, & Ricardum Wodeloc, Clericos.

Richardus Episc' Hereford' misit &c. Adam de Herwynton, Rectorem Ecclesie de Aure, & Walt' de Lugwardyn, Rector' Eccl' de Manesle.

D. Episc' Meneven' misit &c. Magistrum Johannem Busch, Canonicum in Ecclesia Meneven', & Warinum Martyn, Militem.

L. Episcopus Assaven' misit &c. Magistros Matheum Ruffin, & Howelum ap Ithel.

Gervasius Archidiaconus Cicestr' misit &c. Nicholaum de Dynnesleye, Vicarium in Ecclesia de Boseham.

Decanus & Capitul' Wellen' miserunt &c. Mag' Tho' de Luggore & Willielmum de Cherleton, Canonicos Ecclesie Wellensis.

Archidiaconus Wellensis misit &c. Henricum de Pinkene, Rectorem Ecclesie de Honyton.

Capitulm Eccl' Cathedral' Wygorn' misit &c. Fratrem Joh' de Breuello, Monachum ejusdem domus, & Williel' de Thorntoft, Clericum.

Supprior & Conventus Roffensis miserunt &c. Robertum, Rectorem Ecclesie de Hoo.

Capitulum Linc' misit &c. Magistrum Robertum de Pykering, & Hugonem de Normanton, Canonicos Ecclesie Lincolnienſis.

Archidiaconus Wygornensis misit &c. Fratrem Johannem de Sancto Briavello, & Ingeraldum de Warle, Clericum.

Capitulum Exon' misit &c. Henr' de Pynkeneie, Rectorem Ecclesie de Honynton.

Capitulum Ciceſtrense misit &c. Magistrum Clementem de Pecham, Canonicum Ecclesie Ciceſtrensis.

Radulphus Archidiaconus Elienſis misit &c. Magistros Galfridum de Pakenham, Ricardum de Conygton, & Adam Elyot, Clericos.

Archidiaconus Berks misit &c. Magistrum Willielmum de Bukkestanes.

Capitulum Ecclesie Sarum misit &c. Magistros Johannem de Tarenta, & Willielmum de Bukkestanes, Clericos.

Thomas Archidiaconus Sarum misit &c. Magistrum Johannem de Tarenta.

Decanus & Capitulum Ecclesie beate Petri Eborum miserunt &c. Adam de Osgodby, Canonicum Ecclesie predicte.

Prior de Norwico misit &c. Magistros Hugonem de Swafham, Thomam de Fuldon, & Willielmum de Tutington.

Prior & Conventus Sancti Swithuni Wynton' misit &c. Fratrem Radulphum de Canne, Commonachum suum, & Johannem de Burn, conjunctim & divisim.

Prior Elienſis misit &c. Magistrum Ricardum de Dene, & Gudonem Thornetonstiward, Clericos.

Capitulum Elienſe misit &c. Mag' Ricardum de Dene, Clericum.

J. Archid' Menevensis misit &c. Johan' Boish, Canonicum in Ecclesia Menevensi, & Henricum de Lutegarshale, ac Warinum Martyn.

Archidiaconus Subir' misit &c. Magistrum Johannem Hardy, Rectorem Ecclesie de Thrillowe.

Archidiaconus Norwicensis misit &c. Mag' Hugon' de Swafham.

Archidiaconus Hereford' misit &c. Walterum de Lugwardyn.

Capitulum S. Trinit' de Norwico misit &c. Mag' Hugon' de Swafham, Thomam de Fuldon, Willielmum de Tutington.

A. D. 1306. 35 Edw. I.

Archidiaconus Salop' misit &c. Walterum de Lugwardyn.

Capitulum Hereford' misit &c. Walterum de Lugwardyn, & Johannem Craft, Clericos.

Capitulum Assavense misit &c. Madocum Goch, Canonicum in Ecclesia Assavensi, & Howelum, Rectorem Ecclesie de Lanarmon.

A. Decanus Assavensis, & L. Archidiaconus ejusdem loci, miserunt &c. predictos Madocum, & Howelum.

Gerens vices Decani Sancti Pauli Lond' & ejusdem loci Capitulum, miserunt &c. Magistr'. Johannem de Bedeford.

Rogerus Archidiaconus Roffensis misit &c. Magistrum Johannem Busch, & Johannem de Colon, Clericos.

W. Archidiaconus Glouc' misit &c. Mag' Johannem de Wakerle.

Philippus Archidiaconus Surr' misit &c. Johan' de Brantingham.

Frater Willielmus de la More, Mag' Milicie Templi in Anglia, po' lo' suo Fratrem Willielmum de Grafton, ad consentiendum & faciendum in Parliamento que idem Magister faceret si presens esset.

Archidiaconus Norff' misit &c. Magistros Hugonem de Swafham, & Alanum de Swafham, Clericos.

Capitulum Ecclesie beati Andree Roffensis misit &c. Robertum de Brok, Clericum.

Prior Ecclesie beate Andree Roffensis misit &c. Petrum de Fangefosse, Clericum.

Episcopus Roffensis misit &c. Magistr' Johannem Busch, Rectorem Ecclesie de Beggenham, & Dominum Petrum de Fangefosse, perpetuum Vicarium Ecclesie de Eldyng.

Abbas Sancti Augustini Cantuar' misit &c. Willielmum de Ayremynne, Clericum.

Abbas de Evesham misit &c. Fratrem Simonem de Saultford, Commonachum suum.

Abbas de Malmesbury misit &c. Johannem de Bray, Clericum, & Willielmum Cocspore.

Prior Wygorn' misit &c. Fratrem Johannem de Sancto Breuello, Commonachum suum, & Adam de Herwynton, Clericum.

Abbas de Waverle misit &c. Herwynton Suppriorem domus sue.

Dominus Rex habet Abbatem de Sancto Albano excusatum, & nichilominus idem Abbas misit &c. Fratrem Adam de Redbourn, Commonachum suum, & Radulfum de Dalton, Clericum.

Prior Roffensis misit &c. Robertum de Moslee.

Abbas de Certeseye misit &c. Johannem de Bray, Clericum.

Abbas Glaston' misit &c. Rogerum de Staplebrugg.

Abbas de Quarrera misit &c. Galfridum de Worthe, Commonachum suum.

Abbas de Lecteleye misit &c. Jacobum de Bichely, Commonachum suum.

Abbas de Hida juxta Wynton' misit &c. Willielmum Fynamur.

Abbas de Cumba non misit procuratorem, set promittit per literas suas patentes se ratum & gratum habiturum quicquid in dicto Parliamento Rex decreverit salubriter ordinandum.

Abbas de Valle Dei misit &c. Ricardum de Hatherle, Clericum.

Abbas Westm' misit &c. Fratrem Willielmum de Chalk, Commonachum suum.

Abbas de Swynesheved misit &c. Fratrem Robertum, Commonachum suum.

Abbas de Redyng misit &c. Fratres Johannem de Sutton, & Jordanum de Sutton, Commonachos suos.

Abbas de Jerovall misit &c. Fratrem Johannem de Donesford, Commonachum suum.

Abbas de Rameseye misit &c. Fratrem Willielmum de Grafham, Commonachum suum.

Abbas

A. D. 1306. 35 Edw. I.

Abbas de S. Edmundo misit &c. Fratr' Johan' de Everſdon, Commonachum ſuum, & Magiſtrum Radulfum de Torny, Clericum.

Abbas de Tupholm misit &c. Fratrem Alanum, Canonicum de Neuhus.

Abbas de Barling misit &c. Fratrem Johannem de Forule.

Abbas de Wynchecombe misit &c. Fratrem Walterum de Apperleye, Monachum.

Abbas de Neuhus misit &c. Fratrem Alanum de Middelton.

Abbas Sancti Petri Glouc' misit &c. Rogerum de Aſherugg, & Radulfum de Eyton, Clericos.

Abbas beate Marie Eborum misit &c. Fratrem Willielmum de Tanefeld, Monachum ſuum.

Abbas de Sancta Radegund' juxta Devorr' promittit per litteras patentes quod ipſe ratum habebit quicquid in dicto Parliamento &c.

Abbas Vallis Sancte Marie de Crokeſden misit &c. Fratrem Williel' de Shepeſh, Monach' &c.

Abbas de Croyland misit &c. Robert' de Sculthorp &c.

Supprior & Conventus Dunelm' miſerunt Fratres Hugonem de Monte Alto, & Tho' de Killington.

Abbas de Wardona misit Henr' Tilly &c.

Abbas de Bynedon misit Fratr' Robert' de Stok' Monach' de Waverlegh, & Johem de Brideport &c.

Clerus Dioc' Lincoln' misit &c. Petrum de Medeburn, Rectorem Eccleſie de Ingoldeby, & Johem de Horkeſtow, Rectorem Eccleſie de Herington.

Clerus Archid' Wygorn' misit &c. Reginaldū le Porter, Rectorem Eccleſie de Bourten.

Clerus Exon' Dioc' misit &c. Magiſtros Thom' Crabbe, & Radm de Stok', Clericos.

Clerus Wellen' & Bathon' Dioc' misit &c. Magiſtros Hug' de Walmesford' & Henr' de Moneketon, Clericos.

Clerus Roffenſ' Dioc' misit &c. Robert' Rectorem Eccleſie de Hoo, & Petrum Vicar' Eccleſie de Ealdyng.

Clerus Archid' Ciceſtr' misit &c. Nichm de Dynneſlee, Vicarium in Eccleſie de Boſeham.

Clerus Dioc' Elien' misit &c. Magiſtros Ricm de Conygton, & Adam Eliott, Clericos.

Clerus Dioc' Dunelm' misit &c. Magrm Adam de Morpath, & Johem de Pampeſworth, Clericos.

Clerus Dioc' Ebor' misit &c. Magiſt' Johem Fraunceis, Rectorem Eccleſie de Queldryk, & Willm de Bergh, Rectorem Eccleſie de Thornton.

Clerus Dioc' Sarum' misit &c. Magiſt' Willm de Buckeſtanes, & Johem de Trenta, Clericos.

Clerus Archid' Surr' misit &c. Magiſtr' Ricm de Barton, & Hugon' de Tychewell, Clericos.

Clerus Archid' Wynton' misit &c. Magiſtr' Ricm Wodeloc, & Hug' de Tychewell, Clericos.

Clerus London' Dioc' misit &c. Magiſt' Will' de Melford, & Roger de Arewold, Capellan'.

Clerus Archid' Lewen' misit &c. Magiſtr' Willm de Malmeſbur'.

Clerus Archid' Suff' & Subir' misit &c. Magiſtr' Johem Hardy, Rectorem Eccleſie de Trillawe.

Clerus Archid' Norwici & Norff' misit &c. Magiſt' Hug' de Swafham.

Clerus Archid' Salop' misit &c. Willm, Rectorem Eccleſie de Silveton, & Walter' de Lugwardyn, Rectorem Eccleſie de Muſeleye.

Clerus Dioc' Karliol' misit &c. Magiſtros Johem de Boghes, & Willm de Goſeford, Robert' de Suthayks, & Adam de Appelby.

A. D 1306. 35 Edw. I.

Clerus Dioc' Aſſaven' misit &c. Madocum Goch', Canon' in Eccleſia Aſſaven', & Howelum, Rectorem Eccleſie de Lanarmon.

Clerus Archid' Glouc' Wygorn' Dioc' misit &c. Magiſtr' Johem de Wakerle.

Abbas de Fournes misit Fratrem Johem, Suppriorem domus ſue &c.

Abbas de Melſa misit &c. Fratr' Johem de Wandeford, Monachum domus ſue, & Gilbert' de Kelleſhull, Clericum &c.

Abbas de Alnewyk misit &c. Fratr' Johem de Coldigham, Canonicum domus ſue &c.

Abbas de Stanley in Wilteſ' qui misit prius &c. Fratr' Robert' de Wydehull, ut patet ſupra, misit modo pro eo, & Fratre Roberto, qui infirmi ſunt, Dominum Willm de Raſeney &c.

Abbas de Abendon misit &c. Robert de Offinton, Clericum.

Johes de Warkerle, Clericus, procurator Cleri Archidiad' Glouc', habens poteſtatem alium procuratorem ſubſtituendi, ſubſtituit loco ſui Johem de Bray, Rectorem Eccleſie de Newenton.

Johes de Wakerle, Clericus, procurator Magiſtri Walteri Burdon Archid' Glouc', habens poteſtatem alium procurator' ſubſtituendi, ſubſtituit loco ſui Johem de Bray, Clericum.

Hugo de Tychewell, procurator Cleri Archid' Surr', habens poteſtatem alium procuratorem ſubſtituendi, ſubſtituit loco ſui Johem de Brantingham.

Abbas Sancte Agathe misit &c. Fratr' Alanum de Middelton.

Abbas de Bella Landa misit &c. Fratrem Petrum de Wiluby, Commonachum ſuum &c.

Theobaldus de Verdon poſuit loco ſuo Johem Herbert ad intereſſend' pro eo inſtanti Parliamento, Et ad reſpondend' de ſervicio ipſius Theobaldi de exercitu Scocie de anno regni Domini Regis nunc xxxiii per Theſ' in pleno Parliamento, Herf', Salop', Staff'.

Homines Salop' ponunt loco ſuo Johem de Cherleton, vel Clementem de Caſtreton, ad conſentiend' pro eiſdem hiis que fieri contingent in iſto Parliamento, & ad faciend' ulterius &c.

Alicia Bygod, Comitiſſa Mareſcall, poſuit loco ſuo Johem Bluet, militem, vel Johem de Fremelingham, ad ſequend' pro dote ſua coram Rege & Conſilio ſuo.

Petrus Tillyol, Rector Eccleſie de Clifton, poſuit loco ſuo Johem de Skaleby verſus Thom' de Berkeley, Thom' de Dingle, & Johem de Ayſshe, de placito tranſ'.

Thomas de Multon, & Thomas de Lucy, po' lo' ſuo Nicholaum de Iſle ad proſequend' negocia ſua in Parliamento.

Coram Conſilio Domini Regis, Johes de Ferrar' po' lo' Johem de Anneſleye verſus Walterum Epiſcopum Coventr' & Lychfeld' de Plito tranſg' per R. de Brabazon.

W. Archiepus Ebor' po' lo' ſuo Magiſtrum Willm de Pykering ad proſequend' Plitum ſuum verſus Bonifacium de Saluciis, de juriſdictione Capelle de Tykehill.

Memoranda

A. D. 1306. 35 Edw. I. Memoranda de Parliamento Regis apud Karliolum, die Veneris, in Octabis S'c'i Hillarii, anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici triceſimo quinto. A. D. 1306. 35 Edw. I.

Nº 1. Holmcoltram. AD petitionem Abbatis de Holmcoltran petentis, Quod cum domus ſua fuerit diverſis modis onerata, prout bene conſtat Domino noſtro Regi, quod poſſit habere reſpectum de Decima quam Papa ab eo exigit, uſque ad certum tempus ad voluntatem dicti Domini Regis,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat reſpectum uſque ad Pentecoſten. Et ſuper hoc habeant breve de Cancellaria Priori Carlioli, collectori.

Nº 2. Ible de Mountz. AD petitionem Ible de Mountz ſupplicantis Domino Regi, Quod velit precipere quod habeat reſtaurationem equorum ſuorum & vadiorum ſuorum que ſibi debentur; Et quod Dominus Rex velit reſpicere ipſum in aliquo pro ſervicio ſuo, quoniam ſtetit cum Domino Rege per viginti & quinque annos, Ita quod poſſit ei melius deſervire,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Veniat ad Parliamentum, & ibi reſpondebitur eidem. Computet in Garderoba cum Johanne de Drokenesford de vadiis ſuis, & ipſe ſatisfaciet ei cum poterit.

Nº 3. Maidenhach. AD petitionem Executorum Thome de Maidenhach ſupplicantis, quod Dominus Rex pro ſervicio ſuo diuturno velit de gratia ſua pardonare ei viginti libras, quas idem Thomas mutuavit ab ipſo Domino Rege apud Porteſmuth,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex pardonavit, & ideo habeat Breve de Cancellaria de pardonatione.

Nº 4. Regina. AD petitionem Regine petentis remedium ſuper eo, Quod cum Dominus Rex aſſignaſſet eidem nomine dotis manerium de Stipellangford, in partem valoris quinquaginta librarum terre per annum, & poſtea Dominus Rex per judicium Curie ſue reddidiſſet dictum Manerium Johanni de Ingham anno elapſo; Quod placeat Domino nro Regi aſſignare certam terram eidem Regine ad valorem dicti Manerii, & ſatisfacere ei de exitibus dicti manerii poſt redditionem ejuſdem,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Queratur Recordum, & ſecundum hoc fiat remedium & Eſcambium Regine prout Rex precepit, ſi fieri debeat: Et liberetur peticio Domino Johanni de Godelee. Poſtea mittebatur Recordum coram Conſilio Regis apud Karliolum.

Nº 5. Robertus de Veer Comes Oxon'. AD petitionem Roberti de Veer, Comitis Oxon', petentis remedium ſuper eo, quod cum ipſe & anteceſſores ſui habuiſſent & tenuiſſent p Ballivos ſuos quandam letam in manerio de Swafham in Comitatu Cantebrigie, & exitus inde provenientes percepiſſent & habuiſſent a tempore cujus memoria non exiſtit, quouſque Rogerus de Walſham, cui Hugo de Veer avus predicti Roberti dimiſit dictum manerium ad terminum vite; p negligentiam ipſius Rogeri, Vicecom' Comitatus illius qui tunc fuit letam illam ſibi uſurpavit & retinuit & exitus inde provenientes pcepit; & occone negligencie pdce alii Vicecomites impoſterum letam illam tenuerunt & exitus inde pceperunt contra juſticiam, & in ſupradicti Comitis exheredationem manifeſtam: Et cum dictus Comes habuiſſet bre Theſ' & Baron' de Scaccario ad inquirendum de veritate ſuggeſtionis predicte, compertum fuit p Inquiſitionem captam coram Willielmo de Carleton & Baron' de Scaccario, quod dicti Vicecomites p negligentiam dicti Rogeri hujuſmodi letam ſibi uſurparunt in exheredationem Comitis ſupradicti;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Mandetur Vicecomiti, quod permittat Com' letam illam de cetero tenere, & exitus inde pvenientes pcipere, ſalvo jure Regis cum inde loqui voluerit.

Nº 6. Whiteby. AD petitionem Abbatis de Whiteby petentis remedium ſuper eo, quod cum Rex Johannes avus Domini Regis nunc per Cartam ſuam dediſſet et conceſſiſſet dicto Abbati & Monachis de Whiteby foreſtam in terris ſuis p limites & bundas contentas in Carta Regis predicti, quam conceſſionem nullus Regum impoſterum revocavit, ſet ſemper Abbates dicte domus uſi fuerunt pacifice omnibus libertatibus & punctis in dicta Carta contentis, quouſque Robertus de Clifford, Juſticiarius foreſte Regis citra Trentam, occaſione cujuſdam irrotulationis per quendam Clericum tempore Willielmi de Veſcy quondam Juſticiarii dicti foreſte negligenter et fallaciter facte, videlicet, quod dictus Abbas coram dicto Juſticiario debuit reſpondiſſe tanquam foreſtarius de feodo, ubi in veritate fuit et eſt Dominus foreſte & habuit et habet foreſtarios & viridarios ſuos proprios ſub ſe tanquam Dominus in foreſta predicta, cepit dictam foreſtam dicti Abbatis in manum Domini Regis, propter quod dictus Abbas peciit remedium in Parliamento London' per petitionem, In qua continebatur, quod dictus Abbas & Predeceſſores ſui ſemper fuerunt in pacifica poſſeſſione a tempore donationis facte, ante tempus Galfridi de Langele Juſticiarii foreſte itinerantis in Comitatu Eborum et tempore Itineris ſui & poſt, quouſque turbatus fuerit injuſte per dictum Dominum R. de Clifford ut premittitur; Dictum fuit Abbati per Conſilium ibidem quod ſequeretur breve de Cancellaria Theſaurario & Baronibus de Scaccario, ad faciendum venire Rotulos Itineris dicti Galfridi coram Rege, qui retornarunt breve coram Rogero Brabanzon & Sociis ſuis, quod nulli Rotuli Itineris predicti in eorum cuſtodia poterant inveniri, Et ideo dictum fuit dicto Abbati per dictum R. & Socios ſuos Juſticiarios, quod caperet breve de Cancellaria Johanni filio & heredi dicti Galfridi de Langele, quod venire faceret Rotulos patris ſui Itineris ſupradicti ad Scaccarium, qui retornavit breve, quod nulli Rotuli ad manus ipſius devenerunt, nec ſcivit ubi poterant inveniri. Quare dictus Abbas peciit, qd cũ nulla Certificatio fieri poterit per Rotulos dicti Itineris, quod inquiretur ſolempniter de ſeiſina & de punctis Carte ſue ſi illis uſi fuerunt ſecundum formam ſuggeſtionis ſue predicte;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Lambertus de Trikingham, & Thomas de Shefeld tenens locum Roberti de Clifford Juſticiarii foreſte Regis citra Trentam, aſſignentur per literas

A. D. 1306. 35 Edw. I.

literas Regis de magno ſigillo ad inquirendum per ſacramentum tam Militum quam aliorum de Comitatu Eborum de ſeiſina Abbatis, & qualiter ipſe & predeceſſores ſui &c. uſi ſunt articulis contentis in Carta Regis a tempore conceſſionis &c. & qualiter in Itineribus Juſticiariorum foreſte libertates ille fuerunt allocate eiſdem, Et ſi in Itineribus illis reſponderint ut Foreſtarii de feodo, vel ut Domini predicte foreſte ſue, ſecundum formam Cartarum ſuarum. Et Inquiſitionem illam retornent coram Rege, ubicumque &c. a die Paſche in tres ſeptimanas, ut inde tunc fiat quod fuerit faciendum.

ſſ. Abbas & Conventus de Heppe.

CONCESSUM eſt Abbati & Conventui de Heppe, quod ipſi poſſint recipere de Roberto de Clifford advocationem Eccleſie de Warthecopp cum ptin' p finem xx librarum Regi ſolvendarum.

No 7. Johannes Fraunceys.

AD petitionem Johannis Fraunceys petentis, quod cum eſſet captus ad bellum de Roſſelyn, & ibi amiſit equos, armuram, hernaſ' & quicquid habuit, & morabatur in priſona Scocie per LVII ſeptimanas, & fecit finem pro deliberatione ſua per XL marcas: Pro quibus gravaminibus, dampnis, & amiſſionibus ſupplicat idem Johannes, quod velit reſpicere ipſum de vaſtis factis in hayo ſuo de Alrewas in Comitatu Staffordie, per quas quidem vaſtas Dominus Rex nullum capit proficuũ, nec nullus alius, In quibus quidem vaſtis continentur $\frac{xx}{ix}$ acre, pro quibus predictus Johannes reddet Domino Regi, ſi placeat ei, dimidiam marcam per annum,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Mandetur Waltero de Glouceſtria, & Willielmo de Harden, quod inquirant ſi $\frac{xx}{ix}$ acre terre infra contente arententur, & pro quanto, & quantum receptum ſit pro ingreſſu earundem. Et ſi ſic non ſit, inquirant pro quanto poterunt arentari, & quantum poterit recipi pro ingreſſu habendo in eiſdem. Et ſuper hoc certificent Regem, & de vero valore.

No 8. Somervile.

AD petitionem Rogeri de Somervile petentis, quod Dominus Rex velit allocare ei ſervicium ſuum quod fecerat in guerra Scocie, de eo quod cum veniſſet apud Karliolum ad diem proclamatum, & deinde perexit apud Karrik precepto Principis, & inde habet literam ejuſdem Principis, & ſtetit in Comitiva Henrici de Percy, de quo habet literam teſtificantem ipſum fuiſſe in Comitiva ſua,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Si Princeps velit teſtificare per literas ſuas ipſum veniſſe apud Karliolum ad diem prout fuerit proclamatum, tunc habebit remedium, & allocetur ei ſervicium. Et ſic fiat de ſingulis pro quibus voluerit teſtificare in forma predicta.

No 9. Henr' de Sey.

AD petitionem Henrici de Sey, Cuſtodis priſonum in Caſtro de Guldeford, qui fuerunt indictati coram Rogero Brabanzon & Sociis ſuis Juſticiariis Domini Regis ad tranſgreſſiones & felonias in Comitatu Suſſex audiend' & terminand' aſſignatis, ſupplicantis Domino Regi, quod velit aſſignare aliquem Juſticiarium ad capiendum finem de dictis priſonibus, ſecundum tranſgreſſionem, & catalla eorum, vel quod mittantur & ponantur in loco fortiori, ad eoſdem ſalvo cuſtodiend', quoniam dictum Caſtrum eſt nimis debile pro tot priſones ſalvo cuſtodiendo,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Si carcer ſit nimis debilis, facias, Cuſtos, emendari; ſi nimis ſtrictus, faciat elargari; quia Rex non eſt aviſatus mutare locum priſonarum ſuarum: vel ſaltem teneat eos in vinculis fortioribus.

A. D. 1306. 35 Edw. I.

No 10. Suthampton.

AD petitionem Burgenſium & bonorum gentium ville Suthampton petentium, quod deſicut vivunt p naves & mercandiſas ſuas in villa predicta, quod, non obſtante defenſione precepto Domini Regis facta quod nulla bona de Regno iſto in aliam ducerentur, poſſint licencia Domini Regis ire in Vaſconiam cum navibus ſuis, & non alibi, ad querendum vina ibidem & ea in Angliam ducend' per talem ſecuritatem qualem Dominus noſter Rex & Conſilium ſuum voluerint ordinare,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Inveniat ſufficientem ſecuritatem eundi ad partes Waſconie & non alibi, Et Rex concedit quod eant.

No 11. Wyndeſore.

AD petitionem pauperum gentium de Wyndeſore petencium, quod Dominus Rex de gratia ſua velit concedere eis quod poſſint habere pontagium apud Wyndeſore per VIII annos, ad pontem ejuſdem ville reparandum & emendandum, qui nimis eſt debilis, nam nulla carecta ſeu aliqui equi poſſint tranſire ibidem abſque magno periculo, Ad quem pontem ſuſtinendum nullus redditus nec aliud certum pertinet,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat pontagium p quinquennium.

No 12. Huntingdon.

AD petitionem Burgenſium Huntingdon quibus Dominus Rex conceſſit pavagium dicte ville per quinquennium, anno Regni ejuſdem Domini Regis triceſimo, ſupplicantium, pro eo quod dicta villa non eſt ad plenum pavata, nec poteſt eſſe abſque majori auxilio ejuſdem Domini Regis, quod placeat eidem concedere eiſdem Burgenſibus ulterius pavagium per triennium, ut dicta villa poſſit ad plenum pavari, & voluntas Domini Regis fieri ad plenum,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Rex concedit quod habeant pavagium per triennium ultra tempus prius eis conceſſum.

No 13. Com' Linc'.

AD peticionem Comitis Lincoln' petentis, quod poſſit habere feriam in villa ſua de Blaneford in Comitatu Dorſetie, in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli, & in die, & in craſtino duraturam,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Conceſſum eſt quod Comes Lincolne habeat feriam in villa de Blaneford in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli, & in die, & in craſtino duraturam, cum omnibus que ad feriam pertinent.

No 14. Swyneburn.

AD petitionem Johannis de Swyneburn petentis, quod Rex velit ei concedere pro longo ſervicio ſuo teram in Grendon in Tyndale cum ptin',

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Habeat breve de Inquiſitione de quo terra tenetur, de valore, & quomodo terra devenit ad manum Regis, & fiat breve de Inquiſitione Ballivo de Tyndale.

No 15. Johannes filius Stephani Stut de Bradeford.

AD petitionem Johannis filii Stephani Stut, de Bradeford, petentis, quod cum indictatus fuiſſet de morte Thome Walker de Bradeford, captus & impriſonatus, & poſtea per breve Domini Regis de Cancellaria per XII manucaptores replegiatus, Et poſtquam fuerat replegiatus electus fuit in ſervicio Domini Regis apud Scociam, & dum ſtetit ibidem in ſervicio Regis vocatus fuit coram Petro de Malo Lacu & Sociis ſuis Juſticiariis Domini Regis apud Eborum, & quia non venit vocatus, fuit de Comitatu in Comitatum, ipſo neſciente, & propter ſuam contumaciam utlagatus; Quod placeat Domino Regi relaxare utlagariam illam, & quod poſſit ſe po-

A. D. 1306. 35 Edw. I.

nere ad priſonam Domini Regis ad capiendum de bono & malo ſecundum leges & conſuetudines Regni,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt ad inſtantiam Comitis Lincolnie, Habeat Cartam Regis de pardonatione utlagarie, Ita quod reddat ſe priſone, & ſtet recto, ſi Rex vel alius verſus eum loqui voluerit.

Nº 16. Holmcoltran.

AD petitionem Abbatis & Conventus de Holmcoltran ſupplicantium Domino Regi, quod placeat ei confirmare Cartam Regis Ricardi quam idem Abbas & Conventus habent de Inſula de Holmcoltran & aliis libertatibus contentis in eadem Carta, quam quidem Cartam dictus Rex Ricardus fecit predeceſſoribus ſuis,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Portent Cartam ſuam coram Conſilio. Poſtea, examinata Carta coram Conſilio, conceſſum eſt quod habeant confirmationem, prout rationabiliter &c.

Nº 17. Baſynges.

AD petitionem Margerie que fuit uxor Roberti de Baſynges, & Coexecutorum ſuorum teſtamenti ejuſdem Roberti, petentium remedium ſuper eo, quod cum Domini Johes Botetourt, Willus de Carleton, Johes de Huſtweyt, recepiſſent de Willo Couſyn, & Johanne de S. Elena, Mercatoribus dicti Roberti, ſexaginta decem libr' apud Andewerp de denar' dicti Roberti, anno Regni Regis nunc viceſimo quinto, pro negociis ipſius Regis in ptibus illis expeditis, ſicut p literas obligatorias dcor' Johannis & aliorum inde confectas liquet manifeſte, ad perficiend' quandam ſum̃am decem mille libr' nigrorũ Turren' quas idem Dominus Rex mutuo fecerat recipi de Mercatoribus pcium illarum p Commiſſionem ſuam Domino Reginaldo fratri Mag̃ri Ric̃i de Havering, & Joh̃i de Huſtethwayt ſup hoc factam, de quibus quidem denar' debuerat eidem Roberto ſatisfactum fuiſſe ad Sc̃cm Dñi Regis apud Weſtm' infra quindenam Paſche anno ſupradicto, Et adhuc nichil eidem reſtat ſolutum, Quod placeat Dño Regi precipere eiſdem Executoribus dictorum denar' fieri ſolucoem, vel aliquam aliam eiſdem facere allocacoem,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Mandetur breve de Canc' Theſ' & Baron' de Sc̃cio quod ipſi videant & examinent literas obligatorias dictor' Johis, Willi & Johis, Et ſi inveniant debitum petitum eſſe clarum, quod faciant eis recompenſacoem in debitis que dictus defunctus Regi debuit, vel in debitis aliorum, ſecundum diſcrecoem eorundem.

Nº 18. Swyneburne.

AD petitionem Johis de Swyneburne petentis remedium ſup eo, qd cum Alexand' quondam Rex Scocie p Cartam ſuam conceſſiſſet eidem decem Marcas annuas ad totam vitam ipſius Johis, pcipiend' de firmis ſuis de Tyndale, & r̃onabilia Eſtoveria cũ omnibus boſcis dicti Alex' de Werks & in Tyndale ad Manerium dicti Johannis de Halighton, de quibus quidem redditu & Eſtoveriis dictus Johannes fuit continue ſeiſitus p totum tempus dicti Alex' & Dñi Johannis Regis Scotie, Et poſt, quando dictum Manerium de Werks fuit in manu Regis p forisfacturam dicti Johis quondam R's Scocie, quouſque dictum Manerium devenit ad manus Antonii Dunolm' Ep̃i, p quem Johannes de ſeiſina dcor' redditus & Eſtoveriorum erat amotus, & eadem redditus & Eſtoveria p decem annos ſibi detinuit, & adhuc detinet, p quod dictus Johes ſepius proſecutus fuerit verſus dcm Epiſcopum, qui ſibi nullum remedium facere curavit ſup hoc tamen ſepius requiſitus, Et licet ſup hoc habuerit literam Regis de Magno Sigillo patent' eidem Ep̃o directam, prout patet inferius,

A. D. 1306. 35 Edw. I.

Ita reſponſum eſt, Galfridus de Hertrepol & Robertus de Barton aſſignentur ad inquirend' de ſeiſina ipſius Johis in preſencia ipſius, ſi intereſſe voluerit, & viſis & examinatis Cartis & munimentis que habet de dicto redditu & Eſtoveriis, & ſi idem Johes aliquam remiſſionem alicui Regum Scocie fecerit, et ſi fuit ſeiſitus tempore quo Rex habuit cuſtodiam terre Scocie, & Inquiſicoem retornet in Cancellar'.

A. D. 1306. 35 Edw. I. Reſponſio.

Edwardus, Dei gra', Rex Anglie, Dñs Hib̃n', Dux Aquit' Venerabili in Chriſto Patri A. eadem gra' Dunolm' Epiſcopo, Cuſtodi terre ſue de Tyndale, Salutem. Mandamus vobis, quod de exitibus terre nr̃e predicte habere faciatis dilecto et fideli noſtro Johanni de Swynburn decem marcas, ſingulis annis, quamdiu terra nr̃a predicta fuerit in cuſtodia veſtra, et predictus Johannes vixerit, unam videlicet medietatem ad Feſtum Pentecoſt' et aliam medietatem ad Feſtum Sc̃i Martini, de illis decem marcis annuis quas bone memorie Dñs A. quondam Rex Scocie dum vixit per Cartam ſuam conceſſit predicto Johanni ad totam vitam ipſius Johis de terra predicta percipiend', Et Nos vobis inde debitam allocacoem habere faciemus. Teſte meipſo apud Norham, quinto die Junii, anno Regni nr̃i decimo nono.

Nº 19. Huntercoumbe.

AD peticoem Walteri de Huntercoumbe peten' remedium ſuper eo, quod cum fuerit in omnibus guerris Scocie, a principio prime guerre uſque nunc, viz. in prima guerra apud Berewyk cum viginti Equis cooptis, & poſtea apud Stryvelin cum xxxii Equis cooptis, in Comitiva Comitis Warenn; Et etiam apud La Vaire Chapele cum xxx Equis cooptis, in Comitiva Ep̃i Dunolm'; Et poſtmodum apud Gaway cum xvi Equis coopertis; Et in conflictu ultime guerre Domini Regis miſit xviii Equos coopertos, & traxerunt moram in Comitiva ipſius Regis, & ipſemet p Commiſſionem Regis fuerat aſſign' Cuſtos Marchie Scocie & Northumbr'; Et ſuper hoc ponit ſe in teſtimonium omnium Magnatum in dicta guerra exiſtenciũ; quod placeat Domino Regi remittere ſibi Scutagia de duabus guerris predictis & levare de tenentibus ſuis ad opus ſuum proprium,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Quia teſtatum eſt per Theſ' coram Conſilio quod fecit plenar' ſervicium ſuum annis xxviii & xxxi; Concordatum eſt, quod habeat breve de Cancellar' pro Scutagio ſuo levando, & quod ipſe ſit quietus de Scutagio ab eo exacto pro excercitibus predictis.

Nº 20. Schirewod.

AD petitionem Prioris & Conventus de Novo Loco in Schirewod petentium, quod cum ipſi cepiſſent unam placeam de Haya in Lindeby de vaſtis ipſius Regis, que debuerat continere $\frac{xx}{ix}$ acr', de qua quidem ſumma deficiunt xx acr', quod placeat Regi precipere quod dictus defectus p̃ficiatur vel in haya predicta, vel in ſolo ipſorum Prioris & Conventus, in dicta foreſta,

Reſponſio. Ita reſponſum eſt, Mandetur Juſticiar' Foreſte quod inquirat quantum ſibi deficit, & certificet Theſ'.

Nº 21. Mercator' Brabant'.

AD petitionem Attornati Mercatorum de Brabantia ſupplicantis, quod placeat Domino Regi concedere, & dare eis novam cuſtumam de bonis propriis ipſorum Mercatorum que facient venire de Brabancia uſque London', in allocacoe debitorum in quibus idem Rex dictis Mercatoribus tenetur, quod ſi eis conceſſum fuerit,

A. D. 1306. 35 Edw. I.

habundancius venire facient bona & mercimonia ad Civitatem London' predictam,

Responsio. Ita responsum est, Assignetur eis custuma petita p̄ bre de Cancellar'.

N° 22. Multon.

AD petitionem Margarete que fuit uxor Huberti de Multon, quod cum Johes fil' & heres eorum non sit etatis nisi XIII annorum, & in custodia Regis, ea r̄one quod dictus Hubertus tenuit omnia tenementa sua in capite per servitium Militare die quo obiit de herede Thome de Multon in Gillesland tunc infra etatem & in custod' ipsius Regis existente, venit quidam Willus Brun Bastardus, quem dictus Hubertus generavit de quadam cognata sua Adam le Brun nomine, quam dictus Hubertus desponsaverat, sciens ipsam esse suam cognatam, & quia postea fuerat probatum, quod ipse sciebat dictam cognac̄oem, divorcium inter eos extitit celebratum, Et petit sicut dicta Margereta, si necesse fuerit, sufficienter ostendere poterit, Et petit seīam d̄car' terrar' & ten' que fuerunt ipsius Huberti in decepc̄oe Regis & veri heredis, Et petit quod nulla seisina eidem Willo liberetur, set quod inhibeatur Cancellar' ne liberari faciat seisinam d̄car' terrarum cuicumque nisi prius dicta Margareta sufficienter premunita, ita quod possit ostendere & dicere, pro statu Regis & dicti Heredis, ea que sciverit in premissis,

Responsio. Ita responsum est, Tradatur ista peticio Cancell' et injunctum est ei quod non admittat her' petentem absque speciali precepto Domini Regis.

N° 23. Ep'us Karl'.

AD petitionem venerabilis patris J. Ep̄i Karl' supplicantis, quod placeat Domino Regi dare & concedere sibi quandam vacuam placeam Regis in villá Karliol' que est inter portam Castri & villam predictam, versus portam de Calden infra muros ville predicte, & extra muros Castri predicti, in qua quidem placea possit edificare & domos facere ad majorem securitatem facere Castri & ville predicte, p̄ certam arrentac̄oem p̄ prefatum Ep̄m & successores suos Domino Regi & heredibus suis annuatim reddendam,

Responsio. Ita responsum est, Quod habeat breve ad quod dampnum & quod Petrus Malorre assignetur ad Inquisic̄oem inde faciend'.

N° 24. Lancastr'.

AD petitionem Henrici de Lancastr' supplicantis Domino Regi, quod placeat ei precipere deliberac̄oem de feodis suis in Comitatibus Cornubie & Devon' prout continetur in Inquisic̄oibus inde factis p̄ Escaetorem & retorn' in Cancellar' Domini Regis, Et postmodum ad Parliamentum Regis in quadragesima, anno Regni sui tricesimo tercio, liberat' Domino Rogero Brabanzon, et preceptum fuit ei quod faceret justiciam: Et sup̄ hoc mandatum fuit breve Regis Thes' & Baron' de Sc̄cio quod ipsi inquirerent, si aliquid poterit inveniri in Thesaur' Regis contra Inquisic̄oes pred̄cas, et q̄d retornarent dicto Domino Rogero hoc quod invenirent,

Responsio. Ita responsum est, Mandetur Thes' & Baron' p̄ bre de Cancellar' quod visis & examinatis in Inquisic̄oibus inde factis p̄ Escaetorem, que sunt in eodem Sc̄cio, & scrutatis Rotulis & Memorandis Sc̄cii, & Rotulis & scriptis que fuerunt Edmundi Com' Cornub' &c. certificent Regem de hiis que invenerint a die Pasche in unum mensem sub sigillo Sc̄cii, & remittant Inquisic̄oes.

A. D. 1306. 35 Edw. I.

AD petic̄oem hominum ville de Kyrkebymisperton petencium remedium sup̄ eo, quod Ricardus de Doncastr', Walterus de Saham, & alii Balli, simul cum Vic' Ebor' ceperunt XXIII quarter' Aven' de eisdem ad opus Regine per unam tall' anno XXXII, Et inde nichil postmodum recepunt,

N° 25. Kyrkebymisperton.

Ita respons' est, Habeat b̄re de Cancellar' ad venire faciend' transgressores coram Consilio Regis apud Karl' ad mediam quadrag'. Responsio.

N° 26. Beauchamp.

AD petic̄oem Cecil' de Beauchampe supplicantis Dño Regi, quod allocacio sibi fiat in terris & redditibus ad Valenciam que p̄tinuerunt proparti sue de Com' de Kildare, sicut de Exitibus sigilli Cancellarie & Justic' in Itinere placit' & perquisit' & de omnibus aliis proficuis que solebant & debebant dividi inter Maltildam de Kyme matrem dicte Cecil' & p̄ticipes suos, quousq; Dñs Willus de Vescy injuste ejecit eos, prout patet p̄ processum & Record' liberat' coram Consilio per breve de Canc', qui quidem Exitus &c. post tempus, quo dictus Willus de Vescy dimisit propartem suam, & propartes p̄ticipum suorum, quas injuste occupaverat, Domino Regi, trahuntur in Com' de Kildare, & adjunguntur Com' de Divelyn, Et licet ita sit, quod dicta Cecilia habuerit prius responsum q̄d sequeretur b̄re, ad capiend' propart̄e sua de Exitibus prout nunc valent, videtur ei quod hoc esset nimis grave; nam, tempore quo propars illa facta fuerat, Exitus valebant MD libr' p̄ annum inter ipsam & p̄ticipes suos: Et licet Dominus Rex dictos Exitus, videlicet sigilli Cancellar' &c. amoverit de Com' de Kildare dicta Cecilia nichil forisfecit.

Responsio. Ita respons' est, Videatur processus super hoc habitus prius, & habeat breve de seisina sua habenda.

N° 27. Burton super Trent.

AD petic̄oem Abbatis de Burton super Trentam petent' remedium sup̄ eo, quod cum feciss̄ent finem coram Thes' & Baron' de Sc̄cio pro vacacione domus sue predicte, que vacavit p̄ mortem predecessoris sui post Festum Sancti Michaelis ultimo transactum, quem finem statim solvit: Et non obstante illo fine, subescaetores Escaetorum citra Trentam & ultra Trentam intraverunt domum pred', et fecerunt voluntatem suam, & multa dampna, p̄ quod pred' Abbas supplicat Domino Regi quod velit ordinare in certum, quis Escaetor' debeat se intromittere alias de Domo pred' tempore vacacionis,

Responsio. Ita responsum est, Mandetur per b̄re utriq; Escaetori quod sint coram Thes' & Baron' de Sc̄cio apud Westm' a die Pasche in unum mensem: auditis hinc inde eor' r̄onibus, fiet ulterius quod pro commodo Regis videbitur fore faciend'.

N° 28. Heringod.

AD petic̄oem Johis Heringod petent' remedium sup̄ eo, quod Willus Heringod pater suus, cujus heres ipse est, fuerat seisitus de septem solid' & quinque denarat' redditus, & una libra piperis, que extenditur ad VIIId. & secta ad Cur' de Itlesham de tribus septiman' in tres septiman', De quibus serviciis dictus Willus fuit seisitus per manum Johis Tregoz de ten'. in Iham: Et omnia servicia illa fuerunt a retro, ab anno Regni Regis nunc decimo nono,

Responsio. Ita responsum est, Fiat breve Thes' & Baron' de Sc̄cio, quod, auditis querentis r̄onibus, & super hiis quesita veritate, si necesse fuerit, satisfaciant eis de arreragiis, si que &c. Et etiam de predicto redditu annuo.

AD

A. D. 1306. 35 Edw. I.

No 29. Thomas de Redman.

AD petic̃oem Thome de Redman, & Joh̃is le Veneour, de Camberton, nepotum & heredum Alani de Camberton, petencium remedium, quod cum Maria que fuit uxor dicti Alani tenuisset in dotem terciam partem terrar' que fuerunt dicti Alani in Com' Cumbr' de hereditate predc̃or' Thome & Joh̃is, predicta Maria dum vixit tenuit cum Scottis a principio guerre Scocie contra Dominum Regem, p̄ quod Vic' Cumbr' seisivit dc̃as terras quas dc̃a Maria tenuit in dotem p̄ manum Regis, & Rex adhuc est seisitus; p̄ quod predicti Thom' & Joh̃es petunt gratiam Regis, deficut predc̃a Maria mortua fuit jam tribus annis elapsis,

Responsio. Ita responsum est, Petrus Malorre & Johannes de Insula capiant istam Inquisitionem.

No 30. Ricardus de Aston.

NUPER ad noticiam Dñi Regis, ex gravi querela Magnatum, Procerum, & aliorum Nobilium regni ſui, pervenit, quod cum Monaſteria, Prioratus, & Domus religioſe ad laudem & honorem Dei & exaltationem Sce Eccleſie per Regem & progenitores ſuos, & predictos Magnates & Nobiles & eorum anteceſſores fundata fuiſſent, et terre & tenementa quamplurima eſſent data per ipſos dcis Monaſteriis, Prioratibus, & domibus, ac viris religioſis in eiſdem Deo ſervientibus, ut in hujuſmodi Monaſteriis & domibus religioſis tam clerici quam laici admitterentur ſecundum ſuarum ſufficienciam facultatum, & infirmi ac debiles ſuſtentarentur, hoſpitalitates, elemoſinarum largitiones, & alia pietatis opera exercerentur, & pro animabus predictorum fundatorum & heredum ſuorum fierent in eiſdem: Abbates, Priores, & Cuſtodes earundem Domorum, & quidam eorum Superiores Alienigene, utpote Abbates & Priores Cluniacenſis, Ciſtercienſis, Premonſtratenſis, & ſanctorum Auguſtini & Benedicti Ordinum, & ceteri quamplures alterius Religionis & Ordinis noviter per ſingula Monaſteria & Domos eis ſubjecta in Anglia, Hibernia, Scotia, & Wallia, diverſa tallagia, cenſus, & impoſitiones inſolitas, graves, & importabiles, Domino Rege Magnatibuſque ſuis inconſultis, fieri ſtatuerunt & pro ſuo libito ordinarunt, contra leges & conſuetudines dicti Regni. Ex quo fit, ut innumeris Religioſorum & aliorum Servitorum in hujuſmodi domibus & locis Religioſis per Tallagia hujuſmodi, Cenſus & Impoſitiones oppreſſis, minuitur cultus divinus, & alimonie pauperibus, infirmis, & debilibus ſubtrahuntur, & ſalutes vivorum, & anime mortuorum, miſerabiliter defraudantur, hoſpitalitates, elemoſinarum largitiones, ac cetera ceſſant opera caritatis; ſicque quod olim in uſus pios & ad divini cultus augmentum caritative fuerat erogatum, jam in Cenſum reprobum eſt converſum: Unde, preter ea que premittuntur, ſcandalum non modicum creſcit in populo, & dampna innumera, in exheredationem predictorum fundatorum, ac heredum ſuorum, proculdubio proveniſſe noſcuntur, & adhuc veriſimiliter preſumitur provenire, niſi tantis & tam gravibus detrimentis celeri & ſalubri remedio obvietur. Conſiderans igitur prefatus Dominus Rex ſibi & populo ſuo valde fore dampnoſum, ſi tam graves jacturas & inſolencias ſuſtineret diutius ſub diſſimulatione tranſire, volenſque idcirco Monaſteria, Prioratus, & alias Religioſorum domus, & loca in Regno & terris dominio ſuo ſubjectis conſtituta, ſecundum voluntatem & pia vota fundatorum ipſorum manutenere & defendere, & contra hujuſmodi oppreſſiones congruo remedio providere, ut tenetur, de conſilio Comitum, Baronum, Magnatum, Procerum, & aliorum Nobilium & Regni ſui Communitatum, in Parliamento ſuo apud Weſtmonaſterium, die Dominica proxima poſt Feſtum Sancti Mathie Apoſtoli, anno regni ſui triceſimo tercio habito, ordinavit & ſtatuit, Ne quis Abbas, Prior, Magiſter, Cuſtos, ſeu quivis alius Religioſus, cujuſcumque conditionis ſeu ſtatus aut Religionis exiſtat, ſub poteſtate & ditione ſua conſtitutus, Cenſum aliquem per Superiores ſuos Abbates, Priores, Magiſtros, Cuſtodes Religioſarum domorum vel locorum, impoſitum vel inter ſe ipſos aliqualiter ordinatum, extra Regnum & dominium ſuum ſub nomine redditus, tallagii, aporti, ſeu impoſitionis cujuſcumque, vel alias nomine eſcambii, vendicionis, mutui, vel alterius contractus quocumque nomine cenſeatur, per ſe vel per Mercatores aut alios, clam vel palam, arte vel ingenio deferat vel tranſmittat, ſeu deferri faciat quoquo modo; Nec eciam ad partes exteras ſe divertat, cauſa Viſitationis aut alio colore queſito, ut ſic bona Monaſteriorum & Domorum ſuarum extra Regnum et dominium predictum adducat. Et ſi quis contra preſens Statutum venire preſumpſerit, conſiderata qualitate delicti, & Regie prohibitionis penſato contemptu, graviter puniatur. Preterea inhibet prefatus Dominus Rex omnibus & ſingulis Abbatibus, Prioribus, Magiſtris, Cuſtodibus, Religioſarum Domorum & locorum Alienigenis, quorum poteſtati, ſubjectioni, & obediencie, domus eorundem Ordinum in Regno & dominio ſuo exiſtentes ſubduntur, ne de cetero tallagia, cenſus, impoſitiones, aporta, ſeu alia quecumque onera aliquibus Monaſteriis, Prioratibus, ſeu aliis Domibus Religioſis, eis ut predicitur ſic ſubjectis, imponant vel faciant aliqualiter aſſidere; & hoc ſub forisfactura omnium que in poteſtate ſua optinent & forisfacere poterunt in futurum. Et inſuper ordinavit Dominus Rex & ſtatuit, Quod Abbas Ciſtercienſis & Premonſtratenſis Ordinum, & aliorum Religioſorum, quorum ſigillum in cuſtodia Abbatis & non Conventus prius reſidere tantummodo conſuevit, de cetero habeant Sigillum commune, & illud in cuſtodia Prioris Monaſterii ſue Domus, & quatuor de dignioribus & diſcretioribus ejuſdem loci Conventus, ſub Privato Sigillo Abbatis ipſius loci cuſtodiendum deponant, Ita quod Abbas ſeu Superior Domus qui preeſt per ſe contractum aliquem ſeu obligationem nullatenus poſſit firmare, ſicut hactenus facere conſuevit. Et ſi forſan aliqua ſcripta obligatoria donationum, emptionum, venditionum, alienationum, ſeu aliorum contractuum quorumcumque, alio ſigillo quam tali ſigillo communi, ſicut premittitur cuſtodito, inveniantur amodo ſigillata, pro nullis penitus habeantur, omnique careant firmitate. Ceterum intentionis Domini Regis non exiſtit, Abbates, Priores, & alios Religioſos Alienigenas per Ordinationes & Statuta expreſſa ſuperius, ab officio Viſitationis in regno & Dominio ſuis excercendo excludere, quin per ſeipſos vel alios Monaſteria & alia loca eis in regno & dominio ſuis predictis ſubjecta, juxta officii ſui debitum, in hiis dumtaxat, que ad obſervanciam regularem, & ordinis ſui diſciplinam pertinent, libere valeant viſitare. Proviſo, quod illi qui officium hujuſmodi Viſitationis excercuerint, nichil de bonis aut rebus hujuſmodi Monaſteriorum, Prioratuum, & Domorum extra prefatum Regnum & Dominium, preter rationabiles & moderatas eorum expenſas, deferant vel deferri procurent. Et licet ordinationum & ſtatutorum preſcriptorum pronunciatio & publicatio a Parliamento proximo preterito uſque ad preſens Parliamentum apud Karliolum in octab' Sancti Hillarii, anno regni ejuſdem Domini Regis Edwardi triceſimo quinto, certis ex cauſis, & ut cum majori deliberatione & maturitate procederent, remanſerunt in ſuſpenſo, Dominus Rex poſt deliberationem plenariam & tractatum cum Comitibus, Baronibus, Proceribus, & aliis Nobilibus ac Communitatibus regni ſui habitum in premiſſis, de conſenſu eorum unanimi & concordi ordinavit & ſtatuit, ut Ordinationes & Statuta predicta ſub forma, modis, et conditionibus ſupra contentis, a primo die Maii proximo futuro in antea inviolabiliter obſerventur, perpetuis temporibus valitura; quodque tranſgreſſores ipſorum penis extunc ſubjaceant annotatis.

Conſimile ſtatutum de verbo ad verbum mittitur in ſingulis Comitatibus per Angliam.

A. D. 1306. 35 Edw. I.

REX Vicecomiti Salopie, Salutem. Quia ad communem populi regni noſtri utilitatem, & totius dominii noſtri ſtatus meliorationem, in inſtanti Parliamento noſtro apud Karliolum, de Conſilio Magnatum & Procerum noſtrorum, quedam edidimus ſtatuta, que tibi ſignata mittimus obſervanda: tibi precipimus, firmiter injungentes, quod ea in duobus Comitatibus tuis publice legere & recitare facias, & ea in ſingulis ſuis articulis inviolabiliter obſervari. Et hoc nullatenus omittas. Teſte Rege apud Karliolum, xx die Marcii.

Conſimilia brevia mittuntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

REX dilecto ſibi in Chriſto . . . Abbati de Waverle, Salutem. Quia ad communem populi regni noſtri utilitatem &c. ut ſupra: Vobis mandamus, firmiter injungentes, quod ea quolibet anno bis in pleno Capitulo Domus veſtre publice legere & recitare faciatis, & in ſingulis ſuis articulis, ſub pena in predictis Statutis contenta, inviolabiliter obſervari. Teſte ut ſupra.

---

§ EDWARD, par la grace de Dieu, Roi D'engleterre, Seigneur D'irlaunde, & Ducs D'aquitaine, A Nos foiaux & loiaux honourable Pere en Dieu, W. par la meiſme grace Eveſque de Ceſtre, noſtre Treſorier, Henry de Lacy, Conte de Nicole, noſtre chier Couſin, a William de Hamelton, noſtre Chauncellier, Hugh le Deſpenſer, & as autres de noſtre Conſeil a Cardoill, Saluz. Come Nous euſſiens piecza donez a noſtre chier Clerk Wauter de Bedewynd la Treſorie en legliſe D'everwyk, la quele Nous vouchons ſauve en lui, & le proceſs de cele buſoigne ſ'eſt meſne ſi avant en voſtre Court pur Nous & pur noſtre dit Clerk, qil eſt reſceu a meiſme la Treſorie, a ce que Nous avons entendu: Vous mandons, qe ſi enſi ſeit, adonk facez avoir a meſme noſtre Clerk la poſſeſſion de la ditez Treſorie en due manere, e li facez auſint avoir lettres ſouz noſtre Grant Seal, tantz & tieles come meſter li auront, pur meintenir la poſſeſſion de meſme la Treſorie, & des choſes apurtenanntz, ſi que noſtre dreit y ſeit ſauvez, e qe noſtre dit Clerk eit ce que a lui deit apertenir, ſicome reſon demande. Doñz ſouz noſtre Prive Seal, a Lanrecoſt, le xviii jour de Feverer, l'an de noſtre reign xxxv.

§ EDWARD, par la grace de Dieu, Roy D'engleterre, Seigneur D'irlaunde, & Ducs D'aquitaine, A Nos foiaux et loiaux les honourables Peres en Dieu par la meiſme grace W. Erceveſque de Everwyk, Primat D'engleterre, W. Eveſqe de Ceſtre, noſtre Treſorier, Henri de Lacy, Conte de Nicole, noſtre chier Couſin, Hugh le Deſpenſer, & as autres de noſtre Conſeil, a Cardoill. Nous vous mandoms, qe ſi nules Juſtices qe nadgueires feurent aſſignez a entendre & a parfaire les buſoignes qe touchent les pledz de Traillebaſton ſeint devers vous, ordenez le plus en haſte qe vous porrez, qu'il ou autres en lour lieu, qe a ce ſeient ſuffiſſantz, aillent avant, ſantz delay, a perfaire les dites buſoignes, ſolonc ceo qe Nous vous mandaſmes nadgueires par Noz autres lettres, et par Monſieur Pieres Mallorre; qar Nous entendons que cele choſe ad tenu et tendra grant profit a noſtre Roiaume, et ſera par tant la pees du mielz meintenue. Et par vos lettres ſeales de vos ſealz, & par le portour de ceſtes, Nous facez ſavoir ce qe vous en averez ordenez. Don' ſouz noſtre Prive Seal, a Lanrecoſt, le xiii jour de Feverer, l'an de noſtre regne xxxv.

Et eciam Dominus Rex mandavit eiſdem aliud breve in verbis conſimilibus. Et poſtea Dominus Rex mandavit eiſdem aliud breve, in hec verba:

A. D. 1306. 35 Edw. I.

NOUS vous mandons, que les Juſtices qui ſont ordenez pur entendre a les buſoignes de Traillebaſton facez enveer avant haſtivement, pur deliverer meiſmes les buſoignes, ſolonc ce que Nous vous avoms avant ces houres mandez. Et ſi vous ſemble meſter, que meiſmes les Juſtices ſeient efforcez par autres, ſi facez aſſocier a eux acuns de Nos Juſtices qui ſont a Cardoill, Iſſint totes voies que Monſr Roger Brabanzon, & Monſr Johan de Liſle y demorgent, kar il Nous ſemble qe des Juſtices il ſuffit avoir ceux deux, oue noſtre autre Conſail' qeſt illueqes, a parfaire & delivrer les buſoignes qe y ſont a faire. E ceſte buſoigne facez expleiter le plus en haſte qe vous purrez, kar ſachez qe Nous ne ſerrons mie a ceſe de quoer, tant qe Nous ſachons, quil ſoint avannt. Don' ſouz noſtre Prive Seal, a Lanrecoſt, le xviii jour de Feverer, l'an de noſtre regne xxxv.

Rogerus de Heigham, Petrus Malorre, Robertus de Retford,	aſſignantur in Comitatibus	Kancie. Surrei. Suſſex'. Middleſex'. London.
Willielmus Inge, Johannes de Thorp, Hugo de Louthre, Johannes le Breton, Ricardus de Walſingham,	aſſignantur in Comitatibus	Norff'. Suff'.
Willielmus Howard, Nicholaus Fermbaud, Thomas de Snyterton, Johannes de Batefford,	aſſignantur in Comitatibus	Eſſex'. Glouc'. Norht'. Oxon'. Berk'. Bed'. Buk'. Hertf'. Rotel'. Caunt'. Hunt'.
Willielmus Martyn, Gilbertus de Knovill, Rogerus de Bellafago, Johannes de Mutford,	aſſignantur in Comitatibus	Cornub'. Devon'. Sumſ'. Dorſ'. Heref'. Wigorn'. Salop'. Staff'. Wilteſ'. Suthr'.
Petrus de Malo Lacu, Edmundus Deyncourt, Willielmus le Vavaſur, Willielmus de Bereford, Adam de Middelton,	aſſignantur in Comitatibus	Linc'. Ebor'. Northumb'. Cumbr'. Weſtm'. Lanc'. Not'. Derb'. Warr'. Leyceſtr'.

Celui qe ſerra jurrez du Conſail le Roy ſoit chargez des points cy deſouz eſcritz. Et ſil deyve eſtre Juſtice, ſoit chargez du darein point.

Que bien et loiaument conſeillerez le Roy ſelonc voſtre ſen & voſtre poair.

Que bien et loiaument ſon conſeil celerez.

Et que vous ne encuſerez autre de choſe qil dirra au Conſeil.

Et qe voſtre poyne, aide, & conſail a tot voſtre poair dorrez & mettrez as droitures le Roi, & de la Corone garder, meintenir, ſauver, & repeler, par la ou vous purrez ſanz tort faire.

Et

A. D. 1306. 35 Edw. I.

Et la ou vous ſaverez les choſes de la Corone & le droitz le Roy concellez, ou a tort alienez, ou ſouſtrez, qe vous le frez ſavr au Roi.

Et qe la Corone acreſtrez a votre poair, et en loais manere.

Et qe vous ne ſerrez en lieu ne Conſail ou le Roy ſe decreſte de choſe qe a la Corone appent, ſi ce ne ſoit choſe qe vous coviegne faire.

Et qui vous ne lerrez pur nulli, pur amour, ne pur haour, pur bon gre ne pur maveis gre, qe vous ne facez faire a cheſcun, de quel eſtat ou condicion quil ſoit, droiture et reſon ſolonc voſtre poair & a voſtre eſcient, & qe nulli rien ne prendrez pur tort fair, ne droit ne delaer. Et qe en Jugement & a droiture faire la ou vous ſerrez aſſignez vous n'eſpernirez nulli pur hauteſce, pur poverte, ne pur richeſce, qe droit ne ſoit fait.

Et ſi vous eiez fait alliance a Seigneurage, ou a autre, par quoi vous ne peuſſez ceſtes choſes faire ou tenir ſanz tele alliance effreindre, qe vous le dirrez, ou frez ſaver au Roi.

Et qe deſoremes alliance de ſerment ne frez a nulli ſanz conge du Roy.

Et qe rien ne prendrez de doun de nulli pur pled ne pur autre choſe qil eit a faire devant vous, ſi ce ne ſoit manger & bevire a la jornee.

RADULPHUS Baldok London' Epiſcopus, quem Rex vult eſſe de Conſilio Regis, preſtitit ſacramentum in pleno P'liamento Regis apud Karliolū, die Jovis in craſtino Converſionis S. Pauli, anno regni Regis E. xxxv, ſecundum articulos ſacramenti in alia parte iſtius folii ſcriptos, preter ultimum articulum, quos quidem articulos Dominus Robertus de Cotingham miſit coram dicto Conſilio. A. D. 1306 35 Edw. I. §

HUGO de Louther aſſignatus eſt Juſticiarius cum Willielmo Inge & aliis, in Comitatibus Norff' & Suff', ad diverſas tranſgreſſiones &c. Et fecit ſacramentum, xix die Februarii. §

DIE Lune in Feſto Sanctorum Gervaſii & Procaſii, videlicet xix die Junii, anno regni Regis E. xxxv, Johannes Norwicenſis Epiſcopus preſtitit ſacramentum coram Cancellario, Theſaurario, R. le Brabanzon, & aliis Juſticiariis de utroque Banco, in Capella S. Stephani apud Weſtmonaſterium, ſecundum articulos ſacramenti predictos, preter ultimum articulum.

He ſunt Petitiones que in Parliamento Domini Edwardi Regis filii Regis Henrici, apud Karliolum, in octabis Sancti Hillarii, anno regni ſui xxxv, per co'itatem regni porrecte fuerunt, ſuper oppreſſionibus per Magiſtrum Will'm Teſta, Clericum Domini Clementis Pape quinti, co'itati factis memorate.

Petitiones propoſite contra W. de Teſta per Com'itatem Anglie.

A NOSTRE Seignr le Roy prient Contes, Barons, & tote la Comunaute de la terre aide & remedie des oppreſſions ſoutheſcrites, qe L'apoſtoille fait faire en ceſte Roialme, en abbeſſement de la foi Dieu, & anyntiſſement de l'eſtat de ſeinte Egliſe en Roialme, & a deſheritezon & prejudice du Roi & de ſa Coronne, & des autres bones gentz du dite Roialme, & en offens & deſtruction de la lei de la terre, & a graunt damage & enpoveriſſement du poeple, & en ſubverſion de tut l'eſtat du Roialme, & encountre la volunte & l'ordenement des primes foundours. La primer, des Proviſions; come ſeinte Egliſe en toutz ces eſtats de Prelacie en ceſte Roialme ſoit funde par le Roi & par ſes anceſtres, & par les ditz Contes, Barons, & lour anceſtres, pur eux & le Poeple aprendre de la foi Dieu, & faire oreiſons, & aumoynes, & hoſpitalites, en les lieus ou les Egliſes ſont foundeez, pur les almes des foundurs & de lour heyres, & certeynes poſſeſſions qe amontent a les deux parties du Roialme, ſoient per les ditz foundurs aſſignetz as Prelatz pur ſuſtenir les charges ſuſditz; & des tiels poſſeſſions, nomement, qe ſont aſſignetz as Erceveſqs, Eveſqes, Abbeyes, Priories, & autres meſons de Religion, le Roi & les ditz Countes & Barons, come Seigneurs & avoes, en temps de vacacions ount & avoir deivent la garde, & preſentent & deivent preſenter a les Provendres, & les Egliſes Parochieles, & as Dignitees, qe ſont de l'avoerie des Prelatz ſuſditz; Sauvez celes dignitees, qe per le graunt & l'ordenement des Rois ſe fount per election, & des queux Prelatz le Roy & ſes aunceſtres a touzjours avoient la greynure partie du ſen, & du counſeill, que coveneit pur la ſauvete du Roialme; la vint l'Apoſtoil en appropriant a lui la Seignurie des tiels poſſeſſiouns, come il feut meiſmes avoe, & donne per ſes proviſions & en autre manere les dignitees, provendres, & Egliſes ſuſdites, as aliens que james demoerent, & as aucuns qi demorer ne pount, come as Cardinals que unkes mes ne feut oy iſſint, qe a poi de temps apres, ſi ceſte choſe ſoit ſoeffert, il ne avera dignitee, provendre, ne Egliſe de avoeſons des Prelatz ſuſditz, que ne ſerra en meyns des aliens, & adonqs les Elections quant as Erceveſchies, Eveſchies, faudront les oreiſons, aumoynes, & hoſpitalites en les lieus ſuſditz ſerront ſuſtreſtes, le Roi & les autres lais avoies en temps des vacacions lour preſentementz perdront, le Counſeil ſuſdit perira, les biens hors du Roialme ſerront emportiez, dont touz les mals apertement ſ'enſueront. Eſtre ceo, l'apoſtoill fait faire en ceſt Roialme autres oppreſſions jeſques en cea deſoies, dont totes les dureſces ſuſdites pleinement ſenſuent. Une eſt,

COME les ditz Contes, Barons, & toutz ceux de la Comunaute de la terre, & touz leur aunceſtres du temps dont il nad memoire, touz jours jeſqs en cea, poent touz lour leis chateux & biens en lour Teſtamentz deviſer, & doner,

A. D. 1306. 35 Edw. I.

doner, et depertier ſolonc l'ordenement de leur executours ſaunz rien nomer eſpecialment ou diſtinctement, iſſint qe la volunte de cheſcun teſtatour touzjours ad eſtie de nomer tieux biens & leis chateux diſtinctement ou generaument, ou nomer partie diſtinctement ou pertie generaument, & les executors de tieux teſtaments eient eſtiez touzjours jeſqes en cea charges auxi avant de tieux biens & chateux des teſtatours generaument en lour teſtamentz nomez, come des biens, & chateux, diſtinctement moties, a reſpoundre en la Court le Roy a cheſcun qi voleit vers eux dette demaundre, iſſint que les execucions des jugementz renduz en la Court le Roy vers les Executors ount eſtiez faites per force de lei & cuſtume du Roialme, auxi avant de tieux biens & chatieux neint diſtinctement nomez come des autres; la veignent Meſtre William Teſta, & les autres clercs & procuratours l'apoſtoill, & demaundent cõunement parmi le Roialme des Executors al oeps l'apoſtoill touz les biens qe ſont nient diſtinctement en tiels teſtamentz nomez, & grevouſement par ſentences, & en autre manere & ſovent feth ſauns procez de lei, les deſtreynent pur tieux biens a eux al oeps l'apoſtoill paer, encountre la lei & la cuſtume ſuſdites, et la volunte des tieux teſtators, a damage & empoveriſſement de tote la Roialme. Et pur ceſte eſtraunge dureſce, & deſqes en cea deſoie, prient les dites Contes, Barons, & Cõunaute, que deſicome tiele manere des teſtaments ad eſtie ſolonc la Cuſtume du Roialme a touzjours uſee, & par les autres appoſtoil acceptie & afferme, ſicome en lour canonizele eſcrite pleinement eſt contenuz, voille ſi lui pleſt remedie encountre ceſt oppreſſion faire & ordener.

Enſement, par la ou les biens des Inteſtats, par grantz de Rois, deivent par l'ordenaire du lieu eſtre donez & departies pur l'alme le mort, & le dit ordenaire par force de la lei de la terre ſoit pur ce tenuz a reſpoundre a la Court le Roy a cheſcun qi ſe pleindre voet de dette en quei le mort liu feut tenuz, la veignent les Clercs l'appoſtoill, & demandent a ſoen oeps touz tieus maners des biens & des chatieux de inteſtats, qeſt en offens de la lei & encountre le grant ſuſdit.

E d'autre part, par la ou un home du dit Roialme ſe oblige a une autre en un ſome d'avoir a rendre a un certain jour, & ſ'il ne face, qu'il ſoit tenuz en x li. ou en une autre ſome, d'avoir a paer au primer paſſage de gentz d'armez en la Tre Seinte, les ditz Clercs l'appoſtoill font enquere parmi tut le Roialme des tieles obligatiouns faites avant ces houres, dont les paies ne ſont mie faites as jours contenuz, tut eient les detturs fait gre a lour creaunceours, ou par jugement de la Court le Roy, a qi les conuſſaunces des tieles obligacions appendent, eient les dettes enſemblement oue les damages a lour creaunceours rendutz, ia le meyns il deſtreynent les dettours pur l'avoir, iſſint a la Tre Seinte oblige al oeps l'appoſtoill liverer.

Enſement, par la ou un hoñe eſt obligie a un autre en dette, & les creaunceours veigne as ditz Clercs l'appoſtoill, & les promette la moite, ou plus ou meyns de la dite dette, pur lui faire avoir le remenant, meiſmes les Clercs meintenaunt ſount ſomondre & deſtreyndre le dettur a reſponder devant eux de cele dette, en apert deſheritezon du Roy & de ſa Coroune.

Enſement, par la ou le Roy & ſes aunceſtres, Contes & Barons, & lour aunceſtres, ont donez terres, tenementz, & avoeſons, & tieles autres temporautez, as Prelatz de ſeinte Egliſe, come Erceveſqs, Eveſqs, Abbeis, Priours, des queux temporautes les unes ſont tenuz par homage, & les autres ſont tenuz pur Dieu ſervir en ſeinte Egliſe, & autres charges faire, come ſus eſt dit, & des queles temporautes, ſi tort en ſoit fait as tenauntz de celes, le Roy eſt tenuz a faire dreit en ſa Court, pur ce que la conuſſance des tieles temporautes au Roy appent & a nul autre; la vint l'appoſtoill en apropriant a lui la Seignurie ſuſdite, fait taxer a ſa volente auxi avant la temporaute come le ſpirituaute, en deſheriteſon du Roy, & des Contes & Barons ſuſditz.

A. D. 1306. 35 Edw. I.

Enſement, par la ou perſone de ſeinte Egliſe moert en tiel ſeſon de l'an, qe les fruitz del an ſuyant devient a lui appender, des queux il ad fait ſon teſtament come de ſes autres biens, & les executors par force de lei & cuſtume du Roialme touzjours ont eſtiez & deivent eſtre reſponables en la Court le Roy de tiels frutz, a cheſcun qe dette voleit demander vers eux per brief le Roy, iſſint que l'execucion du jugement renduz en la Court le Roy, meintenaunt ſaunz nule delay ſe det faire par force de lei du Roialme, auxi avant endreit des tiels frutz come des autres biens, la vint l'apoſtoill qad reſervi a lui les fruits des primers vacant, & veut aver tiels fruits a ſon eops demeine; & ſ'il les eit, demorra le jugement rendu en la Court le Roy ſanz execution, & l'execucion remeindra en ſuſpens a la volunte l'apoſtoill.

Enſement, ſe pleynent les dits Countes & Barons, & la Cõunaute, que par la ou lour Clercs a lour preſentmentz ſont receuz & inſtituz en les egliſes qe ſont de lour avoeſons, & des frutz de celes egliſes, qe ſont properment les aumoynes des avoes, tut ſoient il diſmes, quant a Dieu, deivent lour Clercs eſtre ſuſtenuz pur les Egliſes ſervir, la vint l'appoſtoill & prent a lui touz les frutz del primer an de la voidanz de celes egliſes, ſanz rien reſervir pur la ſuſtenance des ditz Clercs, & iſſint apropre il a lui les aumoynes des ditz avoes, encountre lour volentes, & en peril de deſheriteſon, quant a lour avoeſons; qare per meiſme la reſon qil les prent le primer an de l'avoidance, les peut il prendre le ſecound, & le tierce, & le quart, & iſſint avant a ſa volunte, & c'eſt apert diſheriteſon des avoes quant a lour avoeſons; qare ſi toſt come le Clercs perde ſa poſſeſſion de ſa egliſe encountre la volunte de ſon avoe, ſon avoe perde ſa avoeſon de meiſme l'egliſe. Et pur ce lei & cuſtume du Roialme ne ſeoffrent poynt que play ſoit en Court Criſtiene des diſmes de l'egliſe, ou de la tierce partie, ou de la quarte partie, avant ce que le plai ſoit termine en la Court le Roy de l'avoeſon de meiſmes les diſmes.

Enſement, come pur le denier de Seint Piere, que les Rois D'engleterre donerent come en aumone a la Court de Rome, ſoleit touzjours eſtre paie a L'apoſtoill, ou a ſes procuratours, un certeyn, c'eſt aſſavoir, cc li. xxix ſ. de tout le Roialme, a lever par les Eveſques D'engleterre, a quele manere en fourme de lever ad eſte touzjours del primer graunt jeſques en cea acceptie par bulle des acuns Appoſtoill conferme, ſicome peut eſtre muſtrie quant meſter ſerra; la vint L'apoſtoill refuſant cel certayn, & fait nombrer par ſes procuraturs ſuſditz treſtouz le aſtres de la terre, auxi come il voleit la poeir, & la privetie du Roialme ſavoir, & demande de cheſcun aſtre un denier, q'amontreit a trop a grant damage & empoveriſſement du Poeple, & a graunt peril du Roy & de ſon Roialme.

CUM in Parliamento Domini Regis, apud Karliolum, in octabis Sancti Hillarii, anno regni Domini Regis E. xxxv, propoſite fuerunt petitiones p̄ Comites, Baron' & alios Magnates, & Cõitatem tocius regni Anglie, pro ſtatu Corone Regie, necnon terrarum ipſius Regis Scocie, Wallie, & Hibn' & tota Cõitate predicta, ſuper variis, novis & intollerabilibus gravaminibus, oppreſſionibus, injuriis, & extorſionibus, prefatis Comitibus, Baronibus, Magnatibus, & Cõmunitati, auctoritate & mandato Domini Pape, ac etiam p̄ Magiſtrum Willum Teſta, Domini Pape Clericum, necnon ejuſdem Magiſtri Willi Commiſſarios, Miniſtros, ſeu vices gerentes, & ipſius nomine illatis multipliciter in Regno & terris predictis, prout in Articulis contentis in predictis petitionibus, qui tales ſunt, inſeritur: videlicet,

De effrenata multitudine Proviſionum Apoſtolicarum, p̄ quas patronis ſeu advocatis beneficiorum collacio tollitur ſeu preſentacio, ac demum indigene nobiles & litterati a promotione Eccleſiaſtica penitus excludentur, & erit defectus Conſilii in Regno quantum ad ea que ad ſpiritualitatem

A. D. 1306. 35 Edw. I.

ſpiritualitatem pertinent, nec invenientur idonei qui ad Eccleſiaſticas valeant eligi prelaturas: Cultus divinus minuetur, hoſpitalitates & elemoſine ceſſabunt, contra intentionem primariam fundatorum Eccleſiarum, jura peribunt indefenſa, edificia Eccleſiaſtica corruent, & populi devocio ſubtrahetur.

Item de Decanatibus Eccleſiarum Cathedralium regni Anglie, quorum multi jam ad manus Cardinalium & aliorum Alienigenarum in ipſis Eccleſiis minime reſidencium devenerunt, & de ceteris Decanatibus ut idem fiat in proximo veriſimiliter eſt timend', contra primariam Eccleſiarum ordinationem, & intentionem ſaluberrimam fundatorum, ex quo in ipſis Eccleſiis Cathedralibus, ad quarum regimen & cuſtodiam continuam Decani, propter Epiſcoporum abſenciam, ſalubriter fuerant inſtituti, multiplex inordinacio proveniet, atque defectus tam in divino obſequio, hoſpitalitate, & elemoſina quam in correctione exceſſuum miniſtrorum, & Domino Regi ac Regno multorum peritorum Conſilium, qui ad ipſos Decanatus eligi conſueverant, penitus ſubtrahetur.

Item de Religioſis Domibus a variis Magnatibus pia devocione fundatis, ad divini cultus augmentum, hoſpitalitatis exercicium, elemoſinarum largitionem, ipſorum fundatorum & omnium fidelium defunctorum per orationes continuas remiſſionem, quorum redditus & proventus Dominus Papa intendit diverſorum Cardinalium uſibus applicare.

Item de Primis Fructubus beneficiorum vacancium ſedi Apoſtolice reſervatis, quod antea fuerat inauditum, ſuper quorum collectione, Dominus Papa interpretationes duriſſimas & multum prejudiciales Domino Regi & Regno, ac etiam toti Eccleſie Anglicane, jam de novo edidit, ſicut fertur.

Item de denar' Sancti Petri a Progenitoribus Regis primitus ſub certa forma conceſſis, a prima conceſſione ſua ſub eadem forma a tempore cujus non extat memoria perſolutis, nunc autem contra dictam conceſſionem minus rationabiliter exactis, in grave dampnum Eccleſiarum & tocius Populi Anglicani.

Item de legatis vel promiſſis pia intentione a multis in ſubſidium Terre Sancte propter redemptionem peccatorum, p aliquos auctoritate ſedis Apoſtolice improbe petitis & exactis, & in alios uſus convertendis, ipſis legantibus vel promittentibus minime profecturos.

Item de penis pecuniariis in fraudem legis variis contractibus adjectis & in ſubſidium Terre Sancte promiſſis, quarum pretextu multe cauſe ad forum Regium ptinentes coram Clericis Domini Pape, in Regie dignitatis prejudicium, agitantur.

Item de indiſtincte legatis, que ſunt approbata tam de Jure Canonico quam Civili, & que dicti Clerici Domini Pape impie ſibi apropriare nituntur, & in uſus ipſis defunctis, quorum bona fuerant, minime profecturos convertere, contra voluntatem piiſſimam defunctorum.

Item cum Romana Eccleſia unum dumtaxat Clericum pro ſuis negociis hactenus in Anglia habere conſueverat, ad expenſas Eccleſie Anglicane, Dominus Papa jam, ut dicitur, quatuor Clericos ordinavit, quibus opportebit Anglicanam Eccleſiam, ultra antiquam conſuetudinem, ſumptus non modicos miniſtrare. Hec omnia ad extrahendam a Regno pecuniam, ad exinanicionem Eccleſie manifeſtam, & ad vitand' Alienigenas ſpoliatis indigenis tendere dinoſcuntur, niſi exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus, ut per ſecularem Principem, & ipſius Conſilium, de conſenſu Procerum & Magnatum, tanta malicia reprimatur.

A. D. 1306. 35 Edw. I.

SUPER quibus oppreſſionum, gravaminum, & extorſionum, & injuriarum Articulis, prefatus Magiſter Willus Teſta, quatinus ipſum contingunt, in pleno Parliamento predicto allocutus, convictus extitit, nec inde ſe potuit aliqualiter excuſare, niſi tantum quod dixit quod auctoritate Domini Pape premiſſa fuerat executus. Et quia facta Magiſtri Willi Teſta in premiſſis, ſi tollerarentur, manifeſte cederent in divini Cultus diminutionem, Et Eccleſie Anglicane exinanicoem, necnon in prejudicium, leſionem, & exheredacoem Corone, poteſtatis, juriſdictionis & dignitatis Regie Anglicane, deſtructionemque tocius Coitatis predicte, ac ſtatus Regni, legum & conſuetudinum ejuſdem ſubverſionem, quod abſit, perpetuam, Et unde majora pericula poſſent proceſſu temporis evenire: Demum, conſideratis periculis predictis, ex aſſenſu Domini Regis ac toto Conſilio Parliamenti predicti, proviſum fuit, concordatum, ordinatum, et conſideratum, quod premiſſa gravamina, oppreſſiones, injurie, & extorſiones fieri non permitterentur in Regno & terris predictis. Et prohibitum eſt predicto Magiſtro W. in Parliamento predicto, quod de cetero contra proviſionem, concordiam, conſiderationem predictas nec procedat, nec p ſe ſeu alium quemcumque in premiſſis intromittat, vel aliquo premiſſorum. Et injunctum eſt eidem Magiſtro W. quod quicquid per ipſum, collegas, commiſſar', miniſtros, vices gerentes, aut alios quoſcumque ſibi adherentes ſeu intendentes attemptatum eſt, actum, ſeu executum in premiſſis, & quolibet premiſſorum, revocet, ut caſſum, irritum, & inane, & totam pecuniam per eos in hac parte levatam ſalvo cuſtodiri fac' & ſecure infra Regnum predictum, quouſque Dominus Rex de Conſilio predicto aliud ſuper hoc duxerit ordinand'. Et ad majorem hujus rei evidenciam ordinatum eſt & concordatum per Dominum Regem & Conſilium predictum, quod dicti Nuncii experti ad dictum Dominum Papam, ex parte dicti Domini Regis & tocius Coitatis predicte, tranſmittantur ad predicta gravamina, oppreſſiones, extorſiones, & injurias notificanda & exponenda. Et preceptum eſt ſingulis Vic' Com' Regni predicti, quod per ſacrm proborum & legalium hominum de ballivis ſuis, p quos rei veritas melius ſciri poterit, diligenter inquirant de nominibus commiſſariorum & aliorum miniſtrorum predicti Magiſtri Willi Teſta, qui premiſſa oppreſſiones, gravamina, extorſiones, & injurias in Com' predictis taliter perpetrarunt aut fecerunt, necnon de nominibus eorum qui coram dictis Commiſſar' vel Miniſtris aliquem vel aliquos, citari vel vocari fecerunt, ſeu dicta gravamina executi fuerunt. Et omnes illos quos in premiſſis culpabiles invenerint, attachient per corpora eorum, Ita quod eos habeant coram Rege in octabis Sancte Trinitatis, ubicumque tunc fuerit in Angl', ad reſpondend' tam Domino Regi quam aliis inde conqueri volentibus ſuper premiſſis; Et ad faciend' & recipiend' quod Curia Regis conſideraverit in hac parte, & Vic' habeant ibi nomina eorum, quos inde culpabiles invenerint, & Brevia.

MANDATUM eſt etiam Principi Wallie, & Com' Ceſtr', Cuſtodi Scocie, & Juſtic' Hibn', quod ipſi conſimiliter procedant in terris predictis, ſuper negociis memoratis, & proviſionem, concordiam, ordinacoem & conſideracoem predictas in eiſdem terris faciant firmiter & inviolabiliter obſervari.

Breve Ordinatum ſingulis Vicecom' ſuper premiſſis.

REX Vic' Cumbr', Salutem. Quia Com' Baron' aliique Proceres & tota Comitas regni noſtri, in inſtanti Parliamento noſtro apud Karliolum, Nobis intimarunt, quod diverſe oppreſſiones, extorſiones, injurie, & gravamina intollerabilia, ſicut de debitis, conventionibus, & aliis contractibus, quorum cognitiones ad Nos, coronam, & dignitatem noſtram & non ad alium pertinentes, per nonnullos juris noſtri Regii violatores & impugnatores in foro Eccleſiaſtico agitantur, quandoque pro parte

A. D. 1306. 35 Edw. I.

debitorum illorum ad Terram Sanctã percipienda, & quandoque pro penis pecuniariis levanda, que in ſcriptis obligatoriis de debitis, conventionibus, ſeu contractibus hujuſmodi confectis continentur in ſubſidium Terre Sancte promittuntur, ac etiam de bladis & aliis bonis Perſonarum & aliorum Prelatorum contra voluntatem eorum venditis & aſportatis, necnon de bonis temporalibus inteſtatorum, ac bonis in teſtamentis defunctorum generaliter nominatis, in uſus hujuſmodi violatorum & impugnatorum converſis, & de denariis Sancti Petri ultra conceſſionem Progenitorum noſtrorum quondam Regum Anglie jam exactis in Com' tuo & alibi infra Regnum noſtrum, jam de novo perpetrantur, in noſtri & juris noſtri Regii prejudicium, Coroneque & dignitatis noſtre Regie leſionem, & exheredationem noſtram, necnon & ſtatus ejuſdem Regni perpetue ſubverſionis periculum manifeſtum; Nos, malicie violatorum illorum & impugnatorum, abſque omni diſſimulatione, prout tenemur, obviare volentes in premiſſis, Tibi precipimus, quod per ſacramentum proborum & legalium hominum de Com' tuo, per quos rei veritas melius ſciri poterit, in propria perſona tua diligenter inquiras, qui hujuſmodi oppreſſiones, extorſiones, injurias & gravamina in Com' predicto perpetrarunt, et qui premiſſa gravamina proſecuti fuerint, Et omnes illos quos per Inquiſitionem illam inde culpabiles inveneris, ponas per vadium & ſalvos plegios quod ſint coram Nobis in octabis Sancte Trinitatis, ubicumque tunc fuerimus in Anglia, Nobis ſuper premiſſis plenius reſponſuri, & ulterius facturi & recepturi quod noſtra Curia conſideraverit in hac parte. Et habeas ibi nomina pleg' Inquiſitionem illam diſtincte & aperte factam ſub ſigillo tuo & ſigillis eorum per quos facta fuerit, & hoc breve. Teſte Rege, apud Karliolum, XXII die Marcii, anno XXXV.

A. D. 1307. 35 Edw. I.

POST receſſum vero Com' Baron' aliorumq; Magnatum, & tocius Cõitatis de Parliamento, Dominus Rex ad requiſitionem Venerabilis Patris Petri Sabiñs Epi Cardinal' tunc ibidem exiſtentis, mandavit Cancell' p W. Covent. & Lychf' Epiſcopum, Theſ' ſuum, ne hjũodi bria adhuc conſignaret. Et idem Rex poſtea literas ſubſcriptas dictis Clericis & procuratoribus ipſius Pape in Anglia comorantibus fieri fecit, que in Cancellar' irrotulantur:

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ad quos &c. Sciatis, quod ob reverenciam ſanctiſſimi in Chriſto Patris Domini C. divina providencia ſanctiſſimi Pontificis ſacroſancte Eccleſie Romane, ſuſcepimus in protectionem & defenſionem noſtram, necnon ſalvum & ſecurum conductum noſtrum, dilectos Nobis Magiſtros Willm Teſta Archid' Araven in Eccleſia Coventr' & Petrum Amalmeni, Canonicum de Burdegal', dicti Domini Pape Clericos, & Sedis Apoſtolice Nuncios, ac Archiepatus Cantuar' Adminiſtratores, a Sede predicta ſpaliter deputatos, ipſorumque Commiſſar' & Miniſtros, in eundo per totum regnum noſtrum pro negociis ad Eccleſiam Romanam ſpectantibus expediendis, ibidem morando, & exinde ad dictam Romanum Eccleſiam redeundo. Et ideo vobis mandamus, quod predictis Magiſtris Willo & Petro, aut eorum Commiſſariis ſeu Miniſtris, in eundo per regnum noſtrum predictum pro expedicõe negociorum predictorum, ibidem morando, & exinde redeundo, ſicut predictum eſt, non inferatis, ſeu quantum in vobis eſt ab aliis inferri permittatis, injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod ſeu gravamen, & ſi quid eis forisfactum fuerit, id eis ſine diſone fac' emendari. In cujus rei &c. Teſte Rege, apud Karliolum, IIII die Aprilis, anno XXXV.

Rex omnibus ad quos preſentes litere pervenerint, Salutem. Sciatis, quod ob reverenciam Sedis Apoſtolice, & affeccõem quam erga ſanctiſſimum in Chriſtum Patrem Dominum C. divina providencia ſummum Pontificem gerimus & habemus, concedimus quantum in Nobis eſt, quod dilecti Nobis Magiſter Willus Teſta, Archid' Araven' in Eccleſia Covent', & Petrus Amalmeni, Canonicus Burdegal', Sedis Apoſtolice Nuncii, Fructus primi anni, a tempore reſervacõnis inde per Dominum Papam ſibi facte, de beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura vacantibus in Regno noſtro provenientes, uſque ad terminum ſecundum mandatum Aplicum, non obſtantibus quibuſcumque prohibitionibus in Parliamento noſtro inde factis, Ita viz' quod de fructibus de Abbibus ſeu Prioratibus vacantibus in eodem Regno & a Regno provenientibus ſe nullatenus intromittant, ad opus dicti Domini ſummi Pontificis, modo debito colligere, cuſtodireq; valeant & tenere. Hoc tamen obſervato quod pecuniam inde provenientem extra idem Regnum, preterquam per viam cambii, non deferant ſeu deferri faciant quovis modo ſine licentia ſpeciali. In cujus rei &c. Teſte ut ſupra.

A. D. 1307. 35 Edw. I.

Rex dilectis ſibi Mãgris Willo Teſta, Archid' Araven' in Eccleſia Coven', & Petro Amalmeni, Canonico Burdegal', Sedis Apoſtolice Nunciis, Salutem. Sciatis, quod ob reverenciam ſedis Aplice & affeccõem quam erga ſanctiſſimum in Chriſto Patrem Dominum C. divina providencia ſumium Pontificem gerimus & hemus, volumus & concedimus, quod non obſtante aliqua prohibicõe ex parte noſtra prius facta, ſuper omnibus que ad dictum Dominum Papam & Eccleſiam Romanam in Regno & aliis terris noſtris pertinent & pertinere debent, utamini de cetero officio veſtro, ſicut Clerici & Nuncii aliorum ſumiorum Pontificum dicti Domini Pape predeceſſorum prius in Anglia comorantes officio a ſede predicta ipſis comiſſo uti conſueverunt temporibus retroactis: Ita quod non faciatis aliquid, ſeu etiam attemptetis, quod in prejudicium Corone aut dignitatis noſtre Regie, ſeu aliorum fidelium nror' cedere valeat quoquo modo. In cujus &c. Teſte ut ſupra.

Rex dilectis ſibi Magiſtris Willo Teſta &c. Sedis Aplice Nunciis & Adminiſtratoribus Archiepatus Cantuar' a ſede predicta ſpaliter deputatis, Salutem. Sciatis, quod ob affectionem quam erga Dñm C. divina providencia ſumum Pontificem gerimus & habemus, concedimus vobis, quod totam pecuniam ad Romanam Eccleſiam ronabilr ſpectantem per vos infra Regnum noſtrum collectam, tradendo eam Mercatoribus infra idem Regnum, poſſitis per viam cambii dicto Domino ſumo Pontifici deſtinare, Ita quod monetam aliquam de cuneo noſtro ſeu argentum aliquod in maſſa extra idem Regnum minime deferatis, ſeu per alios deferri aliqualr fac'. Teſte R ut ſupra.

PRETEXTU quarum literar', prefati Clerici Domini Pape, non habentes reſpectum ad prohibicões eis inde in dicto Parliamento factas, ad omnia predicta extorſiones & gravamina facienda reverterunt, & quia dicti Clerici poſtea occõne prohibitionum illarum p plures de Regno impediti fuerunt quominus extorſiones ſuas & gravamina ſicut prius facere poſſent, iidem Clerici in Conſilio Domini Regis apud Weſtm' ad Feſtum Sancte Trinitatis proximo ſequens, quaſdam peticões ſup impedimento eis facto porrexerunt, & protulerunt coram Conſilio ibidem literas ſuas ſupradictas. Et quia compertum fuit p eaſdem, quod Dominus Rex nichil revocavit de predicta ordinacõe facta in Parliamento, nec aliquid eiſdem Clericis conceſſit p literas predictas, niſi quod primos fructus Eccleſiarum vacancium quantum in Rege fuit colligere poſſint & habere, & ſuper hoc quod nichil facerent, nec attemptarent, quod cederet in prejudicium Corone ſeu dignitatis Regie aut aliorum fidelium Regis, & quod ſingula gravamina predicta in prejudicium Regis & aliorum fidelium ſuorum cedunt; De Mandato Domi-

A. D. 1307. 35 Edw. I.

ni Regis, tunc apud Karliol' exiſtentis, concordatum fuit in eodem Conſilio, quod prefati Clerici nulla de gravaminib' predictis facerent, nec primos fructus Eccliar' de patronatu Regis, pro eo quod in prejudicium Regis Corone cederet, nec aliorum haberent. Intelligentibus autem dictis Clericis de concordia hujuſmodi, peticões ſuas ulterius in Conſilio proſequi, ſeu iõm ad reſponſionem eãrdem habenda accedere noluerunt. Ideoq; ordinata fuit & facta eiſdem prohibitio ſubtus ſcripta:

REX Magiſtris W. Teſta, & Petro Amalmeni, Salutem. Cum vos quaſdam peticões coram Nobis in Conſilio noſtro exhibueritis ad quas reſpondere nondum deliberatum exiſtit, & vos ut dicitur aliqua proſequamini prejudicialia Nobis, Corone & dignitati noſtre Regie, necnon & Proceribus, Magnatibus, ac Populo Regni noſtri, hujuſmodi deliberatione pendente, Vobis mandamus, firmiter inhibentes, ne quicquam quod in noſtre Regie dignitatis leſionem, ſeu Procerum, aut Populi dicti Regni prejudicium cedere poterit, quoquo modo per vos vel per alios aliqualiter attemptetis, ſeu etiam faciatis attemptari. Teſte Rege apud Karliolum, XXVII die Junii, anno triceſimo quinto.

A. D. 1307. 35 Edw. I.

Iſta prohibitio eis liberata fuit per manus Maioris Aldermannorum & Vicecom' London'.

POSTEA vero antequam de ulteriori remedio, ſi dicti Clerici contra prohibitionem illam venire preſumpſiſſent, poſſet provideri, Dominus Rex extremum clauſit diem, per quod ulterius inde nichil actum erat.

APPENDIX

A P P E N D I X

Ad Rotulos Parliamenti Temp' Edw' I. ſcilicet Excerpta ex Rotulis Clauſ' & Patent' & aliis Recordis &c.

Clauſ. 3 Edw. I. m. 3. dorſ.

Nº 1. REX dilectis & fidelibus Ricardo de Pyltemort, Rogero de Eveſham. Cum Prelati, Comites, Barones, & alii de regno noſtro Quintam decimam de omnibus Bonis mobilibus, ad relevacionem ſtatus noſtri, Nobis conceſſerunt gracioſe; aſſignavimus vos ad bona illa, per ſacramentum tam militum quam aliorum proborum & legalium hominum de Comitatu Devon' & Cornub' per quos rei veritas melius ſciri poterit, Taxanda & Amercianda, juxta formam per Nos vobis inde traditam & injunctam, & ad premiſſa explenda de Conſilio dilecti & fidelis noſtri Magiſtri Walteri Scamel, Decan' Sar', quem Superiorem veſtrum conſtituimus in hac parte: Et ideo vobis mandamus, quod ad certos dies & loca, quos ad hoc provideritis, premiſſa faciatis in forma predicta. Mandavimus enim Vicecom' noſtris Comitatuum predictorum, quod, ad certos dies & loca quos eis ſciri facietis, venire faciatis coram Vobis tot & tales, tam milites quam alios probos et legales homines de Comitat' predictis, tam infra libertates quam extra, per quos rei veritas in premiſſis melius ſciri poterit & inquiri: Et quod Quintam decimam de hujuſmodi bonis provenientem levari, & in locis vobis injunctis ſub teſtimonio dilecti Nobis in Chriſto Decani Exon' in Comitat' Devon', & Prior' Bodminye in Com' Cornub' deponi faciatis donec aliud preciperimus. Et eciam quod iidem Vicecomites vobis fideliter ad hoc aſſiſtant, prout eis ſcire facietis & injunxeritis ex parte noſtra. In cujus &c. T. R. xxiv die Octob'.

Conſimiles litere diriguntur ſingulis Comitatibus.

Clauſ. 6 Edw. I. m. 5. dorſ.

Nº 2. MEMORANDUM, quod in Parliamento Regis Edwardi apud Weſtm' in Feſto Sancti Michis, anno regni ejuſdem Regis ſexto, in preſencia Epiſcoporum Wynton', Dunelm', Hereford', Norwic', Prioris Provincial' ordinis fratrum Predicatorum in Anglia, Decani Sarum, Magiſtri Thome Bek, Willielmi de Valencia, avunculi Regis, Comitum Cornub', Glouc', Waren', Warr', & de Karrik; Roberti de Tybetot, Antonii Bek, Magiſtri Roberti de Scardeburgh, Radulpho de Sandwyco, Johannis de Lovetot, Walteri de Hopton, Magiſtri Galfridi de Aſpale, Walteri de Wynbourne, Nicolai de Stapelton, Radulphi de Hengham, Galfridi de Neubaud, Johannis de Cobbeham, Willielmi de Brompton, Philippi de Wyleby, Thome de Weyland, Walteri de Helyun, Ricardi de Holebroke, Bartholomei de Sudleye, Hugonis filii Ottonis, Patricii de Cadurcis, Roberti filii Walteri, & aliorum multorum; venit Alexander Rex Scocie, filius Alexandri quondam Regis Scocie, ad predictum Edwardum Regem Anglie, apud Weſtm', in Camera ejuſdem Regis, & ibidem optulit idem Rex Scocie eidem Regi Anglie devenire Hominem ſuum ligeum, & facere ei homagium ſuum, & illud ei fecit in hec verba: Ego Alexander, Rex Scocie, devenio ligeus homo Domini Edwardi, Regis Anglie, contra omnes gentes. Et idem Rex Anglie homagium ejuſdem Regis Scocie recepit; Salvo jure & clamio ejuſdem Regis Anglie, & heredum ſuorum de homagio predicti Regis Scocie & heredum ſuorum de regno Scocie cum inde loqui voluerint. Et idem Rex Scocie, ſtatim poſt dictum homagium ſuum ſic a prefato Rege Anglie captum, optulit eidem Regi Anglie fidelitatem ſuam, & ſupplicavit eidem Regi Anglie, quod fidelitatem illam facere poſſet per os Roberti de Brus, Comitis de Karrik: Et idem Rex Anglie hoc conceſſit eidem Regi Scocie, de gratia ſua ſpeciali, illa vice. Et idem Robertus rogatus per eundem Regem Scocie quod id faceret, ſtatim data ſibi poteſtate a predicto Rege Scocie jurandi in animam ejuſdem Regis Scocie, juravit Regi Anglie, nomine & vice ejuſdem Regis Scocie, fidelitatem predictam, per hec verba: Ego Robertus, Comes de Karrik, juxta poteſtatem michi a Domino meo Rege Scocie traditam, in preſencia Domini Regis Anglie & aliorum predictorum Prelatorum & Procerum, jurandi in animam Regis Scocie, & in preſencia dicti Regis Scocie & de precepto ſuo, juravi fidelitatem Domino Edwardo, Regi Anglie, in hec verba: Ego Alexander, Rex Scocie, portabo bonam fidem Domino Edwardo, Regi Anglie, & heredibus ſuis Regibus Anglie, de vita & membris & terreno honore, & fideliter faciam ſervicia debita de terris & tenementis que teneo de Rege Anglie ſupradicto. Et predictus Rex Scocie fidelitatem illam, ſic nomine ſuo et vice ſua per predictum Robertum juratam & factam, confirmavit & ratificavit.

Clauſ. 7 Edw. I. m. 1. dorſo.

Nº 3. Revocationes Proviſionum Conſilii Rading.

MEMORANDUM, quod Venerabilis Pater J. Cantuarien' Archiep̃us venit coram Rege & Conſilio ſuo in P'liamento Regis Sc̃i Michis anno Regni Regis ſeptimo, apud Weſtm' & confitebatur & conceſſit, quod de Statutis ꝓviſionibus & declarationibus eorundem que ꝑ ipſum ꝓmulgate fuerant apud Rading, menſe Aug' anno eodem, Inter quaſdam ſententias excom̃unicac̃ois quas idem Archiep̃us ib̃m promulgavit, Primo, deleatur & pro non ꝓnunciata habeatur illa clauſula in prima ſentencia excom̃unicac̃ois que facit mencionem de impetrantibus literas regias ad impediendum ꝓceſſum in cauſis que ꝑ ſacros Canones &c. Sc̃do, quod non excom̃unicentur miniſtri Regis licet ipſi non pareant mandato Reg' in non capiendo excom̃unicatos. Tercio, de illis qui invadunt maneria Clericor̃, ut ibi ſufficiat pena ꝑ Regem poſita. Quarto, quod non interdicat vendere victualia Eboracenſi Archiepiſcopo, vel alii venienti ad Regem. Quinto, quod tollatur Magna Carta de foribus Eccleſiarum. Confitetur eciam et conceſſit,

ceſſit, quod nec Regi nec heredibus ſuis nec regno ſuo Angl' racione alior' articulorum in Concilio Rading contentorum, nullum prejudicium generetur in futurum.

Clauſ. 13 Edw. I. m. 7. in cedula.

No 4. Forma conceſſionis & exemplificationis Cartarum ad ſupplicationem Magnatum &c.

SUPPLICABANT Domino Regi, in Parliamento ſuo apud Weſtm' poſt Paſch' anno regni ſui XIII, plures de regno ſuo, tam Prelati, viri Religioſi, & alie perſone Eccleſiaſtice, quam Comites, & Barones, & ceteree perſone Seculares ſeu Laice, ut idem Dominus Rex Cartas a ꝓgenitoribus ſuis Regibus Angl' vel ab aliis conceſſas predeceſſoribus ſeu anteceſſoribus ipſarum perſonarum, eis de ſua gratia confirmaret, unde idem Dominus Rex habito ſuper hoc cum ſuo Conſilio tractatu, conceſſit quod confirmationes Cartarum illarum fiant ſub formis ſubſcriptis:

Carta confirmationis libertatum ſub hac forma: Edwardus &c. Inſpeximus Cartam donationis, conceſſionis, vel confirmationis, quam Dominus H. Rex, pater noſter, vel talis progenitor noſter, avus vel proavus, vel talis anteceſſor noſter, vel alius, fecit in hec verba, vel fecit tali in hec verba, Henr' &c. vel talis anteceſſor, vel predeceſſor &c. Et Carta confirmanda, de verbo ad verbum, ſine addicione, mutacione, tranſmutacione, vel aliqua diminucione, ſcribatur. Et in fine ſic: Nos autem predictam conceſſionem, vel predictas conceſſiones, ratas habentes & gratas, eam vel eas, pro Nobis, & heredibus noſtris, ꝓdicto tali, & heredibus ſuis, vel tali, & ſucceſſoribus ſuis, concedimus & confirmamus, ſicut ipſe talis, & predeceſſores ſeu anteceſſores ſui, libertatibus illis hucuſque juſte & rationabiliter uſi ſunt. Hiis teſtibus &c. Vel in cujus &c.

Si autem Carta confirmationis doni, de ten', ſive de ten' dato a Rege, vel ab alio, tunc ſic. Inſpeximus &c. ſicut prius. Et in fine, ſic. Nos autem, predictas donacionem & conceſſionem, ratas habentes & gratas, eas pro Nobis & heredibus noſtris, tali, & heredibus ſuis, vel tali, & ſucceſſoribus ſuis, concedimus & confirmamus, ſicut Carte predicte juſte & rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus &c. Vel in cujus &c.

AD Petitionem Leonardi Vent, & Janini Pisseleglie, conquerentium, quod Senescall' & Marescall' ipsos coram eis fecerunt attachiari pro quadam transgressione facta Willo de Covele in London, ut dicebatur, iidemq; Senescall' & Marescall', quamquam pdicti Leonardus & Janinus allegassent coram eis se non debere de hoc respondere, eo quod Ordinationes per P'latos, Comites, & Barones fuerunt in contrarium, ipsos tamen Leonardum & Janinum ceperunt & imprisonaverunt &c. Unde petunt remedium;

Responsio. Responsum est per Consilium: Mandetur Senescall' & Marescall' quod mittant Record' & Processum coram Rege, in xv Pasch'; Et interim deliberentur pdicti per manucaptionem sufficientem, et retornentur nomina manucaptorum in xv pdicta coram Rege.

Nº 111. Margar' que fuit ux' Rob'ti de Esnyngton.

AD Petitionem Margarete que fuit uxor Robti de Esnyngton, quod Johes de Swynnerton respondeat Regi de decem marcis annuis detentis, quas pro Balliva sua de Kanoc ab Itinere de Staff' hucusq; debuit reddidisse, unde summa est cc & x Marc'; Et quod respondeat Regi de ducentis & viginti Libris in quibus Phus de Mungomery, cujus statum habet de Balliva predicta, fuit adjudicatus in Itinere predicto;

Responsio. Responsum est sic per Consilium: Mittatur ista Petitio Thes' & Baronibus de Scaccario, ut ipsi, scrutatis Rotulis de Itinere super contentis in Petitione, fac' ulterius Justitiam pro Rege.

Nº 112. Mercatores Colon'.

AD Petitionem Mercatorum de Colonia, petentium, qd Thes' & Barones procedant ad Judicium de Placito habito coram eis inter Dñum Regem & ipsos Mercatores, videlicet, de Prisa habenda ad opus Regis de Vinis Reñes, per ipsos in Angliam adductis, unum videlicet Tonell' ante malum, & unum post, sicut Rex habet de Vinis Vascon',

Responsio. Responsum est per Consilium: Mandetur Thes' et Baron' de Scaccario, quod procedant ad terminand' finaliter negotium inter Regem & Mercatores de Prisa Vinorum, prout processum est coram eis. Et si aliqua causa subfuerit quare Rege inconsulto id facere non poterunt, tunc certificent Regem & Magnum Consilium suum, die

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Lune prox' futur', ſuper cauſa & toto facto ſuo in hac parte.

Nº 113. Subcollectores Decime.

AD Petitionem Subcollectorum Decimarum & aliarum Contributionum Regi per Clericos conceſſarum, conquerentium, quod cum ipſi in Compoto ſuo ad Scaccarium, deliberent ibidem capita ipſorum de quibus hujuſmodi Decimas & Contributiones levari non poterunt, & ſummas quas debent; iidem Theſ' & Barones poſt hujuſmodi capita recepta ſummas predictas de ipſis capitibus levari non faciant, ſet de bonis ipſorum Subcollectorum: Unde petunt remedium;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mittatur Petitio Theſ' & Baron', et mandetur eis, quod inſpecta Petitione faciant Subcollect' juſticiam ſuper contentis in Petitione.

Nº 114. Bernardus fil' Johis de Brus. (m. 17.)

AD Petitionem Bernardi fil' Johis . . . . . .

Nº 115. Rob'tus de Oye.

AD Petitionem Robti de Oye de Dovorr' ſuggerentis Reg', quod Matild' fil' & heres Stephi de Borgoys quinquaginta & duas ſolidatas annui redditus, pro quibuſdam terris & ten' infra Libertatem Quinq; Portuum & extra, ſibi detinet minus juſte, ſicut dicit: Unde petit &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mittatur iſta Petitio Cuſtodi Quinq; Portuum, Et mandetur ei, quod audita querela ipſius Robti ſuper contentis, tunc fac' ſibi juſtitiam, ſecundum Legem & Conſuetudinem Portuum predictorum.

Nº 116. Joh'es Bonaventure.

AD Petitionem Johis Bonaventure, Aurifabr' de London', ſuggerentis Regi, quod Johes de Lincoln', & Rogerus, & Ricus fil' ejus, in ipſum Johem, & in quendam ſervientem ſuum, in ſhopa ipſius Johis in London' inſultum fecerunt, & ipſos verberaverunt &c. et ipſum Johem mahemiaverunt, & ipſum inpriſonaverunt, & tamdiu in priſona detinuerunt quouſq; finem fecit per quatuor Marcas, occaſione cujuſdam Inquiſitionis de ipſo Johe de Tenentibus ipſius Johis de Lincoln' facte, et per conſpirationem ſuam procurate, ad dampnum ipſius Johis Bonaventure cc libr' et amplius, ſicut dicit: Und petit remedium &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Si Placitum fuerit coram Vicecomitibus habeat Breve ad faciend' venire Record' coram Majore, ad corrigend' errorem ſi fuerit: Et ſi fuerit, coram Majore aſſignentur aliqui Juſtic' apud Sanctum Martinum Magnum London, ad corrigend' errorem &c.

POSTMODUM, predicti Johes Bonaventure, & Johes de London', ſuper tranſgreſſione predicta poſuerunt ſe in Inquiſitione patrie pluries premunita & ſummonita coram Vicecomitibus predictis, que propter metum & potentiam ꝑdicti Johis de Lincoln' ad Inquiſitionem predictam faciendam procedere non audebat, ſed receſſit ꝑdicta Inquiſitio ſine die, ad dampnum &c. c li. Unde petit remedium.

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mandetur illis coram quibus loquela illa pendet, quod ad loquelam illam terminand' & juſtitiam partibus faciend' procedant indilate.

§ ITEM, idem Johes Bonaventure queritur de Rogero fil' Johis de Linc' ad procurationem ipſius Johis ipſum Johannem Bonaventure a ſhopa ſua in London' vi & armis ejecit, et ſhopam illam per magnum tempus detinuit, minus juſte &c. A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Reſponſum eſt per Conſilium: Habeat Breve de Tranſgreſſione, ſi ſibi viderit expedire. Reſponſio.

§ ITEM queritur ꝑfatus Johes Bonaventure, quod cum ipſe coram Vicecomitibus London' querelam ſuam verſus prefatos Johem de Lincoln', & Johem filium ejus, ſuper diverſis gravaminibus ſibi per ipſos illatis proſecutus fuiſſet, ꝑfatus Johes fil' Johis in ꝑfatum Johem Bonaventure in preſentia Vicecomitum predictorum inſultum fecit, et ipſum verberavit, vulneravit &c. Et licet idem Johes ſuper Tranſgreſſione illa ſibi juſtitiam tunc fieri petiviſſet, ipſe tamen ob metum & potentiam ꝑfati Johis de Lincoln' juſtitiam habere non potuit in premiſſis, in ipſius Johis Bonaventure dampnum non modicum, & contemptum Regis manifeſtum: Unde petit remedium &c.

Reſponſum eſt per Conſilium: Habeat Breve de Tranſgreſſione formatum in ſuo caſu coram Rege, faciend' mentionem de contemptu Reg' facto. Reſponſio.

§ ITEM ꝑfatus Johes Bonaventure queritur de ꝑfato Johe de Lincoln', quod cum idem Johes ꝑfatum Johem Bonaventure in Pallatio Weſtm' attachiaſſet, imponendo ſibi in Johem fil' Johis de Lincoln' inſultum feciſſe, & ipſum mahemiaſſe, occaſione cujus attachiamenti idem Johes Bonaventure extitit impriſonatus, quod quidem attachiamentum ꝑfatus Johes fil' Johis proſequi noluit ut deberet: propter quod conceſſum fuit per Rogerum le Brabazon Breve ad capiendum ꝑfatum Johem fil' Johis, de reſpondend' Reg' de contemptu, & conquerenti de dampnis &c. quod quidem attachiamentum ꝑfatus conquerens exequi non audebat, propter metum ut ſupra: Unde petit pro Rege & ipſo Remedium &c.

Reſponſum eſt per Conſilium: Renovet Placitum ſuum, ſi ſibi viderit expedire. Reſponſio.

§ ITEM idem Johes queritur de ꝑfato Johe de Lincoln', quod ad ipſius procurationem in Seneſcalcia per Mareſcallos Regis impriſonatus fuit, imponendo ſibi de Rege ſiniſtra aliqua & inhoneſta dixiſſe, in contemptum Regis; ſuper quo idem Johes Bonaventure ſe poſuit in Inquiſitionem, per quam compertum fuit, ipſum ſuper ſibi impoſitis culpabilem non fuiſſe, in ipſius Regis contemptum, & prefati Johis diſpendium & jacturam: Unde petit remedium &c.

Reſponſum eſt per Conſilium: Habeat Breve de Conſpiratione coram Rege. Reſponſio.

§ ITEM idem Johes conqueritur de Johe fil' Johis de Lincoln', quod idem Johes fil' Johis in ipſum apud London' inſultum fecit &c. et ipſum verberavit, vulneravit &c. ad dampnum ipſius Johis centum li. Unde petit remedium &c.

Reſponſum eſt per Conſilium: Habeat Breve de Tranſgreſſione coram Vicecomitibus Lond', ſi ſibi viderit expedire. Reſponſio.

Nº 117. Joh'es de Heſlarton.

AD Petitionem Johis le Heſelarton ſuggerentis Reg', quod licet ipſe nuper attachiaſſet Gerardum Salvayn, tunc Vic' Ebor', ad reſpondend' ſibi coram Theſ' et Baronibus de Scaccario, ſuper eo quod idem Gerardus cepit averia ꝑdicti Johis apud Louthorp, et idem Gerardus advocavit captionem &c. eo quod habuit in mandatis per Summonitionem de Scaccario ad levand' de terris Rogeri Bygod nuper Com' Mareſcalli ccc li. in quibus ꝑfatus Rogerus Regi tenebatur die quo obiit: Et quia predictus Johes tenuit partem terrarum ꝑdictarum idem Johes diſtrictionem ꝑdictam apud Louthorp advocavit

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

advocavit juſtam eſſe, Et dictus Jolies aſſeruit quod Louthorp non tenebatur de dicto Comite per quod diſtrictionem potuit advocare, & hoc cognovit idem Gerardus in placitando, ſicut patet per Recordum. Set reſpondit intelligendo Regem habere talem prerogativam, quod ubi aliquis tenens ten' que fuerunt debitoribus Regis, liceat Vicecomiti in aliis terris ut in illis diſtringere, ſuper quo judicium adhuc pendet: Unde petit remedium &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mandetur Theſ' & Baronibus de Scaccario, quod procedant ad Judicium in loquela infraſcripta indilate, ſecundum quod proceſſum eſt coram eis.

Nº 118. Thomas Com' Lancaſt'.

AD Petitionem Thome Comitis Lancaſtr', ſupplicantis Regi, quod Juſtic' Regis inter ſe conveniant cum Prelatis, & aliis Comitibus dicti Regni, ut ꝑdictus Comes de Feodis ſuis, que Comes Mareſcallus defunctus de ipſo tenuit in Com' Norff' & Suff', nec de Servitiis que de eiſdem Feodis habere debet, virtute alicujus doni per ipſum Regem Thome de Brotherton facti de terris que fuerunt ipſius Comitis Mareſcalli, nullatenus elongetur;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Videtur Conſilio, quod Thomas de Brotherton tenere debet Feoda que Rogerus Bigod quondam Comes Norff' tenuit de Comite Lancaſtr', per ſervitium faciendi ipſi Com' Lancaſtr' eadem ſervitia que ꝑdictus Rogerus fecit dum vixit: Et quod Feoffamentum ſuper hoc ipſi Thome factum mutari debeat.

Nº 119. Henr' de Lanc'.

AD Petitionem Henrici de Lancaſtr' ſuggerentis Regi, Quod Robertus de Clifford tenuit de ipſo Terras & Tenementa que habuit in Monemue, per homagium et fidelitatem, & per forinſeca ſervitia: Et quod ipſe & omnes Tenentes ſui reſpondere deberent in Curia ſua de Placito Vite & Membrorum, & de Terris et Tenementis, & omnibus aliis, pro eo quod nullum Breve Regis ibidem placitatur niſi proprium Breve ſuum: Per quod ſupplicat Regi & ejus Conſilio, quod redditio dicti Roberti non ſit ſibi prejudicial', nec vertatur in ipſius Exheredationem, et quod non faciat ſtatum alicui ſibi prejudiciabilem &c.

Iſta Reſponſio poſtmodum calumpniata fuit per Adomar' de Valenc'. Reſponſum eſt per Conſilium: Videtur Conſilio, quod Adomarus de Valentia tenere debet Terras & Tenementa in Monemue, que Robtus de Clifford quondam tenuit de Henrico de Lanc' per ſervitium faciendi eidem Henrico eadem ſervitia que predictus Robtus fecit dum vixit ante redditionem in manum Regis; et quod Feoffamentum ſuper hoc ipſi Adomaro factum mutari debeat. Ita quod idem Henr' habeat ibidem omnem Juriſdictionem quam prius habuit &c.

Nº 120. Com' Arundell'.

AD Petitionem Edmundi Comitis Arundell', ſupplicantis Regi, quod Juſtic' Regis inter ſe conveniant cum Prelatis & aliis Comitibus dicti Regni, ut ꝑdictus Comes de Feodis ſuis que Comes Mareſcallus defunctus de ipſo tenuit in Com' Suſſex, nec de ſervitiis que de eiſdem Feodis habere debet, virtute alicujus doni per ipſum Regem Thome de Brotherton facti de terris que fuerunt ipſius Comitis Mareſcalli, nullatenus elongetur:

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Videtur Conſilio, quod Thomas de Brotherton tenere debet Feoda que Rogerus Bigod quondam Comes Norff' tenuit de Edmundo Com' Arundell', per ſervitium faciendi ipſi Com' Arundell' eadem ſervitia que ꝑdictus Rogerus fecit dum vixit: Et quod Feoffamentum ſuper hoc eidem Thome factum mutari debeat.

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Nº 121. Adam le Clerk de Lenne: (Dorſo.)

AD Petitionem Ade le Clerk, Burgen' de Lenne, ſuggerentis Regi, quod cum ipſe quandam Navem ſuam vocatam La Plentee de Lenne diverſis bonis & mercandiſis ſuis oneraſſet uſq; Villam Sci Joliis de Perth in Scotia, in ſuccurſum Regis & hominum ſuorum ibidem ducend', Henr' de Reklynghous, Henr' de Lynnes, et quidam alii malefactores de partibus de Strailesounde, Lubyk, & Grippeſwold de Eſtland, Navem illam inter Jernemuth & le Cheld vi & armis intraverunt, et decem & ſeptem homines ipſius Ade tunc in dicta Navi inventos interfecerunt; et bona & catalla ſua in dicta Navi tunc inventa, ad valentiam treſcentarum librarum, ceperunt & aſportaverunt, et Navem illam adhuc penes ſe retinent, minus juſte, in ipſius depauperationem manifeſtam: Super quo &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Sequatur in Cancell' & oſtendat Proceſſum inde habitum, & Literas Teſtimon' ſi quas habeat de defectu exhibitionis Juſtitie; et tunc ſequatur ſecundum Proceſſum &c. et fiat ei juſtitia ſecundum conſuetudinem Cancellarie.

Nº 122. Communitas de Melcoumbe.

AD Petitionem Burgenſ' de Melecombe, ſuggerentium Regi, quod cum poſt fundationem ejuſdem Ville uſq; ultimum paſſagium Regis E. patris Regis nunc in Flandr', Cokettum Lanarum in ꝑdicta Villa extitiſſet, idem Cokettum a dicta Villa ſubtrahitur jam de novo, ad magnum dampnum Regis & hominum de Comitatibus Somſt, Dorſ', et Wilteſ', & Ville ꝑdicte: Per quod Burgenſes illi petunt quod Cokettum ibi ſit ſicut prius fuit;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mittatur iſta Petitio ad Scaccarium, et mandetur Theſ' & Baronibus, quod faciant in ꝑmiſſis quod pro commodo Regis fore viderint faciend'.

Nº 123. Abbas de Burton ſuper Trentam.

AD Petitionem Abbatis de Burton ſuper Trentam ſupplicantis Regi, ut xii li. vii ſ. iii d. ſibi in Compoto ſuo de medietate Beneficiorum eccleſiaſticorum Dño E. nuper Regi Anglie patris Regis conceſſa, unde Collector tunc extitit, allocentur; quam quidem pecuniam ſolvit in Scaccario Regis per Rotulos & Tall' de recepto, et adhuc non allocatur, pro eo quod folium Tallie non poterit inveniri: Unde petit allocationem;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mandetur Theſ' & Baron' de Scaccario, quod ſi Rotulus & Tallia concordent, tunc fac' Tall' innovari, & allocationem de pecunia predicta juxta Talliam illam &c.

Nº 124. Epiſcopus Landaven'.

AD Petitionem Joliis Eꝑi Landaven', ſuggerentis Regi, quod Dñus E. Rex pater Regis nunc, in relevamen Paupertatis Eꝑatus Landaven', conceſſit & aſſignavit Eccle quam idem Eꝑus tenet, in proprios uſus, de nova terra omnes Decimas Aſſartorum de Foreſta ſua de Dene que non ſunt infra limites alterius Parochie cujuſcunq;. Et quia ſepe in dubium vertitur, que pars dicte Foreſte eſt in Parochiis, et que extra, Rectores adjacentium Eccliarum Decimas dictorum Aſſartorum dicte Foreſte, licet non ſint infra eorundem limites conſtituta, percipiunt, ut creditur minus juſte, in tantum quod nullum ſeu modicum emolumentum accreſcit dicte Eccleſie de nova terra ex conceſſione et aſſignatione ꝑdictis: Unde ſupplicat idem Eꝑus remedium adhiberi;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Aſſignentur Radus de Monte-Hermerii, Cuſtos Foreſte, citra Trentam Eſcaetor, et Ricus de Rodene, vel duo eorum ita quod Cuſtos ſit unus, ad inquirend' in ꝑſentia Rectorum Eccliarum vicinarum, ad hoc premuniendorum, &c. que Aſſarta in Foreſta de Dene ſunt extra limites Paroch' cujuſcunq;. Et, Inquiſ' facta, certificent inde Reg' in Cancellar'.

A. D. 1314. & 1315. 8 Edw. II.

AD Petitionem Thome Danvers, nuper Vic' Oxon' & Berk', ſuggerentis Regi, quod cum ipſe ſuper Compoto ſuo coram Theſ' & Baron' Regis de Scaccario allocationem viginti Libr' petiviſſet, pro diverſis proficuis & aiſiamentis domorum in Caſtro Oxon', et de diſtrictionibus factis pro debitis Reg', & aliis proficuis percipiend' pro dicta Cuſtodia, in auxilium firme; unde nichil percepit, pro eo quod Caſtrum predictum toto tempore ſuo fuit in cuſtodia Rici Damory ex commiſſione Regis: Unde petit &c.

Nº 125. Thomas Danvers.

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mandetur Theſaurario & Baronibus de Scaccario, quod audita querela Thome ſuper contentis in Petitione, ſibi fac' quod juſtum fuerit &c.

§ ITEM ad Petitionem ejuſdem, conquerentis Regi, quod cum ipſe petiviſſet allocationem ſuper Compoto ſuo de diverſis redditibus annuatim Regi debitis, qui vocantur Hydag' et Wardſelfur', qui ſe extendunt per annum ad ſex libr' XII ſ. IX d. quos quidem redditus Vic' Com' p̃dicti ſemper ſolebant levare ad opus Regis, ut pertinentes ad firmam Com' p̃dicti in certis Villis que ſunt de feodo Com' Lancaſtr'; quos quidem redditus Ballivi dicti Com', virtute cujuſdam Libertatis ſibi per Dominum E. Regem p̃ris Regis nunc conceſſe, levare fecerunt ad opus dicti Com', unde idem Vic' adhuc oneratur &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Videtur Conſilio, quod Rex pater &c. non conceſſit per Cartam ſuam Com' Lanc' aliquos redditus certos ad firmam Comitatus pertinentes, quanquam conceſſerit ei aliquas Libertates. Et ideo mandetur Theſ' & Baronibus, quod, audita querela Thome ſuper contentis, et vocatis evocandis fac' tam Regi quam partibus &c. juſtitie complementum.

Nº 126. Homines de Scardeburgh.

AD Petitionem hominum de Scardeburgh' ſuggerentium Regi, quod cum idem Rex Villam predictam in manum ſuam capi feciſſet, anno Regni ſui ſexto, et tota firma ejuſdem Ville, Videlicet quaterviginti & unius libr', fuiſſet plenius ſoluta antequam dicta Villa ſeiſita fuit operariis ſuis Caſtri ſui, per diverſa p̃cepta ſub literis de Privato Sigillo; et ſexaginta & quatuordecim ſolidi & ſex denarii &c. ad plus quam dicta firma ſe extendit, ſecundum quod Ballivus d̃ce Ville computavit in Garderoba Regis: Unde &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mandetur Theſ' & Baron' de Scaccario, quod videant Warantum per quod ſolverunt pecuniam infraſcriptam pro operationibus Caſtri, et audito inde Compoto Ballivorum Ville p̃dicte, debitam allocationem de pecunia p̃ed̃ca faciant d̃cis hominibus in firma p̃ed̃ca.

Nº 127. Rob'tus Walkefare.

AD Petitionem Robti Walkefare ſuggerentis Regi, quod Ballivi Regis de Hundredo de Stapelho Letam ipſius Robti tenent in manerio de Iſelham, ac ſi ad Regem p̃tineret cum non p̃tineat, exitus & proficua ejuſdem Lete ad opus Regis colligendo: Unde petit remedium &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mittatur Petitio Theſ' & Baron' de Scaccario, et mandetur eis, quod, vocatis tam Ballivis Regis de Hundredo p̃ed̃co quam prefato Roberto, et auditis hinc inde r̃onibus eorundem, fiat ei juſtitie complementum.

Nº 128. Theobaldus fil' et Her D'ni Will'i Ruſſel.

AD Petitionem ejuſdem, ſuggerentis Regi, de eo quod omnes terr' & ten' que fuerunt patris p̃dicti Theobaldi, et ratione minoris etatis ejuſdem Theobaldi in manum Regis nunc ſeiſit' fuerunt, occaſione terrarum & ten' p̃dictorum que de ipſo in capite tenuerant & adhuc teneantur; et poſtea diverſis hominibus cuſtodiam terrarum & ten' p̃dictorum aſſignavit ad voluntatem Regis tenend'. Et cum in Magna Carta de Libertatibus Angl' contineatur, quod cuſtodes terrarum alicujus hered', quamdiu habuerint cuſtodiam terre hujuſmodi, ſuſtentent domos, parcos &c. ad terras illas pertin' de exitibus terrarum earundem; Et quod hered' habeant ſuſtentationem competentem de exitibus p̃dictis: Unde p̃dictus Theobaldus ſupplicat Dño Regi, & ejus Concilio, quod ſuſtentac' de exitibus terrarum & ten' ſuorum p̃dictorum poſſit habere, qui dum infra cuſtod' fuerat nullam ſuſtentationem de Dño Rege nec de aliis qui cuſtod' terr' & ten' p̃dictorum habent habuit: Unde petit remedium;

A. D. 1314. & 1315. 8 Edw. II.

Reſponſio. Reſponſum eſt &c. Mandetur per Breve Theſ' & Baron' de Scaccario, quod ſi heres nondum maritetur, quod fac' ſibi ſuſtentationem competentem, et maritagium alteri vendatur, tunc mandent illi qui maritagium habet, quod inveniat ſibi ſuſtentationem competentem &c.

Nº 129. Vicar' Eccl'ie S'c'i Botulphi extra Aldreſgate. (m. 18.)

AD Petitionem Rici de Midhurſt, Vicarii Eccleſie Sc̃i Botulphi extra Aldreſgate, petenti remedium ſibi fieri, de quodam Brevi de capiendo ipſum Vicarium ad denuntiationem Decani Sc̃i Martini London conceſſo;

Reſponſio. Reſponſum eſt: Quia negotium inchoatum eſt in Cancellaria, mittatur Petitio ibidem, et vocentur partes, & videatur Compoſitio facta inter Ep̃um & p̃deceſſores Decani, & fiat ibi juſtitia; et fiat Breve de ſuperſedendo captioni, pendente negotio &c.

Nº 130. Rob'tus de Oye.

AD Petitionem Robti de Oye, conquerentis de Matild' filia & herede Stephii de Burgeys, que injuſte ei detinet LVI ſ. redditus ad vitam ſuam, debitos pro terris & tenementis que anteceſſores p̃ed̃ce Matil' de ipſo Robto adquiſierunt infra Libertatem Dovorr';

Reſponſio. Reſponſum eſt: Mandetur Cuſtodi Quinq; Portuum, quod, audita querela Robti ſuper contentis, fac' ſibi juſtitiam ſecundum Legem & Conſuetudinem Portuum predictorum.

Nº 131. Prior Eccl'ie Chriſti de Twynham.

AD Petitionem Prioris Ecclie Chriſti de Twynham, ſuggerentis, quod cum ipſe implacitaſſet Priorem de Brummore in Curia Chriſtianitatis, de quibuſdam Decimis provenientibus de terris ipſius Prioris de Brummore in Parochia Ecclie p̃dicti Prioris Ecclie Chriſti de Bolre, per quandam tam̃ Prohibitionem Regiam Judicibus directam ne in Placito illo procederent, eo quod predictus Prior de Brum̃ore tenuit omnes dominicas terras ſuas in Nova Foreſta de dono Regis H. avi Regis, iidem Judices non proceſſerunt ulterius in Placito &c. Unde petunt remedium;

Reſponſio. Reſponſum eſt: Aſſignentur Johes de Foxle, & Johes de Weſtcote, ad inquirend' in preſentia partium p̃muniendarum ſi intereſſe voluerint, utrum placea illa de qua Decime petuntur contineatur in Carta Regis facta Priori de Brum̃ore, & fuerit de dominicis terris ipſius Prioris tempore confectionis Carte illius; an idem Prior placeam poſtmodum adquiſierit: Et ſi ſic, tunc de quo, & quando; et ſi placea illa ſit infra limites Parochie Ecclie de Bolre, & fuerit decimabilis antequam ad manus p̃dicti Prioris devenit, necne: Et ſi ſic, tunc qualiter, & quo modo. Et returnent Inquiſitionem in Cancellar'.

AD

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

AD Petitionem hominum morantium ſuper Aquam de Dove, in Com' Ebor', ſuggerentium, ipſos proficuum terrarum ſuarum amiſiſſe, ita quod multum depauperantur, eo quod riparia Aque p̃dicte, per quam ſolebant terras ſuas ſewerare, eſt obſtructa per jactus & repulſus Maris &c.

Nº 132. Homines manentes ſuper Aquam de Dove in Com' Ebor'.

Reſponſio.

Reſponſum eſt: Aſſignentur aliqui fideles Regis, juxta diſcretionem Canc', ad ſupervidend' in quo loco hujuſmodi Sewere commodius fieri poterunt, et ad Seweras illas juxta diſcretionem aſſignandorum per homines partium illarum faciendas. Dum tamen gratum fiat Domi-nis de ſolo ubi Sewere ille fieri contigerint, ſimiliter juxta diſcretionem aſſignandorum.

Nº 133. Co'itas Angl' pro Aqua de Humber.

AD petitionem Comunitatis Angl' conquerentium de injuſta extorſione facta hominibus tranſeuntibus ultra aquam de Humberd, videlicet inter Heſel et Barton', capiendo ab ipſis duplum quod ab eis capi conſueverat;

Reſponſio.

Reſponſum eſt: Mandetur per Brevia Regis Dominis Paſſagii p̃dicti ex utraque parte, quod non capiant, ſeu capi permittant, de Equitibus ſeu Peditibus aquam de Humbr' tranſeuntibus plus quam temporibus retroactis capi conſuevit; vel quod ſignificent cauſam quare id facere noluerint.

Nº 134. Parſona Eccl'ie S'c'i Joh'is de Deviſes.

AD Petitionem Thome de Yutflet, Parſone Eccleſie Sc̃i Johis de Deviſes, ſuggerentis, quod ipſe & p̃deceſſores ſuos Decimam feni in prato Parci de Deviſes habere conſueverant; quod quidem pratum jam verſum eſt in paſturam & venditum diverſis hominibus de patria pro beſtiis ſuis paſcend'; et que Decima jam de novo eſt ſubtracta: Unde petit remedium;

Reſponſio.

Reſponſum eſt: Aſſignentur Johes de Foxle, Magr Johes Waleweyn, & Wiltus de Harden, vel duo eorum, ad inquirend' utrum Rex tempore quo Parcus fuit in manu Regis Decimam feni de pratis in Parco illo exiſtentibus dare conſuevit, et a quo tempore, & qualiter, & quo modo. Et ſi prata illa mutata ſint in paſturam, tunc quando, et per quem, & qualiter &c. et quantum Decima inde proveniens valeat &c. Et Inquiſitio fiat in preſentia Parſone ſi p̃munitus intereſſe voluerit, & returnetur Inquiſitio coram Rege.

Nº 135. Serviens de Templo.

AD Petitionem quorundam Servientum qui victum ſuum habuerunt in Domo Templar' pro Denariis ſuis datis, ſuggerentium, ſe tempore quo terre Templariorum fuerunt in manu Regis victum ſuum habere de eodem Rege, ſet poſtquam terre p̃dicte ad manus aliorum devenerunt nichil habuerunt, nec habent: Unde petunt remedium;

Reſponſio.

Reſponſum eſt: Oſtendant in Cancellar' Scripta & Munimenta, ſi que habeant, de ſuſtentatione ſua, et habeant ibidem remedium contra Tenentes &c.

Nº 136. Tho' Beyſſin.

AD Petitionem Thome filii & heredis Walteri de Beyſſin, ſuggerentis, quaſdam terras & tenementa & paſturas de Manerio de Eten' ſuper Watlingeſtrete, quod quidem Manerium ad manus Dñi H. quondam Regis Angl' per mortem Ade proavi p̃dicti Walteri devenit, per quendam Seneſcallum Foreſte p̃dicti Regis H. de Gauley dominicis boſcis ipſius Regis Foreſte p̃dicte fuiſſe apropriatas, & ſic hucuſq; apropriatas remanere, in ipſius Thome exheredationis periculum; per quod, tempore Dñi E. patris Regis, conceſſum fuit Breve cer-

tis Juſticiariis, ad inquirend' ſuper p̃miſſis, que Inquiſitio non fuit per mortem ipſius Regis: Unde petit remedium;

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Reſponſum eſt: Habeat Breve, ſub forma qua prius, ad inquirendum in preſentia Seneſcalli, & retornetur Inquiſitio. Reſponſio.

AD Petitionem Robti de Leyſſet, Cletici, ſignificantis, quod cum dudum extiterat Conſt' Burdeg', a quintodecimo die ante Feſtum Sci Michis anno Regni Regis E. patris Regis nunc xxi° uſq; Carniprivium prox' ſequens, quo tempore Rex Francie ſeiſivit & occupavit terram Vaſcon' et ipſum Robtm cepit & impriſonavit, pro eo quod extitit in ſervitio dicti Regis. Et licet toto menſe Junii, anno regni Regis E. xxii, et duobus annis ſequentibus poſtquam fuerat Conſtabular' Burdeg'; dum fuit in priſona dicti Regis Franc', nullos denarios de Garderoba dicti Regis Anglie recipiſſet, Walterus tamen de Langeton Coventr' & Lych'. Epus, tunc Cuſtos Garderobe dicti Regis Anglie, in libris Garder' illius de menſe et anno p̃dictis ſcribere fecit, quod cccxlviii li. xv s. x d. liberat' fuerunt eidem Robto, de preſtit' dicte Garderobe per manus Edmundi de Johayns, recipien' nomine dicti Roberti. Qui quidem Robtus attornat' ejus nec receptor nunquam fuerat, nec de ſua comitiva. Per quod idem Robertus diſtringitur per ſummonitionem Scaccarii pro ſumma denariorum predictorum: Unde petit remedium;

Nº 137. Rob'tus de Leſſet.

Reſponſio.

Reſponſum eſt per Conſilium: Mittatur iſta Petitio Theſ' & Baron' de Scaccario, et mandetur ill', quod, vocatis ill' per quos dictus Robertus onerari debet de ſummis infraſcriptis, et auditis hinc inde partium rationibus, fac' predicto Roberto ſuper contentis in Petitione juſtitie complementum.

AD Petitionem Alic' de Byketon, fil' et hered' Willi Blundel de Amynton, ſuggerentis, ſe diſſeiſ' eſſe de libero tenemento ſuo in Amynton, videlt de uno meſſuagio & quinq; virgat' terr', & vi acr' prati, cum pertin', per Priorem Sc̃i Swythini Wynton', verſus quem dicta Alicia tulit Breve ſuum nove diſſeiſine: Qui, in precluſionē illius Aſſiſe, dixit tenementum illud eſſe vilenagium ſuum, ita quod Aſſiſa inde adhuc pendet indeciſa. Per quod Eſcaetor Regis intelligens ex relatu aliquorum, quod dictus Prior terram illam ſine voluntate & licentia Regis ſibi appropriavit, ſeiſivit tenementum illud in manum Regis; quod quidem tenementum Rex poſtea conceſſit Rogero de Gretteford, per extentam inde reddend': Unde petit ſibi de remedio provideri;

Nº 138. Alic' de Byketon.

Reſponſio.

Reſponſum eſt per Conſilium: Fiat Breve Juſtic' quod procedant ad Aſſiſam capiend', non obſtante facto Eſcaet', ſi poſſit conſtare Juſtic' quod Prior fuit ſeiſitus de tenemento tempore date Brevis originalis.

AD Petitionem Willi Quintini, Foreſtar' de Grovele in Foreſta de Clarendon, ſuggerentis, ſe malitioſe indictari per Adam de la Forde & Johem Bonham, de quodam Capriolo capto, per quod Balliva ſua Foreſt' predict' ablata fuit, & ſeiſit' in manū Regis: Unde petit Ballivam de gratia Regis ſibi reſtitui;

Nº 139. Will'us Quyntyn.

Reſponſio.

Reſponſum eſt per Conſilium: Mandetur Hugoni le Deſpenſer, nuper Cuſtodi Foreſte, quod certificet Regem ſuper cauſa captionis Ballive in manum Regis.

A D

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

AD Petitionem Willi de Bilton, petentis unam carucatam terre ſibi dimitti ad firmam, ad verum valorem inde Regi reddendum uſq; ad finem termini, ad quem terminum idem Willus terram illam Templar' dimiſit, Et que capta fuit in manum Regis tempore captionis terrarum Templariorum predictorum ;

N° 140. Will'us de Bilton.

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium : Aſſignentur Joñes de Donec', & Vic' Ebor', ad inquirend' ſuper contentis in Petitione, & de aliis articulis neceſſar' &c. et deferat coram aſſignand' ſcriptum dimiſſionis.

N° 141. Simon de Bordene & Joh'a uxor ejus.

AD Petitionem Simon' de Bordene, & Joñe uxoris ejus, ſuggerentium, quoſdam Juratores conſpir' inter eos et Petrum Belynger ꝑhabita contra dictos Simonem & Johannam, in quodam Placito attachiamenti prohib' coram Juſtic' de Banco falſum feciſſe ſacramentum, per quod iidem Simon & Joña detinebantur in priſona per II^or^s annos : Unde petunt remedium ;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium : Habeant Breve de mittendo Recordum & Proceſſum coram Rege.

N° 142. Dioniſ' que fuit uxor Joh'is de la Rivere.

AD Petitionem Dioniſ' que fuit uxor Joñis de la Rivere, petentis blada ſua ſibi liberari que fuerunt nuper Templariorum de Saunford juxta Oxon', et que per Ricum de Appelby, ſuggerentem ſe habere Commiſſionem regiam, ſunt ad opus Regis conſignat' ;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium : Mandetur Seneſcall' quod, vocato predicto Ricardo, fac' predict' Dioniſ' juſtitiam ſuper contentis in Petitione.

N° 143. Will'us de Roddeſton. (Dorſo.)

AD Petitionem Willi de Roddeſton, petentis allocacationem ſibi fieri de LXXII li. VI s. XI d. quas idem Willus liberavit Rico Foun pro ſuſtentatione haracii Dñi E. patris Regis per Brevia de Scaccario & Tallias ;

Reſponſio. Reſponſum eſt : Liberetur Billa in Garderoba ad videnď ibidem ſi idem Ricus qui ſummam predictam recepit inde computavit, & ſe de ſummis illis oneravit ; Et ſi ſic, tunc habeat ibidem Billam liberandam in Cancellar', & per Billam illam habeat Breve in Cancellar' Theſ' & Baronibus de Scaccario de allocatione habenda ſuper ſumma predicta.

§ AD Petitionem ejuſdem Willi, petentis ſibi allocari IX li. II s. VI d. quos per Breve de Scaccario & per ꝑceptum Theſ' liberavit Willo Beauxami, pro vadiis ſuis per duos annos ;

Reſponſio. Reſponſum eſt : Mandetur Theſ' et Baronibus de Scaccario, quod, vocato coram ipſis Waltero de Bedewynde ad ſciend' ſi Willus Beauxami computavit in Garderoba de vadiis predictis, et ſi ſic inveniatur fiat ſibi allocatio.

§ AD Petitionem ejuſdem, petentis allocari ſibi XXVI s. & VIII d. pro Expenſis ſuis in veniendo per Preceptum Regis ſub Privato Sigillo ad Regem uſq; Preſton in Holderneſſe ;

Reſponſio. Reſponſum eſt : Mandetur eiſdem Theſ' et Baronibus quod, viſo Brevi de Precepto, fac' ei rationabiles allocationes de Expenſis.

§ AD Petitionem ejuſdem Willi, petentis allocationem ſibi fieri de decem libris quas dictus Willus ſolvit Johii le Deſpenſer, Executori Teſtamenti Joñis de London, per Breve de Scaccario, unde idem Willus habet Literam de acquietantia ; Et petentis allocationem ſibi fieri de x marcis quas Eꝑus Bathon' levari fecit de bonis dicti Willi per Breve de Scaccario, unde idem Willus habet Literam acquietantie ;

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Reſponſio. Reſponſum eſt ſic : Mittantur Petitiones Theſ' & Baron' de Scaccario, et mandetur eis, quod ſuper ſummis illis faciant ꝑdicto Willo allocationem quam de jure viderint faciend'.

§ AD Petitionem ejuſdem, petentis allocationem fieri de XXX li. pro dampnis que ſuſtinuit recipiendo Cokedons ad denar' ſolvend' Dño Regi non fuerunt ei allocati niſi ad ob. Et quia compertum eſt per Inquiſitionem tunc factam quod ꝑdictus Willus recepit dampna ea occaſione ad ſummam XL librarum, ordinatum fuit per eoſdem Theſ' & Baron', quod ꝑdicte XXX libre ei allocarentur.

Reſponſio. Reſponſum eſt : Mandetur Theſ' et Baron', quod Ordinationem factam per Theſ' & Baron' Regis, patris Regis nunc, prout in Petitione continetur, plenius exequantur.

§ AD Petitionem Willi de Rodeſton, petentis allocationem ſibi fieri de LXXII li. VI s. X d. quos idem Willus Rico Foun, Cuſtodi Equitii Dñi E. Regis patris Regis nunc, liberavit per Breve dicti Regis de Scaccario pro ſuſtentatione dicti Equitii per III annos, videlt XXIIII, XXV, & XXVI, per Breve de Scaccario & Tallias contra eundem Ricum ;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium : Quia Dominus . . Bathon' & Well' Eꝑus, et Walterus de Bedewynde, ſunt ſuper Compotum ſuum in Scaccario de tempore predicto, mittatur iſta Petitio Theſ' & Baron' de Scaccario, ut, vocatis coram ipſis prefato Eꝑo et Waltero, ulterius fac' ꝑdicto Willo alloc' de pecunia ꝑdicta, que de jure fuerit facienda.

N° 144. Ric'us Kyng de Edlyngton.

AD Petitionem ejuſdem, ſuggerentis, quod cum idem Ricus unum meſſuag' XXV acr' terr' & VI acr' prati cum pertin' in Edlyngton de Joñe fil' Joñis fil' Herberti de Edlyngton perquiſiviſſet in feodum, Robtus Vicar' Eccleſie de Edlyngton, Joñes le Bailliff, & Willus Mun de Edlyngton, conſpiraverunt inter eos apud Edlyngton ꝑdictum Ricum de ꝑdictis meſſuag' &c. defraudare ; machinantes ꝑfatum Joñem fil' Joñis Idiotam ſe fingere, in Cancellar' Regis procurarunt, per quod examinatus fuit ibidem, & Breve miſſum fuit Eſcaetori ad inquirendum ſi ſemper a nativitate ſua, necne. Et aliis modis diverſis ipſum Ricum fatigare procurarunt : Super quo petiit remedium ſibi fieri ;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium : Quia principale terminatum eſt in Banco, habeat Breve in Cancellar' de Conſpir', ſi ſibi viderit expedire, de gratia Regis coram Juſtic' de Banco predicto.

N° 145. Joh'es de Abyndon.

AD Petitionem ejuſdem, ſuggerentis ſe tuliſſe Breve de Conſpiratione coram Rogero Brabazon & Sociis ſuis Juſtic' ad Placita Regis &c. verſus Robertum de Armenter, et Stephum Fratrem ejus, per quod recuperavit coram eiſdem Juſtic' M li. DC marc', per quod Breve emanavit Hugoni de Gerton et Robto Burde tunc Vicecomitibus London' ad capiend' corpora predictorum Robti & Stephi D'armenters, qui capti fuerunt, & in priſona de Neugate, quouſq; iidem Vicecomites per preceptum Edmundi de Maulay, ſine judicio fuerunt deliberati fuerunt, ad dampnum ipſius Joñis II mil' libr' ; Unde petunt remedium ;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium : Mandetur Juſtic' coram quibus loquela fuit, quod venire fac' Vicecom' coram eis, et, auditis rationibus ſuis & Joñis de Abyndon ſuper contentis, faciant dicto Joñi celeris Juſtitie complementum.

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

*No 146. Thomas de Hakebech.

AD Petitionem ejuſdem, petentis errorem corrigi in pleno Parliamento, de quodam Judicio reddito coram Juſtic' de Banco, in quodam Placito arrain' coram eis per Breve de rationabili parte inter Thomam de Hakebech quer' & Adam fil' Roberti de Hakebech deforc', de hereditat' que fuit Iſabelle de Quappelade, Matris predicti Thome, quod quidem Recordum Rex venire fecit coram Rogero Brabazon & Sociis &c. Correctio cujus erroris coram dictis Rogero &c. diutinam cepit dilationem;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Sequatur Placitum de Recordo coram Rege quouſque primum Judicium ſit affirmatum vel revocatum; et mandetur Rogero le Brabazon & Sociis ſuis, quod quia redditio Judicii in loquela predicta diutinam cepit dilationem, procedant ad judicium inde reddendum cum ea celeritate qua fieri poterit, ſecundum Legem & conſuetudinem Regni.

No 147. Will'us de Billyngleye.

AD Petitionem ejuſdem Willi, petentis allocationem ſibi fieri de diverſis debitis que Regi debet ex diverſis cauſis, in XXXII ſ. quos Rex ei debet per Billam de Garderoba;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mandetur Theſ' et Baron' de Scaccario, quod inſpecta Billa fac' allocationem debitam.

No 148. Joh'a fil' Rogeri de Attelburgh.

AD Petitionem ejuſdem, ſuggerentis Petrum de Lymeſy vi & armis ipſam Johannam diſſeiſ' de hereditate ſua in Monewode, et portas & hoſtia ejuſdem Johe ibidem fregiſſe, et alia enormia ei intuliſſe: — Et etiam in alia Petitione ſuggerent' Johem Herle, Parſonam Eccle de Manceſtre, executorem Teſtamenti Rogeri de Attelbergh patris ꝑdicte Johe cujus heres &c. Cartas ac Munimenta que fuerunt ꝑdicti Rogeri malitioſe tradidiſſe dicto Petro, in periculum exheredationis dicte Johe, & al' enorm' &c. — Et in tertia Petitione ſuggerent' Johem le Taillor de Polleſworth, & al' dictam Johan apud Waverton cepiſſe & impriſonaſſe, et in ipſam ibidem inſultum feciſſe, & ipſam verberaſſe &c. Unde petit remedium;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Habeat in Cancellar' Brevia que jacent in caſibus ſuis.

No 149. Petrus Burdet.

AD Petitionem Petri Burdet, * oſtendentis Nobis quod cum Dñus Rex dudum precepiſſet per Literas ſuas Theſ' et Baronibus ſuis de Scaccario, quod ipſi ſolviſſent eidem Petro CC et XII libr', ſibi per Dominum E. nuper Regem Angl' debitas, unde Billam ipſius Regis de Garderoba ſua habet, ut dicit: De qua quidem ſolutione ꝑfati Theſ' & Baron' ſibi de ſumma ꝑdicta ad Scaccarium ꝑdictum ſolutionem fieri ordinarunt: Ita videlicet, quod ꝑdictus Petrus reciperet L libr' ſingulis annis ad duos terminos donec de CC et XII libr' predictis ſibi eſſet plenarie ſatisfactum, dictuſq; Petrus C & X libr' de ſumma ꝑdicta jam per triennium et amplius tantomodo perciperit, ſicut dicit: Per quod ſupplicavit, ut ſibi de reſiduo ſumme ꝑdicte, juxta donationem ꝑdictam, ſatisfiat;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mandetur Theſ' et Baron' de Scaccario, quod videant mandatum prius eis inde directum, et juxta tenorem mandati illius faciant ei juſtitiam et prout de jure fuerit faciendum.

* In Orig. *oſtendendis*.

AD Petitionem Robti Aſſheman de Gernemuth, ſupplicantis remedium ſibi fieri ſuper eo, quod cum Navis ſua cum XL doleis vini ducend' de Portu Gernemuth uſq; Berewycum ad uſum Dñi Regis nunc, anno Regni ſui quarto, per Henr' de Segrave tunc Vic' Norff' miſſa fuiſſet; quod quidem vinum, pro eo quod non placuit Domino Regi, remiſſum fuit dicto Vic' et Ballivis Ville de Gernemuth, per Breve ſub Privato Sigillo, per quod preceptum fuit eiſdem, vinum illud recipere, et ꝑfato Roberto ſolvere frettam ſuam Navis ꝑdicte: Qui quidem Vic' et Ballivi Navem illam cum vino ꝑdicto tamdiu permiſerunt morari in Portu ꝑdicto, quod Navis illa & vinum ꝑdictum perierunt omnino;

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

No 150. Robtus Aſſheman de Gernemuth. (m. 19.)

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mittatur iſta Petitio Theſ' & Baron' de Scaccario, et mandetur eis quod, vocatis coram eis ꝑfatis Henr' & Robto, ſuper contentis in Petitione fac' juſtitie complementum.

No 151. Ran'us de Gorges.

AD Petitionem Radi de Gorges, petentis Ballivam Cuſtodie Foreſte de Whittelwode ſibi reſtitui, quam Dñus E. quondam Rex Anglie, pater Regis nunc, eidem Rado ad vitam ſuam conceſſit; de qua quidem Balliva Robtus de Harwedon, loco Dñi Hugonis le Deſpenſer tunc Juſtic' Foreſte citra Trentam exiſtens, ipſum Radum ammovit;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Scribatur Hugon' le Deſpenſer Juſtic' Foreſt', quod certificent Regem de cauſa ammotionis ꝑdicti Radi de Balliva infraſcripta.

No 152. Magiſter & Fratres de S'c'o Marco de Billeſwyk.

AD Petitionem Magiſtri & Fratrum Sancti Marci de Billeſwyk juxta Briſtoll, ſuggerentium, quod cum Dominus E. quondam Rex Anglie, pater Regis nunc, per Cartam ſuam dediſſet &c. Magiſtro de Sco Marco & ſucceſſoribus ſuis manerium de Wynterburne Gunnemore, in puram et perpetuam eleemoſinam: Quod quidem manerium antequam ad manus Dñi H. Regis avi Regis nunc devenit oneratum fuit de XII ſ. annui redditus, de quo redditu Vic' Wilteſ' ipſos Magiſtrum & Fratres jam de novo oneravit, contra formam Carte ꝑdicte, de quo iidem Magiſter & Fratres petunt ſe exonerari;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mittatur Petitio cum Brevi Regis Theſ' & Baron' de Scaccario, et mandetur eis, quod inſpecta Carta &c. ſi ipſis conſtiterit quod dictus Rex dederit eis in puram & perpetuam elemoſinam manerium infraſcriptum, tunc ipſos de XII ſ. de quibus in Petitione fit mentio exonerari & quietos eſſe fac' juxta tenorem Carte &c.

No 153. Ric'us Damory.

AD Petitionem Ricī Damory nuper Vic' Berks, petentis ſibi allocationem fieri de VI li. XII ſ. IX d. de reddit' qui vocatur Hidag' & Warde-ſelfur, de quibus oneratur in Scaccario in firma Com' predicti, et quos Ballivi Com' Lanc' levaverunt ad opus ipſius Com' per quandam Cartam de diverſis Libertatibus eidem Comiti per Dominum E. Regem, patrem Regis nunc, nuper conceſſam;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mittatur iſta Petitio ad Scaccarium, & mandetur Theſ' & Baron' quod ſuper contentis in Petitione fac' juſtitiam.

No 154. Will'us Gentilcorps.

AD Petitionem Willi Gentilcorps, capti & detenti in priſona noſtra de Roff' ad ſectam Joh' Paygnel, petentis quod ducatur in Cur' Regis ubi reſpondere poſſit dicto Johi & omnibus aliis ſuper ipſum conqueri volentibus, et quod poſſit deliberari a priſona illa ſecundum

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

cundum Legem &c. in qua detentus est jam per biennium & amplius, et ob quam causam penitus ignorat;

Responsio. Responsum est per Consilium: Mandetur Seneschall' & Mareschall' quod certificent Cur' super causa captionis et detentionis ejusdem Willi.

Nº 155. Alianora que fuit uxor Rob'ti de Brus sen'.

AD Petitionem Alianore que fuit uxor Robti de Brus senioris, petentis dotem suam de feodis militum de Honore Hunt', quem quidem Honorem dictus Robertus quondam vir suus tenuit die quo obiit, et de quibus nondum habet dotem, pro eo quod tenementa que fuerunt Robti de Brus junioris capta * fuert in manum Regis per forisfacturam Robti de Brus junioris;

Responsio. Responsum est per Consilium: Quia feoda sunt in manu Regis, sicut dicit, sequatur in Cancellar' & fiat ibi sibi justitia. Et mandetur Com' Heref' qui partem feodorum que fuerunt dicti Roberti de Brus ex concessione Regis, quod ipse de feodis illis assignari fac' dicte Alianore rationabilem dotem suam.

* In Orig. *capta fuer't fuerunt in &c.*

Nº 156. Nich'us de Stratton.

AD Petitionem Nichi de Stratton, petentis judicium reddi in quodam Placito quod idem Nichus sequitur coram Baron' de Scaccario, et a diu secutus est pro Rege versus Abbatem de Cirenceſtre, de Tallag' habend' ad opus Regis de Burgo de Cirenceſtre, ut de ceteris Burgis Regis; quod quidem Tallagium idem Abbas clamat habere ad opus suum ex concessione antecessorum Regis, et unde sunt ad judicium, prout patet per Processum habitum in Scaccario, quod quidem judicium diutinam cepit dilationem;

Responsio. Responsum est per Consilium: Mandetur Thes' et Baron' de Scaccario, quod procedant ad judicium indilate, prout de jure fuerit faciend'.

Nº 157. Abbas & Conventus de Cirenceſtr'.

AD Petitionem Abbatis & Conventus de Cirenceſtr' suggerentium se per Cartam Dñi Rici quondam Regis Anglie, et confirmationem aliorum Regum progenitorum Regis nunc, tenere manerium de Cirenceſtr' cum VII Hundred' de Cirenceſtr', adeo integre sicut idem Rex Ricus ea tenuit, pro XXX li. ad Scaccarium reddend'; infra quorum procinctum Maneria de Wythyndon & de Bybury existunt, et se executionem omnium Brevium Regis in eisdem Maneriis sicut alibi infra Hundreda ꝑdicta feciſſe, Eꝑumq; Wygorn' nunc Dñum eorundem Maneriorum, sub colore cujusdam Carte predeceſſori suo per Regem nunc de Returno Brevium in omnibus Maneriis suis, Ballivos dictorum Abbatis & Conventus Executiones Brevium eis retornatorum in Maneriis de Bybury & Wydyndon ꝑdictis perturbaſſe, et Vic' Glouc' ad faciend' Ballivis ipsius Eꝑi, in ꝑjudicium Libertatis ipsius Abbatis, hujusmodi Returnum procuraſſe: Super quibus petunt remedium sibi fieri;

Responsio. Responsum est per Consilium: Habeat Breve in Cancellaria versus Eꝑum & Ballivos suos, secundum casum suum.

Nº 158. Cecilia de Bello Campo.

AD Petitionem Cecilie de Bello Campo, petentis remedium sibi fieri de eo, quod cum ipsa quoddam Breve de ingressu de manerio de Wodmarston versus Fulconem de Archiak, sub dat' de IIII die Augusti anno VIII°, retornabile coram Justic' in Banco in octab' Sci Michis eodem anno, impetraſſet; Quod quidem Breve eadem Cecilia Willo Merre tunc Vic' Surr' liberavit; qui quidem Vicecomes datam Brevis ꝑdicti per literam x augmentavit, ita quod inter datam de IIII die & datam de XIIII die sic per dictum Vic' augmentatam, dictum manerium fuit alienatum, in retardationem juris ipsius Cecilie;

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Responsio. Responsum est per Consilium: Sequatur coram Justic' ad convincend' malitiam versus Vic' & mandetur Justic' quod videant Breve, & super contentis in Petitione fac' Justitiam.

§ Adhuc eadem Cecilia.

AD Petitionem Cecilie de Bello Campo, suggerentis Willum Merre nuper Vic' Berk, Breve in proxima Petitione supraſcripta nominatum, pleg' & prof' in dorso Brevis illius per Ballivum de Croyndon, cui Breve illud prius miserat exequendum, ſcriptos abraſiſſe, et in dorso Brevis illius retornaſſe coram Justic' de Banco, Quod ꝑdicta Cecilia non invenit pleg' de prosequend' Breve illud, ad prolongationem juris ipsius Cecilie, et exhered' periculum manifestum: Super quibus dicta Cecilia petit remedium sibi fieri, et quod Breve illud videatur & examinetur, ad malitiam dicti Vic' convincendam;

Responsio. Responsum est: Sequatur coram Justic' de hiis que tangunt Vic', coram quibus Breve de deceptione inde pendet; et mandetur Justic', quod videant Breve & faciant justitiam super contentis in Petitione.

Nº 159. Will'us fiz Wautier.

AD Petitionem Willi fil' Walteri, petentis remedium fieri contra Vic' recusantes facere Billas & consignare super receptione Brevium Regis, & postea super Brevibus predictis Curie Regis falsa retornantes responsa, videlicet, quod Brevia nimis tarde venerunt, et hujusmodi: Ita quod liberatores hujusmodi Brevium possint recipi ad verificand' contra hujusmodi Vic' coram Justic' coram quibus Brevia illa erunt retornabilia, quod Brevia predicta satis tempestive Vic' fuerunt liberata, et quod illi liberatores possint dampna in hujusmodi causa recuperare;

Responsio. Responsum est per Consilium: Mandetur in singulis Comitatibus per Breve de Cancellaria, quod Vicecomites de singulis Brevibus eis liberatis faciant consignare Billas de hujusmodi Brevibus omnibus hoc petentibus, sub gravi forisfactura Reg' juxta formam Statuti &c. Et si hoc facere recusaverint, et Brevia illa non retornaverint, habeant querentes pro Brevibus originalibus remedium in Cancellaria, ad attachiand' Vic' coram Rege, vel alibi. Et de Brevibus judicialibus habeant remedium de placeis unde Brevia illa exibunt.

Nº 160. Henr' de Kidale.

AD Petitionem Henr' de Kidale de Barton, suggerentis, quod cum Henr' de Bello Monte quoddam Breve Lamberto de Trikyng', Gerardo Salveyn, & Johi de Nevill de Stok, Justic' impetraſſet, ad audiend', terminand' quasdam transgressiones eidem Henrico de Bello Monte et hominibus suis per ꝑdictum Henr' de Kidale et al' in Brevi illo contentos facta ut dicitur, et ad dies et loca per dictos Justiciar' ad premissa exequend' assignat' Thomas de Tittele tunc Vic' Linc' ꝑfato Henr' de Kidale non summonito nec attach' attachiamentum per Pleg' super ipsum falso et malicioſe testificavit, et exitus de $\frac{XX}{VI}$ li. ubi nisi VIII marc' invent' fuerunt super ipsum falso et subdole coram dictis Justic' retornavit, ad grave dampnum ipsius Henr'; per quod petiit super ꝑmissis sibi de congruo remedio provideri;

Responsio. Responsum est per Consilium: Scribatur Thes' et Baronibus de Scaccario quod mandent Coron' Com' Linc' ad faciend' Vicecom' venire in Scaccario ad respondend' Querenti et Regi super contentis in Petitione, et faciant Justitiam &c.

A D

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Ada' de Kidale.

§ AD Petitionem Ade de Kidale ſuper conſimili querela ut ſupra, conſimilis facta eſt Reſponſio &c. cum clauſula de ſuperſedendo levationi exituum &c. pendente negotio &c.

No 161. Rob'tus Urry. (Dorſo.)

AD Petitionem Roberti Urry, ſuggerentis ſe nuper in Inſula Vecta capi, et in priſona Wynton' pro morte Nichi de Boſco detineri, per quod idem Robtus tulit Breve Dñi Regis quod dicitur Odio et Acya, virtute cujus Brevis manucaptus fuit per XII probos &c. ad ſtand' legi coram Juſtic' Regis; que quidem manucaptio, una cum Brevi Regis, retornata fuit in Cancellar' Regis, et poſt deliberatiom ſuam debita forma factam idem Robtus, ad procurationem quorundam emulorum ſuorum, iterum occaſione qua prius captus, & in priſona Roff' impriſonatus fuit; ita quod terre & tenementa ipſius Roberti per Vic' Kanc' ſeiſita fuerunt; in qua priſona adhuc, ut dicitur, detinetur: Per quod deliberationem ſuam adhuc petit;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium; Habeat predictus Robtus Breve Vic' Kanc' quod certificet Cur' de modo & cauſa captionis &c. et habeat aliud Breve Vic' Suthtt' quod certificet Cur' ſi idem Robtus invenit manucaptores, prout ſuggeſtum eſt in Petitione.

No 162. Jacobus de Galdoche.

AD Petitionem Jacobi de Galdoche, ſuggerentis ſe per procurationem et malitiam Emerici de Friſcobaldis, & Sociorum ſuorum, attachiari et in priſona de Newegate detineri, imponendo ſibi arreragia ſuper compoto ſuo de treſcentis et quindecim libris, ubi dictus Jacobus p̃fato Friſcobaldo non tenebatur in aliquo, nec compotum aliquod ſibi reddidit: In qua quidem priſona idem Jacobus inter appellatores & latrones per biennium moram traxit, et poſtmodum idem Jacobus Breve Regis ſuper dicto negotio impetravit; virtute cujus, per Inquiſitionem inde factam conſideratum fuit, quod dictus Jacobus quietus recederet, pro eo quod ſibi in aliqua ſumma pecunie minime tenebatur: Occaſione cujus ſecte taliter per malitiam ſibi facte adhuc in priſona predicta detinetur: Unde petit a priſona illa deliberari;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mittatur Petitio ad Scaccarium, & mandetur Theſ' & Baron' quod, ſcrutatis Libris, Papiris, & Memorandis Mercatorum, ſi que ſint in cuſtodia Vic' London' hujuſmodi compotum tangentibus, fac' juſtitiam.

No 163. Joh'es de Belhous.

AD Petitionem Johis de Belhous, Militis, ſuggerentis Thomam de Belhous, patrem ſuum, Vicecomitem Huntindon' & Cantebr' per octo annos extitiſſe, et in arreragiis ſuper Compoto ſuo in Scaccario Regis de quadam magna ſumma pecunie fuiſſe; et ipſum Thomam omnes Terras & Ten' ſua ſibi & Florie uxori ejus, & heredibus de corporibus ſuis exeuntibus, tenuiſſe. Ac licet idem Johes, filius & heres p̃dictorum Thome & Florie, de Terris et Tenementis p̃dictis per Theſ' & Barones de Scaccario Regis de dicta pecunia oneretur, petit inde exonerari;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mittatur iſta Petitio Theſ' & Baronibus ſupradictis, et mandetur eis, quod, audita querela predicti Johis ſuper contentis in Petitione, fac' ei juſtitiam; prout, ſecundum conſuetudinem in Scaccario predicto uſitatam hactenus, in caſu conſimili fieri debet & conſuevit.

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

No 164. Abbas de Barden'.

AD Petitionem Abbatis de Bardeneye, ſuggerentis Regi, quod idem Rex, ad certificationem Venerabilis Patris J. Epi Linc', Domum ipſius Abbatis de Bardeneye per Eſcaetores Regis ſeiſire fecit, et iidem Eſcaetores Exitus & Proficua dicte Domus per triennium & amplius habuerunt, nichil inde ſolvendo dicto Regi: Quam quidem Domum dictus Abbas per Proceſſum inde in Curia Romana habitum recuperavit, et per Dominum ſummum Pontificem juſtum & rectum teſtificatum in Curia ſupradicta pro Abbate predicto. Per quem quidem proceſſum inventum extitit, quod Domus Abbatie predicte vacans non fuit, et quod dictus Epus falſam certificationem fecerat dicto Regi. Unde dictus Papa Domino Regi per Bullam ſuam miſit, ut poſſeſſionem dicte Domus cum pertin' p̃fato Abbati redderet; que quidem Bulla per Regem p̃dictum Conſilio ſuo London' miſſa fuit, ita quod per Bullam illam & Commune Conſilium adjudicata fuit eidem per Literas Patentes ipſius Regis ſub Magno Sigillo ſuo poſſeſſio dicte Domus: Quodq; dictus Rex, ad rogatum ipſius Pape, Exitus perceptos in relevationem dicte Domus Abbati reſtituit ſupradicto; et ſuper hoc mandavit Waltero de Glouc', tunc Eſcaetori Regis, et poſtmodum ipſius Executoribus, ut ipſi Exitus p̃dictos p̃fato Abbati redderent. Ac pro eo quod hoc facere noluerunt, dictus Rex miſit per Breve ſuum Theſ' & Baronibus ſuis de Scaccario, ut ipſi Executores p̃dictos venire facerent ad Scaccarium p̃dictum, ad computandum ibidem de Exitibus ſupradictis. Quem quidem Compotum dictus Abbas jam p̃ triennium eſt ut aſſerit aſſecutus; quem quidem Compotum Executores ipſi contradicere non poterunt; ſet Exec' p̃dicti ad procurationem aliquorum Literas ſub Privato Sigillo Regis ad perturband' ipſum Regem ac Abbatem p̃dictum ſuper ſuo jure in premiſſis: Unde ſibi petit remedium adhiberi;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium; Quia negotium pendet in Scaccario, mandetur Theſ' et Baronibus, quod fac' tam Regi quam partibus celeris juſtitie complementum ſuper contentis in Petitione, prout de jure, & ſecundum formam Ordinationum, fuerit faciend'.

No 165. Rad'us de Gorges, et Com'unitas Inſule Vecte.

AD Petitionem Radi de Gorges, et Petri de Evercy, pro ſe & tota Communitate Inſule Vecte, ſuggerentium, quod cum teneant terras ſuas in dicta Inſula de Domino dicte Inſule, pro Inſula illa tempore guerre cuſtodiend', abſq; aliquo alio ſervitio forinſeco alicui faciend'; Jacobus de Norton, et Ricus de Borhunte, Collectores Scutagii Regis ibidem, de annis Regis H. XXXVIII et XXXI p̃dictos Radum, Petrum, & Communitatem diſtringunt pro Scutagio illo ſolvend': Unde petunt remedium ſibi fieri;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mandetur Theſ' et Baron' de Scaccario, quod vocatis coram eis Collectoribus infraſcriptis, & inquiſita ſuper contentis in Petitione, ſi neceſſe fuerit, plenius veritate, faciant inde conquerentibus juſtitiam.

No 166. Magiſter & Fratres de Burton Sancti Lazari.

AD Petitionem Magiſtri & Fratrum de Burton Sci Lazari, quibus cuſtodia Hoſpitalis Sce Elene extra London', quod eſt de fundatione Reg', aſſignatur in allocationem quadraginta marcarum quas dicti Magiſter & Fratres ad Scaccarium Regis ſolebant recipere annuatim; ſuggerentis ſe R. quod diverſi redditus infra Libertatem London' eiſdem Magiſtro & Fratribus detinentur, in ipſorum grave dampnum, unde Dñus E. pater Regis nunc miſit Theſ' et Baronibus ſuis de Scaccario per Breve ſuum, quod ipſi venire facerent coram ipſis aliquos probos homines de Civitate predicta, qui redditus illos detinent, et quod ipſis juſtitiam fieri facerent:

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

facerent: Et similiter dictus Rex qui nunc est misit per diversa Brevia sua, quod negotia illa essent debite expedita, super quibus nondum sunt aliquam justitiam assecuti:

Responsio. Responsum est per Consilium: Quia Hospitale est de advocatione Regis, mandetur per Breve Majori & Vicecomitibus London', quod ipsi mittant unum de Servientibus suis Civitatis illius cum Magistro et Fratribus Hospitalis predicti, ad auxiliand' eis ad distringend' Tenentes suos in London' & Suburbio ejusdem, cum per ipsos Magistrum et Fratres fuerint super hoc requisiti. Et si idem Serviens invenerit aliquos resistentes in hac parte, non permittentes ipsos justiciari secundum Legem &c. tunc eos attachiet, ita quod eos habeat coram Rege ad certum diem, tam Regi quam ipsis super hec respons': Et certificent Regem de nominibus resistentium, & de toto facto suo. Et habeant ibi hoc Breve.

Nº 167. Joh'es de Chikewell.

AD Petitionem Johis de Chikewell, Mercatoris, asserentis se solvisse pro Dño E. Rege, patre Regis nunc, anno regni sui XXVI et XXVI certis Mercatoribus de Vascon', per ꝑceptum Dñi Walteri de Langeton tunc Thes' Regis, quandam summam pecunie, videlt c xx vi iiii i li. XII d. in qua pecunie summa dictus Rex mortuus ipsis tenebatur, de tempore Comitis Linc' defuncti tenentis tunc Locum ipsius Regis in Vasconia, prout patet per Literas dicti Comitis, qui sibi prefixit certum diem ad Scaccarium Regis cum Literis illis pro Solutione de dicto Rege habenda: Qui quidem Johes dictas Literas ibidem in Recepto liberavit, solutionem dicte pecunie expectando: Quam quidem solutionem dictus Dñus Walter' per Clericum suum Willum de Eston recepit, sicut patet per Rotulos ejusdem Recepti, et ipsam penes se detinet absq; solutione aliqua sibi faciend': Super quo petit sibi remedium adhiberi;

Responsio. Responsum est per Consilium: Mandetur Thes' et Baron' de Scaccario, quod, vocatis coram eis in Scaccario tam Ep̃o Cestr' quondam Thes' quam Willo de Eston, Clerico, faciant prefato Jolii super contentis in Petitione debitum justitie complementum.

Nº 168. Stannatores Devon'. (m. 20.)

AD Petitionem Stannatorum de Com' Devon' conquerentium, quod Cunium Regis in eodem Com' jam per duos annos extitit clausum, ad maximum dampnum Regis: Per quod etiam iidem Stannatores multum gravantur, et Libertates sue, per Dñum E. patrem Regis concesse, et per Dñum Regem nunc confirmate, non sunt usitate: Conquerentium etiam, quod per Magnates de partibus illis implacitati sunt in Placitis de Nativ' et aliis Placitis, contra Libertates suas;

Responsio. Responsum est per Consilium: Mittatur Petitio Thes' & Baronibus de Scaccario, et mandetur eis per Breve Regis, quod super gravaminibus contentis in Petitione fac' Stannatoribus justitiam, juxta tenorem Carte quam de diversis Libertatibus habent.

Nº 169. Homines de partibus juxta Romeneye.

AD Petitionem hominum de partibus adjacentibus Ville de Romeneye, conquerentium de Johe Alison, Chapeleyn, Rico Faireheved, Rogero Pannebright, & Robto Atte Galye, de Romeney, felonibus & homicidis ac malefactoribus in predicta Villa de Romenye, per assensum Communitatis ejusdem receptatis; ita quod de eis non potest fieri justitia;

ITEM ad aliam Petitionem eorundem conquerentium pro Rege de Hugone de Holyligebrok, Ballivo de Romeneye, et Communitate ejusdem Ville, qui Thomam Atte Barr' felonũ & utlagatum in Com' Kanc' permiserunt voluntarie escapiare; ita quod de eo non potuit fieri justitia;

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

ITEM ad aliam Petitionem eorundem hominum, conquerentium de Willo de Lewes, & Jolie le Baker ac Communitate Ville de Romenye, qui voluntarie & de eorum assensu Hugonem Mollyngg, et Austinum de Suthsex, utlagatos pro feloniis, permiserunt similiter escapiare;

ITEM ad aliam Petitionem predictorum hominum, conquerentium quod Willus de Lewes, Ballivus Ville de Romeneye, Willus Serjaunt, et quamplures alii de eadem Villa nominati in Petitione, adhuc receptant Johem de Maydenestan, Johem Chogz, Willum Goule, Haumundum Dygoun, & Martinum Germeyn, latrones, homicidas, et receptatores latronum, et quod iidem Ballivus & Socii sui ꝑdicti sic conspirantur in eos, quod nullus felonus seu malefactor potest in Villa ꝑdicta justiciari: Per quod homines de partibus predictis non audent in patria illa commorari, nisi citius apponatur remedium;

Responsio. Responsum est per Consilium: Assignentur Henr' Spygurnel, Henr' de Cobeham, Custos Quinq; Portuum, & Rogerus le Sauvage, vel duo eorum, ad inquirend' super contentis in Petitione, et ad audiend' & terminand' pro Rege.

Nº 170. Alic' que fuit Rogeri le Bygot.

AD Petitionem Alicie que fuit uxor Rogeri le Bygod, suggerentis, quod Placitum quod est inter ipsam & Nichum de Segrave coram Justic' de Banco de Manerio de Pesenhale, diutinam cepit dilationem per quandam falsam Exceptionem, et postmodum per quatuor Esson' de Servitio Regis ad quatuor dies, ubi idem Nichus nullo dierum illorum fuerat in servitio ꝑdicto, de quibus duobus diebus idem Nichus ostendidit Warantum, et de duobus aliis non: Unde petit remedium;

Responsio. Responsum est per Consilium: Si Justic' de Banco allocaverint duo Esson' sine Waranto, habeat Breve ad faciend' venire Recordum & Processum coram Rege, causa erroris, et quia Judicium restat reddend' in principali, inferatur error in Brevi.

Nº 171. Communitas Angl'.

AD Petitionem Communitatis Angl', petentis, quod protectio non allocetur in Placito Felonie, et maxime tangente mortem hominis;

Responsio. Responsum est: Mandetur Justic' de utroq; Banco, et Justic' ad diversas felonias in Regno audiend' & terminand', et Justic' ad gaolas deliberand' assign', quod non allocent protectiones in casu Felonie.

Nº 172. Ada' Gerard.

AD Petitionem Ade Gerard, et quorundam aliorum de vicinis suis de Visneto de Fakenham Aspes, conquerentium, quod cum ipsi diversas placeas terre in Visneto predicto sibi adquisivissent, sine licentia Regis, de Edmundo Comyn, qui illas tenuit de Rege in capite, et que occasione transgressionis &c. capte fuerunt in manum Regis: Ac licet ipsi Inquisitiones inde per Brevia de Canc' prosecuti fuissent in forma debita, et Inquisitiones ille returnate in Canc', Quod non fuit ad dampnum; pro eo tamen, quod Dominus Rex custod' terrarum & tenementorum predicti Edmundi dederat Nicho de la Beche, & Hugoni Daudele, juniori, dictum fuit ꝑdictis Ade et aliis, quod essent ad prox' Parliamentum &c.

Responsum

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Responsio.

Responsum est per Consilium: Quia Inquisitiones retornate sunt in Canc' modo debito, sicut dicunt, prosequantur ibidem, et fiat eis ibidem justitia. Et si necesse fuerit quod Nichus de la Beche & Hugo Daudele junior vocentur, tunc vocentur & audiantur ibidem.

Nº 173. De audiend' et term' querelas versus Joh'em de Segrave.

MEMORANDUM, Quod Rex vult quod Dñus Edmundus Deyncurt, Johes de Crumbwell, & Johes de Hothum, & Lambertus de Thrykingham, assignentur ad audiend' & terminand' omnes Querelas omnium conqueri volentium de Prisis, Cariagiis, & omnibus Transgressionibus eis factis per Johem de Segrave, & Ministros suos, ratione Custodie Foreste ultra Trentam, et Castri de Nottingham & Derb'. Ita quod iidem Edmundus, Johes, Johes, & Lambertus, tres & duo eorum, quorum pfatus Lambertus sit unus, pmissa faciant. Et quod iidem Justic' habeant plenam potestatem ad inquirendum & ad audiend' & terminand' premissa tam ad sectam Regis quam aliorum.

Nº 174. Ric'us de Cumpton.

AD Petitionem Rici de Cumpton, conquerentis ipsum distringi per Ballivos Regis de Hundredo suo de Cattesash', ad inveniend' unum hominem ad sequend' Desenarium de Barton', ad faciend' presentationes ad Hundredum predictum, ratione medietatis Ville de Kynton-Maundevill, quam idem Ricus tenet;

Responsio.

Responsum est: Si distringatur per Ballivum Regis, impetret sibi Breve de replegiando districtionem si velit, vel prosequatur coram Thes' & Baron', & mandetur eis, quod, vocato dicto Ballivo coram eis, faciant eidem Rico debitum justitie complementum.

Nº 175. Will'us de Rodeston.

AD Petitionem Willi de Rodeston, petentis allocationem sibi fieri de feodo suo de tempore quo fuit Custos Manerii de Wodestoke, tempore Dñi E. patris Regis, et tempore Regis nunc, ac pro feodo duorum Parcariorum tempore predicto;

Responsio.

Responsum est: Si debeat reddere compotum suum de custodia Manerii & Parci de Wodestok ad Scaccarium, sequatur ibi coram Thes' & Baron', et fiat ei allocatio de Vadiis suis & Parcariorum; et super hoc sequatur Breve Thes' & Baron'.

Nº 176. Idonia que fuit ux' Tho' Traynez.

AD Petitionem Idonie que fuit uxor Thome Traynez, suggerentis, quod cum custodia Johis filii & heredis Johis Traynez, simul cum Terris que fuerunt ipsius Johis, quas idem Johes tenuit in Socagium de Epo Dunolm', sicut per Inquisitionem per Escaetorem factam compertum fuit, eidem Idonie liberata fuisset usq; etatem pdicti heredis, et in seisina ejusdem custodie extitisset, Nichus de Chilham dedit intelligi Dño Regi, quod Terre pdicte de ipso tenebantur, occasione cujus suggestionis Rex concessit ei custodiam pdictam usq; ad etatem &c. Unde eadem Idonia petit remedium;

Responsio.

Responsum est per Consilium: Liberetur in Cancellaria, et in presentia Canc', Clericorum de Cancellaria, & aliquorum Justic' ad hoc vocandorum, vocentur & audiantur partes, et fiat eis ibidem justitia. Et, si necesse fuerit, per responsionem partium assignentur Esc' ultra Trentam, et aliquis alius ad hoc idoneus, ad inquirend' si Epi Dunolm' habeant & habere consueverunt custodiam Terrarum que de ipsis per servitium hujusmodi tenentur; et fiat justitia durante Parliamento.

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Nº 177. Com'unitates Com' Kanc' et Sussex. (Dorso.)

AD Petitionem Comunitatum Comitatuum Kanc' et Sussex, petentium, quod Willus de Echingham, & Edmundus de Passelegh, qui per Commissionem assignatur ad diversas Transgressiones in Com' pdictis audiend' & terminand', una cum quibusdam aliis Justic' ad hoc assignatis, amoveatur propter diversas causas in Petitione expressas;

Responsio.

Responsum est sic: Liberetur ista Petitio Cancellar'; & loco Willi de Echingham, et Edmundi de Passelegh, assignentur Johes de Ifeld, et Johes Fillol, vel alii Justic' sufficientes, propter causas in Petitione insertas.

Nº 178. De audiend' et term' querelas super G. Salveyn.

MEMORANDUM, Quod per Magnum Consilium assignantur Johes de Moubray, Henr' le Scrop, Johes de Insula, & Ricus de Bernyngham, tres & duo eorum, quorum alter pdictorum Henr' et Johis de Insula sit unus, ad omnes querelas omnium conqueri volentium de Gerardo de Salveyn, de tempore quo fuit Escaetor ultra Trentam, et de tempore quo fuit Vic' Ebor', audiend' & terminand'.

Nº 179. Hered' Gilberti Gaunt.

AD Petitionem Petri de Maulay, Rogeri de Kerdeston, et Juliane de Gaunt, hered' Gilberti de Gaunt, petentium allocationem eis fieri de xxxii li. & xiiii s. pfato Gilberto et heredibus suis debitis per Regem, unde iidem heredes habent Literam Dñi J. de Drokenesford &c. in lii li. debitis Regi per pdictum Gilbertum, que ab eisdem heredibus nunc exiguntur;

Responsio.

Responsum est: Mandetur Thes' et Baron' de Scaccario, quod, visa Litera pdicti Johis, si invenerint ita esse, faciant ipsos heredes exonerari de pdictis xxxii li. & ipsum Johem fac' onerari de eisdem.

Nº 180. Rob'tus de Monte Alto.

AD Petitionem Robti de Monte Alto, supplicantis propartem suam feodorum & advocationum sibi tanquam uni heredum Hugonis Daubeny, quondam Com' Arundell', liberari;

Responsio.

Responsum est: Liberetur in Cancellaria Petitio, et pmuniantur per Breve de Canc' illi quos negotium tangit, quod sint in Canc' ad certum diem, et tunc ibi fiat Justitia pfato Roberto super contentis in Petitione, secundum consuetudinem Cancellarie &c.

Nº 181. Ric'us de Boylond.

AD Petitionem Rici de Boylond, petentis, quod quoddam Placitum quod fuit inter ipsum & Robertum fil' Walteri coram Justic' de Banco, de xxviii solidat' redditus cum pertin' in Disce, & quod propter quendam Errorem habitum in redditione judicii ejusdem Placiti coram Rege fuit reversum, remittatur coram Justic' de Banco, ut procedant, eo quod Processus est bonus;

Responsio.

Responsum est: Mandetur Rogero le Brabazon, quod si judicium redditum in Banco sit coram Rege reversum, tunc remittat Record' & Processum inde cum Brevi originali et omnibus aliis ea tangentibus Justic' de Banco, ut ipsi loquelam illam resummoneri fac' in eodem statu quo fuit ante errorem factum in eadem.

Nº 182. Henr' de Shardenne, et alii.

AD Petitionem Henr' de Shardenne, et Nicolae uxoris ejus, Rici de Codyng, et Matill' uxoris ejus, suggerentium Joliem Waceleyn, Fratrem predictorum Nicolae et Matill', ideotam fuisse, prout per examinationem inde coram Thes' & Baron' factam, & certificationem inde in Canc' retorn' compertum fuit, unde terre et ten' pdicti idiote in manu Dñi E. patris Regis

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Regis ad vitam ejuſdem idiote in manu ejuſdem Regis extiterunt, et poſtmodum eiſdem Nicolae & Matill' poſt mortem ejuſdem idiote liberate, tanquam hered' ipſius; quidam Johes de Ralegh, cui ꝑdictus idiota quaſdam terras dimiſerat, ipſas Henr', Nicolaam, Ricum, et Matill', per Brevia nove diſſeiſine implacitant de eiſdem terris &c. Unde petunt remedium;

Reſponſio. Reſponſum eſt: Allegent coram Juſtic' ad Aſſiſas &c. Examinationem factam de Idiota &c. et inde vocent ad Warantum Rotulos de Examinatione illa &c. et ſi Juſtic' procedant non obſtantibus ꝑmiſſis, Rex fac' juſtitiam.

Nº 183. Thomas de Haſting'.

AD Petitionem Thome de Haſtingg, filii & heredis Willi de Haſting, ſuggerentis ipſum diſtringi pro compoto redd' et arrerag' compoti de tempore quo Mattheus Haſting', pater predicti Willi, fuit Vic' Surr' et Suſſex', et cuſtos Villarum de Wynchelſe & de la Rye; pro quibus quidem compoto et arrerag' compoti predictus Willus Finem fecit cum Dño E. patre Regis, ad Scaccarium;

Reſponſio. Reſponſum eſt: Scrutetur Finis in Cancellaria, et ſi inveniantur mandetur Theſ' & Baron', quod ſi infraſcripta contineant veritatem, tunc fac' dictum Thomam de compoto et fine ꝑdicto exonerari.

Nº 184. Executor' Teſtamenti Gregor' de Rokeſle.

AD Petitionem Executorum Teſtamenti Gregorii de Rokeſle, dudum Majoris London', conquerentium de eo, quod quidam Finis quem idem Gregorius fecit cum Dño E. patre Regis, pro quadam tranſgreſſione quam fecit renunciando Majoritati ꝑdicte, et liberando commune Sigillum Majoritatis Stepho de Aſshewy et aliis de Communitate London', ſine licentia ipſius Regis, quam quidem tranſgreſſionem idem Rex poſtmodum * eidem Gregorio pardonavit, ab eiſdem Executoribus exigitur, pro eo quod Pardonatio ꝑdicta non concordat irrotulamento Finis ꝑdicti: Unde petunt remedium;

Reſponſio. Reſponſum eſt: Scrutentur Rotuli de Canc' & de Scaccario, de annis regni Regis E. patris Regis nunc ꝛtiodecimo & quartodecimo, utrum Gregorius de Rokeſl' fecerat aliquem alium Finem cum Dño Rege quam illum qui continetur in Petitione. Et ſi compertum fuerit qd non fecit aliquem alium Finem quam pro tranſgreſſione ꝑdicta, ita quod Pardonatio tranſgreſſionis illius ſit pro eodem Fine & non pro alio, tunc propter variationem Pardonationis & Finis non omittatur quin fiat Executoribus remedium competens in hac parte, per Breve formatum ſuper ſuggeſtionem ſuam.

* In Orig. *eidem eid' Gregorio &c.*

Nº 185. Will'us de Soundy.

AD Peticoem Willi de Soundy, petentis quandam Utlagariam in ipum ꝓmulgatam in Com' Oxon' dū fuit in obſequio Regis in Scot', unde Record' eſt coram R, revſari;

Reſponſio. Reſponſum eſt: Quia cepit dilōem, mandet' Juſtic' qd ꝓcedant cū celeritate qua poſſunt.

Nº 186. Burgenſ' de Rokeſburgh.

AD Peticoem Burgenſiū de Rokeſburgh, ſuggerentiū, qd Majores et Balli Villar' Berewici, Bamburgh, & Novi Caſtr' ſup Tynā, ubi nūc morant', ipos non ꝓmittūt braciare, furnire, n' alias mcandiſas exere, niſi faciant eis ſicut exnei faciūt;

Reſponſio. Reſponſum eſt: Mandetur Majori & Ballivis Villarum ꝑdictarum, quod Burgenſes de Roxeſburgh in dcis Villis morantes permittantur furnire, & braciare, & alias Mercandiſas exercere ibid', abſq; impedimento; dum tamen nichil attemptetur contra Aſſiſam, & bene & fideliter ſe habeant verſus Nos & noſtros, & quod nihil ſolvant occaſione ꝑdicta niſi ſecundum quod alii Burgenſes ibidem faciunt.

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Nº 187. Alianora de de Percy.

AD Petitionem Alianore de Percy, petentis Juſticiam ſibi fieri de cuſtodia Manerii de Pokelington, quod fuit Henr' de Percy viri ſui, quod de Rege tenetur per Socagium, & quod Eſcaetor ſeiſivit in manum Regis cum aliis terris, ſibi reſtituenda tanquam Matri heredis & propinquiori Amico;

Reſponſio. Reſponſum eſt: Liberetur Petitio Theſ' & Baronibus de Scaccario, & ſcrutentur Inquiſitiones retornate in Canc' poſt mortem Henr' de Percy, & oſtendantur in Scaccario; Et ſimiliter ſcrutentur Libri & Memoranda de Scaccario, quid in cauſa iſtius Petitionis fieri conſuevit; Et vocetur Johes de Donecaſtr' qui nunc illud manerium tenet, & ad rationem ponatur ſuper contentis in Petitione. Et, habita ibidem diſcuſſione ſuper Petitione iſta, referatur totum negotium coram Magno Conſilio.

Nº 188. Scolaſtica que fuit ux' Godefridi de Meaux. Reſponſio.

AD conſimilem Petitionem Scolaſtice que fuit uxor Godefridi de Meaux, de diverſis terris & tenementis que tenentur in Socag', & ſunt in manum Regis;

Reſponſum eſt: Liberetur Petitio Theſ' & Baron' de Scaccario, & ſcrutentur Inquiſitiones retornate in Canc' poſt mortem Godefridi, & oſtendatur in Scaccario. Et ſimiliter ſcrutentur Libri & Memoranda de Scaccario, quid in caſu iſtius Petitionis fieri conſuevit, &, habita ibidem diſcuſſione ſuper Petitione, referatur totum negotium coram Magno Conſilio.

Nº 189. Prior & Conventus de Dovorr'. (m. 21.)

AD Petitionem Prioris & Conventus Ecclie Sci Martini Dovorr', ſuggerentium, quod cum Eccla illa, a prima fuītione ejuſdem, p Cartas progenitorum Regis & p privilegia Curie Romane conceſſa fuerit Archiepo Theobaldo & Succeſſoribus ſuis Archiepis Cantuar' tantum, et ſit libera & exempta in omnibus rebus, cum omnibus ptin' ſuis internis & externis, a ſubjectione & juriſdictione Prioris & Capli Ecclie Chriſti Cantuar'; ita quod iidem Prior & Caplm, tempore vacationis Archiepatus Cantuar', nullam Juriſdictionem ſeu Superioritatem in predcos Priorem & Conventum Dovorr' nec debebant aut ſolebant hre; nec ſtatum dce Domus de Dovorr' in nullo puncto, internis nec externis, in ſpualibus aut temporalibus, mutare extra ſtatum et primariam fundationem ejuſdem Domus: Sup quibus, tempore bone memorie Dñi E. pris Dñi Regis nunc, inter ipm E. & Priorem Cantuar' qui nunc eſt, coram Edmundo tunc Comite Cornubie locum Regis in Anglia tenente, et Rado de Hengham Juſtic' ad Plita coram Rege audiendum & terminandum aſſignat', Diſſenſio & Plitum mota fuerunt, quouſq; Judicium ſup dcis rebus pro Rege dca Eccla de Dovorr' in pleno Parliamento redditum fuiſſet: Et hoc in preſentia dicti Regis E. et frīs Johis de Peccham tunc Archiepi Cantuar'; Et quod dcus Prior Cantuar' & Caplm qui nunc ſunt, in ultima vacaoe Archiepatus Cantuar' poſt mortem Robi de Wynchelſe, petierunt ſubjectionem & aliam Dñationem de predcis Priore & Conventu Dovorr' quam ipi debebant & ſolebant facere a prima fundatione dce Domus, ut eſt dcm: Et quia dci Prior & Conventus Dovorr' hoc facere renuerunt, & eis obedire, tanquam contra Statum ſuum primarium & judicium in Curia dci Regis E. redditum pro dco Rege, dci Prior & Caplm Ecclie Chriſti Cantuar' coſdem Priorem & Conventum Dovorr' denuntiarunt excoicatos, contra Prohibitionem & Bre Dñi Regis: Per quod dcus Prior Cantuar', ad ſectam Regis p Bre Regis nunc in ultimo Itinere Juſtic' itinerantium in Com' Kantii, attachiatus fuit ad reſpondendum Dño Regi

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Regi de contemptu ſibi fco, ſup quo nullum judicium p dcos Juſtic' Itinerantes eſt ſecutum: Unde predci Prior & Conventus Dovorr' debito modo ad ſedem Aplicam appellarunt pro gravaminibus antedcis, & Appellationem ſuam pſecuti ſunt cum effectu;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Habeat Bre Theſ' & Camerariis ad faciendum venire Recordum loquele habite coram Rado de Hengham, & Soc' ſuis Juſtic' ad Plita R. aud' & termin' aſſign', & veniant in Cancellaria, & oſtendant qualiter ſunt appellati contra ſententiam & profecuti; Et fiat eis ibi juſtitia.

Nº 190. Joh'es de Gaſkrik et al' Mercator' de Barton.

AD Petitionem Johis de Gaſkrik de Barton', & alior' Mercator' de Barton' ſup Humbr', ſuggerentium ſe quandam Navem ſuam cum frumento, braſ', et aliis victualibus, ad valenc' LV li. apud Barton oneraſſe, ducend' uſq; Berewycum ſuper Twedam pro ſuſtentatione hominum pro munitione in eadem villa exiſtentium, prout teſtatum eſt p lras communi Sigillo Coitatis ejuſdem ville ſignatas; que quidam Navis p intempiem inter Caſtrum de Baumburgh' & Warnet applicavit, quodq; Rogerus de Horſle Conſtab' Caſtri predicti bona & victualia predicta in eadem Navi inventa cepit & aſportavit, & ea adhuc detinet, ea eiſdem Mercatoribus, p Bre Regis quod ſibi inde venit, nec aliquo alio modo legitimo deliberari non pmittendo, ad grave dampnum &c. p quod idem Mercatores petunt remedium ſibi fieri ſup premiſſis;

Reſponſio. Reſponſum eſt p Conſilium: Mandetur Rogero de Horſele, nup Conſtabulario, quod ſit coram Rege in Cancell' a die Paſche in tres ſept', ad reſpondendum ſup contentis in Petitione. Et mandetur nunc Conſtabular', quod bona p predm Rogerum ſic areſtata ſalvo & abſq; diſtructione, & quouſq; Rex aliud inde preceperit, fac' cuſtodiri.

Nº 191. Will'us de Huntyndon.

AD Petitionem Willi de Huntyndon', ſuggerentis Regi, quod cum ipe cum bonis ſuis & mercimoniis in Navi ſua exiſtentibus in Portu Dublin applicuiſſet, et dum idem Willus Ballis predce Ville Dublin Cuſtumam ſuam pro Navi predicta ſolvit, Johes le Lung de Briſtoll', et quidam alii malefcores & pirate navem & bona & mercimonia predca cepunt & abduxerunt, et Navem illam poſtmodum malicioſe combuſſerunt, ad grave dampnum ipius Willi & contra pacem Regis;

Reſponſio. Reſponſum eſt per Conſilium: Mandetur Juſtic' Hibnie, quod inquirat de Navi & bonis aſportatis, et tota tranſgreſſione facta, & p quos &c. Et quod retornet Inquiſitionem coram Rege in Cancell'.

Nº 192. Cancellar' et Scolar' Oxon'.

AD Petitionem Cancellarii & Clericor' Univerſitatis Oxon', ſuggerentium Regi, quod plures contumelie in Univerſitate predca per gentes male fame pluries accidunt, que poſt tranſgroem illatam extra Muros ejuſdem Civitatis in diverſis Libertatibus latitant; quodq; Laici in Suburbio ejuſdem commorantes malefactores hujuſmodi areſtare aut cape nequeunt, ut deceret; p quod iidem Cancell' & Scolares ſupplicant dco Regi, ut ipi Cancell' & Scolares, ac etiam Major & Balli Ville predce malefactores hujuſmodi, non obſtante Libtate Suburbii predicti, proſequi & cape poſſint, eos scdm Legem & Conſuetudinem Regni nri caſtigand';

Reſponſio. Reſponſum eſt p Conſilium: Mandetur Majori & Ballis, quod inſequantur cum toto poſſe ſuo tranſgreſſores in Villa & Suburbio Oxon', tam infra Libtates quam extra, pro pace Univerſitatis predicte manutenenda, quotiens neceſſe fuerit, & per Cancell' & Procuratores Univerſitatis fuerint premuniti; Et quod tranſgreſſores illos areſtent & attachient ad ſtandum recto ſuper tranſgreſſionibus quas p ipos fieri contigerit &c.

ITEM, Quia plures hoies pro priſis Regis ad ducend' Victualia uſq; Civitatem predcam ſe elongant, ſupplicant prefati Cancellar' & Scolares, quod hujuſmodi priſe ſup ipos in eadem Villa faciende omnino ceſſent &c. A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Reſponſum eſt p Ordinationes. Reſponſio.

Nº 193. Joh'es de Hoorn. (Dorſo.)

AD Petitionem Johis de Hoorn de Surreie, ſuggerentis Regi ſe ad ſectam Agnetis que fuit uxor Rici de la Chambre, nup Miniſtri Dni E. Regis, pris Regis nunc, de Sccio ſuo in ſexdecim marcis de principali debito & decem marcis de dampnis injuſte adjudicari; ubi dcus Ricus numquam Miniſter Regis in dco Scio, nec cum aliquo Miniſtro extiterat in eodem, nec in debito Regis; ſed falſa ſuggeſtione tulit Bre Regis, aſſerendo quod dictus Ricus fuit in debito Regis, ubi Rex ſibi in ducentis marcis tenebatur, prout p Rotulos Garderobe poterit inveniri: Unde &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt p Conſilium: Mandetur per Bre Theſ' & Baronibus de Sccio, juxta ſuggeſtionem ſuam, quod, viſo & examinato Recordo infra contento, errorem, ſi quis fuerit, corrigi faciant; & faciant juſtitie complementum.

Nº 194. Will'us de Hungerford.

AD Petitionem Willi de Hungerford, ſuggerentis Regi, quod cum Richerus de Refham, & Thomas Sely, quondam Vicecomites London, p Dnum E. Regem, prem Regis nunc, aſſignati fuiſſent ad ſolvendum pro vadiis que p Vaſcones in Civitate London ponebantur; pro diverſis rebus quas a creditoribus in dicta Civitate mutuo cepunt, et ſi quid pro dictis Waſconibus ſolviſſent, illud in firma Civitatis ejuſdem eis debuerant allocare; iidem Richerus & Thomas ad domum predicti Willi accedentes, tunc de Vadiis que Vaſcones poſuerunt p octo libris deliberationem fecerunt, ac licet idem Willms poſtmodum ad domum dci Richeri pro ſolucone ſibi habenda acceſſiſſet, et idem Richerus ſram acquietantie predicto Willo feciſſet de quatuor libris, idem Richerus nichilominus quatuor libras reſiduas malitioſe ſibi adhuc detinet, et acquietantiam contra voluntatem dicti Willi cepit & aſportavit, ad grave dampnum ipius Willi: Unde &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt p Conſilium: Mittatur Petitio per Bre Theſ' et Baron' de Sccio, et mandetur, qd, vocato coram eis Richero, ſup contentis in Petitione faciant juſtitiam.

Nº 195. Burgenſes de S'c'o Albano.

AD Petitionem Burgen' Ville de Sco Albano, ſuggerentium Regi, quod licet ipſi teneant Villam predcam de Rege in capite, et ipſi ſicut ceteri Burgen' Regni ad Parliamenta Regis cum ea ſummoniri contigerit p duos Comburgenſes ſuos venire debeant, prout totis retroactis tempibus venire conſueverunt, p omnimodis ſervitiis Regi faciend'; que quidem ſervitia iidem Burgen' & anteceſſores ſui Burgen' Ville predce tam tempe Dni E. nup Regis Angl', pris Regis, & pgenitor' ſuor', quam tempore Regis nunc, ſemp ante inſtans Parliamentum, ut premittitur, preſtiterunt, noia quor' Burgen' ſic p dca Villa ad Parliamenta Regis venientium in Rotulis Cancellar' ſemp irrotulata fuerunt: Nichilominus, Vic' R. Com' Hertford, ad procuracoem & favorem Abbis de Sco Albano, & ejus Conſilium, Burgen' pdcos pmunire ſeu noia eor' put ad ipm ptinuit returnare, ut ipi ſervitium ſuum predm facere poſſent, penitus recuſavit, in contemptum Regis, & Burgen' pdcor' prejudicium, & exliedacois piculum manifeſtum: Sup quo petunt remedium oportunum;

Reſponſio. Reſponſum eſt p Conſilium: Scrutentur Rotuli &c. de Cancell', ſi tempibus progenitor' Regis Burgen' predci

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

predĉi ſolebant venire, vel non; et tunc fiat eis ſup̃ hoc juſtitia, vocatis evocandis ſi neceſſe fuerit.

Nº 196. Nich'us de Northamton de Lenne.

AD Petitionem Nichii de Northamton' de Lenne, ſuggerentis Regi, quod cum ip̃e Terras vel Ten' non ſint p̃ que de ſex denar' ſolvend' diſtringi poſſit, Alexander de Claveryngge, nup̃ Vic' Com' Norff', ip̃m Nichium injuſte & malitioſe in decem libr' exituum amerciavit, ponendo in Rotulis exituum hujuſmodi decem libras pro decem denariis, ad dampnum &c. Unde petit &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt p̃ Conſilium: Mandetur Theſ' & Baron' de Sc̃cio, quod, vocato coram eis Alexandro de Claveryng, ſup̃ contentis in Petĩone faciant juſtitiam.

Nº 197. Communitas & Magiſter Hoſpitalis S'c'i Joh'is de Huntyngdon'.

AD Petitionem Communitatis Ville de Huntyngdon', & Simonis de Brouhtone Magiſtri Hoſpitalis Sc̃i Johis de Huntyngdon', ſuggerentium Regi, quod licet idem Simon jam p̃ viginti annos & amplius Magiſter Hoſpitalis p̃dĉi extitiſſet, et ad Ep̃um loci illius p̃ Communitatem predc̃am preſentatus & ad ip̃orum preſentationem in dicto Hoſpitali, prout predeceſſores ejuſdem preſentati ſemper hactenus exiſterunt, inſtitutus fuiſſet; Willmus de Langelee nichilominus Dño E. Regi nunc dedit intelligi, non eſt diu; quod dc̃m Hoſpitale vacabat, quodq; preſentatio ejuſdem ad Regem p̃tinuit, per quod idem Willus de Langelee verſus Co͂itatem et Mag̃rum predc̃os diverſa Br̃ia de Quare impedit, ad certos dies coram Juſtic' Dñi Regis de Banco returnabilia, nõie Regio impetravit, ad quos dies idem Willus de Langelee uſq; finem termini, ut ip̃os Co͂itatem & Mag̃rum vexaret inde indebite & grav̄aret, ſe voluntarie & malicioſe abſentavit, in ip̃or' Communitatis & Magiſtri dampnum &c. Unde petunt &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt p̃ Conſilium: Mandetur Juſtic' coram quibus loquela illa pendet, quod procedant indilate, eo non obſtante quod Willmus de Langelee qui ſequitur pro Rege ſe p̃ malitiam ſic abſentat, quia Rex non vult quod p̃ hujuſmodi malitiam juſtitia differatur.

Nº 198. Johannes de Tornegold de Iſtelworth.

AD Petitionem Johis Tornegold de Iſtelworth, ſuggerentis Regi, quod cum ip̃e nup̃ Br̃e Regis de morte anteceſſoris verſus Johem Fulk de Tenementis in Iſtelworth, coram W. de Beref' & Sociis ſuis Juſtic' Regis de Banco detuliſſet, prefatus Johes Fulk coram prefatis Juſtitiariis in plitando in Br̃i predc̃o aſſeruit, ſe ip̃m eſſe Nativum Regis de Manerio de Iſtelworth, et ſic prefatum Johem Tornegold ab accc̃one excluderet: Unde petit &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt p̃ Conſilium: Mandetur Eſcaetori, quod inquirat ſup̃ contentis in Petitione, & returnet Inquiſitionem in Cancell'.

Nº 199. Galfr'us filius Walteri. (m. 22.)

AD Petitionem Galfr̃i filii Walteri de Taddlowe, de Baſſingburn, petenti unum meſſuagium & quatuor acras terre cum p̃tin' in Ringelond, et quinquaginta & quatuor acras cum p̃tin' in Coſteſeye, de aſſarto Regis, que poſt mortem Nichi filii Alicie de Baſſingburn' ad ip̃m reverti deberent, p̃ formam cujuſdam Donationis &c. eo quod idem Nichs obiit ſine heredé de corpore &c. et que Ballivus manerii Regis de Coſteſeye cepit in manum Regis, ſtatim poſt mortem ip̃ius Nichi: Unde petit remedium;

Reſponſio. Reſponſum eſt: Mandetur Ball̃o, quod inquirat de cauſa Captionis & Detentionis &c. & Inquiſitionem inde

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

factam retornet in Cancellaria ad certum diem; Et dicatur conquerenti, quod tunc ſit ibi ad oſtendendum jus ſuum in hac p̃te, & ad recipiendum quod Curia conſideraverit.

Nº 200. Reymundus le Bone de Sprouſton'.

AD Petitionem Reymundi le Bone, de Sprouſton', conquerentis, quod cum ip̃e diſtrinxiſſet pro quodam debito Regis in Merſton, Ric̃us le Grene, & alii, diſtrictionem reſcuſſerunt: Conquerenti etiam, quod ubi Breve de reſcuſſione illa proſecutus fuiſſet uſq; ad Inquiſitionem, idem Reymundus quominus poſſet ulterius proſequi p̃ conſpirationem predc̃i Ric̃i fuit captus & impriſonatus p̃ magnum tempus; Ita quod per impriſonamentum predc̃m in plito illo nichil fuit actum: Unde petit remedium;

Reſponſio. Reſponſum eſt: Fiat Breve de reſcuſſu coram Rege, ſicut prius, et nichominus Br̃e de conſpiratione.

Nº 201. Monachi de Bardeneye.

AD Petitionem quorundam Monachorum de Bardeneye, ſuggerentium Fr̃em Rob̃tum de Waynflet, qui ſe gerit p̃ Abb̃e de Barden', propter dilapidationem p̃ ipſum Rob̃m in rebus & bonis Domus de Bard' multipliciter fc̃am, p̃ Co͂miſar' Ep̃i Linc' nup̃ fuiſſe privatum ab officio & dignitate predc̃is, a qua privatione dc̃us Rob̃s ad Sedem Ap̃licam appellavit: Per quam quidem privationem Dominus Rex Domum illam tanquam Domum vacantem cepit in manum ſuam, & eam tenuit, quouſq; ad requiſitionem ſummi Pontificis Domus illa eidem Rob̃to abſq; certificatione vel ſignific' Loci Ordinar' fuerit lib̃ata: Quodq; idem Rob̃s bona ejuſdem Domus ad Valenc' ᴹᶜᶜᶜˡˣˣ marcar' dilapidavit, prout plenius liquet p̃ quandam Inquiſitionem p̃ Br̃e Regis coram Eſcaetore capt̃, et in Cancellaria Regis retorn': Et quod idem Rob̃s, poſtquam Domus illa ſic ſibi fuerat lib̃ata, bona & nemora de die in diem deſtruere & dilapidare non ceſſat: Quodq; Elemoſinas ac alia opa pietatis que in eadem Domo fieri conſueverunt diſtrahit; ita quod niſi Rex citius ſup̃ premiſſis apponat remedium, Domus illa in p̃petuum erit deſtructa;

Reſponſio. Reſponſum eſt p̃ Conſilium: Videantur Lr̃e Ep̃i teſtimoniales de privatione Abbatis, et etiam Inquiſitiones retorn' in Cancellaria de dilapidatione bonor' Domus, & de novo ſibi facta, p̃ quam Papa rogavit Regem de poſſeſſione Domus Abb̃i reſtituenda: Et totum oſtendatur coram Rege, & Rex inde faciat quod de Conſilio ſuo fore videbitur faciendum. Et nichominus inquiratur p̃ novam Co͂miſſionem de Dilapidatione, ſi que facta fuerit p̃ ip̃m Abb̃m poſt primam Inquiſitionem, et illa Inquiſitio ſimiliter oſtendatur coram Rege.

Nº 202. Will'us de Reſtourek.

AD Petitionem Willi de Reſtourek, qui ſequitur p̃ Rege & pro Rad̃o filio & herede Alani Boleyn infra etatem & in cuſtodia Regis exiſtente, ſuggerentis, Quod cum Dñus E. nup̃ Rex Anglie pater Regis nunc conceſſiſſet cuſtodiam terre & her̃d' predc̃i Alani Hugoni de Beaurepeyr uſq; ad legitimam h̃dis predc̃i tenend', Et idem Hugo cuſtodiam illam uſq; ad etatem illius h̃dis Rogero Coſyn & Johi Stoure conceſſiſſet, iidemq; Rogerus & Johes de ho͂ibus, terris, boſcis, &c. de hereditate predc̃i h̃dis fecerunt vaſtum, vend', exil' &c. p̃ quod idem Willus impetrat Br̃e verſus eos Rogerum & Johem pro Rege & herede predc̃o Johi Abel Eſcaetori Regis &c. ad inquirendum de vaſto & ad ſup̃videndum vaſtum illud. Qui virtute Br̃is illius inibi de vaſto predc̃o inventum fuit p̃ ſacr̃m &c. quod iidem Hugo & Johes fecerunt vaſtum, vend', deſtr', exilium de terris, dom', boſc', gard', & ho͂ibus de h̃d' predc̃a,

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

predĉa, ad dampnum &c. CCXLVI li. ꝑ quod terre ille seiſ' fuerunt in manum Regis, dĉuſq; Willus requiſivit dĉm Johem Abel quod illam Inquiſitionem in Cancellar' retornaret, qui illud facere penitus recuſavit, & terras illas prefatis Rogero & Johi abſq; Waranto liḃavit; ita quod ꝑ negligentiam dĉi Eſcaetoris prefatus heres exheredatus eſt, & Dñus Rex magnum dampnum incurrebat; Per quod idem Willus petit pro Rege & herede predĉo de congruo remedio provideri:

Reſponſio. Reſponſum eſt ꝑ Conſilium: Si heres ſit infra etatem, & in cuſtodia Regis, ḣeat Breve Eſcaetori qui nunc eſt, ad inquirendum & faciend' ſub forma qua prius, & ꝓut alias in caſu conſimili fieri conſuevit.

Nº 203. Tenentes de Sevenhampton.

AD Petitionem Tenentium Regis de Sevenhampton, ſuggerentium, quod cum quondam Tenentes manerii predĉi, ad rogatum Comitiſſe Albemarl' tempore quo ipſa fuit Dña Manerii predĉi, conceſſiſſent eidem Comitiſſe ſemel quoddam Auxilium ad filium ſuum Militem faciendum, & alia vice aliud Auxilium ad filiam ſuam maritandam, de quibus quidem Auxiliis ſumma ſe extendebat ad ſex li. & x s. Et Manerium predĉm ad manus Dñi E. ꝓris Regis poſtmodum deveniſſet, Nicḣus Sperſhet, cuſtos dĉi Patris Regis de Manerio predĉo, dĉos Tenentes, pro eo quod in Rotul' Compotorum de tempore dĉe Comitiſſe inventum fuit Auxilia predĉa facta fuiſſe ad ſex li. & decem ſol' dĉo Patri Regis, nomine Auxilii ad Primogenitam filiam ſuam maritandam ſolvend', talliari fecit: Propter quod Tenentes predĉi ſup hoc conqueſti fuerunt prefato ꝓri Regis, qui ſup hoc Treario & Baronibus ſuis de Sĉcio Bre ſuum miſit, cujus quidem Bris pretextu Tenentes predĉi ſemp poſtmodum in hac ꝑte dimittebantur in pace, quouſq; predĉus Nicḣus ipos Tenentes ad Sĉcm oneravit minus juſte: Sup quo remedium ſibi fieri petunt;

Reſponſio. Reſponſum eſt ꝑ Conſilium: Mandetur Theſ' & Baronibus de Sĉcio, quod viſo Bri Theſ' & Baronibus ꝓris Regis ſub Privato Sigillo ſuo directo, & Negotio infraſcripto plenius examinato, & ſi neceſſe fuerit inquiſita ſup eodem Negotio plenius veritate, faciant eis juſtitiam juxta tenorem Bris predĉi.

Nº 204. Petitio Archiep'i Eborū'.

AN'RE Seigñr le Roi & a ſon Conſail monſtre William Erceveſk d'Everwyk, q̃ come il euſt ſui en la Court le Roi Edward qi mortz eſt, qi Dieux aſſoille, devers Meſtre Boniface de Saulz, de deſturbaunce q'il ad fait a ly & a ſes Miniſtres d'aver Inſtitutions & Deſtitutions en les Egliſes & Vicaries de Loudham, Eſtmarkham, Weſtmarkham, Whetley, Hareworth, Eſtbriggeford, & Waleſby, qi ſunt en ſa Diociſ', & de uſer tote Manere de Juriſdiction ordinaire en meſmes celes Egliſes & Vicaries, & Miniſtres & Parochiens; les quieu choſes ꝑtienent au dit Erceveſq; & a ſa Egliſe de Coñiun droit, et en furent ſes Predeceſſ' totz jours pleynement ſeiſis & peiſiblement, tant q̃ la Chapele de Tikhull fu done ꝑ le Roi au dit Bonifaz, qi tot jours puis, par poair de ſes amys, a tort & ſaunz reſon, ad deſtourbe le droit & la Poſſeſſion du dit Erceveſq; & de ſa Egliſe quant as choſes deſus dites. Et tot fuſt aſſez pleinement monſtre au Roi & a ſon Conſail ꝑ pluſours Lr̃es ſealees, & ꝑ Regiſtres de aſcuns Erceveſques, le droit & la Poſſeſſion des choſes avantdites, il pluſt au Roi q̃ enqueſte en fuſt priſe, mes ſauns demora ele defaite. Et puis nr̃e Seigñr le Roi q̃ ore eſt, a la ſuite le dit Erceveſq;, aſſigna certeynes Juſtic' pur enquere ſur meſmes ces choſes en la Ville de Blie, les quieux choſes ne vindrent mye au jour q̃ fu aſſigne, ꝑ aſcunes deſtorbances. Et puis covynt le dit Erceveſq; au Concil General, ꝑ quai la choſe ad eſte pus delaie, a grant Prejudice & Damage de ly & de Egliſe, & a pil de moltz d'almes, q̃ ne ſunt myę curees ſicome ils deuſſent eſtre. Dunt il prie a nr̃e Seigñr le Roi, q̃ il ly pleiſe graunter novele Lr̃e d'enqueſte ſelonc la fourme de l'autre devant, q̃ ſerra trove en Roulles de la Chauncellerie. Et q̃ aſcuns prodes hoñes ſoient aſſign' d'enquere a Blye ꝑ Chevalers et autres bones gentz du paiſe ſus les choſes avantdites.

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Reſponſio. Aſſignentur Edmundus de Eyncourt, Johes de Inſula, & Johes de Donecaſtr', & duo eor' quorum Johes de Inſula ſit unus, ad inquirendum quotiens omnes vacare non poſſint, ad inquirend' &c. ſup contentis in Peticoe, & ad certificandum inde Regem, ut ulterius inde fiat prefato Archiepo quod de jure fuerit faciend': quia alias fuerunt Juſtic' ad hoc aſſignati qui nichil inde fecerunt; Ideo videatur aſſignatio in Cancellaria, & aſſignetur nunc ſub eadem forma qua prius; et fiat Inquiſitio in preſentia prefati Bonifacii ſup hoc premuniendi ſi intereſſe voluerit pro Dño Rege & pro ſe.

Nº 205. Laurentius de S'c'o Jacobo et alii Mercatores de Vaſcon'. (Dorſo.)

AD Petitionem eorundem, ſuggerentium quandam navem ſuam que vocatur Navis Bẽ Marie de Fonte Arabie, diverſis bonis & mercandiſis oneratam ad valentiam IIMcc li. ſterling', verſus Vaſcon' ducendam, ꝑ intempiem Maris ſup coſteram Maris de Aungemarays nup fuiſſe confractam, quodq; quidam malevoli & pacis &c. de Winch', Rie, & de Romeneye, & alibi de ptibus illis, bona & mercandiſas predĉa vi & armis felonice cepunt & aſportaverunt, ad grave dampnum &c. & contra pacem Regis: Per quod Bernardus Franſa Attornatus predĉor' Mercator' impetravit Bre Robto de Kendale, tunc Conſtab' Caſtri Dovor', & Cuſtodi Quinq; Portuum &c. ad inquirendum &c. qui Mala & Tranſgr' predĉas ꝑpetrarunt: Et quod ad diem quem dĉus Robtus apud Wynch' aſſignaverat ad inquirend' de premiſſis, hoies diverſi de Wynch', Rie, & Romeneye vi & armis dĉm Robtum impediverunt quo minus Inquiſitionem illam facere potuit, ad grave dampnum, &c. Sup quo petunt remedium ſibi fieri;

Reſponſio. Reſponſum eſt ꝑ Conſilium: Quia mandatum fuit prius Robto de Kendale, ſicut continetur in Petitione, qui nichil inde fecit; Mandetur Henr' de Cobeham, nunc Conſtabular' & Cuſtodi Quinq; Portuum, quod inquirat &c. et faciat celerem & plenam Juſticiam.

Nº 206. Major & Cives London'.

AD Petitionem Majoris & Civium Civitatis London', ſuggerentium Regi, quod cum ipi nup ſup Compoto ſuo ad Sĉcm Regis reddito, de centum marcis pro quodam Robto de Roqueſle quondam Vicecomite London' onerati fuiſſent, idemq; Robtus dum Vicecomes fuit, anno regni Regis E. ꝓris Regis nunc XXII, per Bre ipius Regis quod a Cancellaria emanavit Willo de Gray, Militi, Viginti & unam libr' undecim ſolidos & tres denarios, quos idem Rex defunctus ꝑ Lr̃as Patentes Henr' de Lacy quondam Com' Lincoln' tunc tenentis locum Regis in Vaſconia tenebatur, ſolviſſet, unde Bre de allocate miſſum fuit ꝑ Mareſcallum Baronibus de Sĉcio Regis: Quodq; licet Major London' ḣeat acquietantiam prefati Willi de pecunia ſupradĉa, ipi tamen, pro eo quod Lr̃e Patentes ipius Comitis inde nequeunt inveniri, allocationem dicte pecunie non ſunt poſtmodum ut dicitur aſſecuti: Unde petunt allocationem &c.;

Reſponſio. Reſponſum eſt ꝑ Conſilium: Mandetur Theſ' & Baronibus de Sĉcio, quod, viſo Bre allocate, & aliis que neceſſario requiruntur in hac ꝑte, fac' Juſtitiam.

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Nº 207. Tenentes de Swannelund.

AD Petitionem libor' Tenentium de Swannelund, ſuggerentium Regi, quod cum ipi & eor' anteceſſores Tenentes ejuſdem ville Communam Paſture, tanquam ptinentem ad libum tenementum ſuum ibm, cum liba chacia & rechacia ad omnimoda averia ſua de dca Villa de Swanneſlund uſq; Kyngeſton ſup Hull, hre conſueverunt totis temporibus retroactis, quouſq; Ricus Syſel, nup Cuſtos ejuſdem Ville de Kyngeſton, Tenentes predcos de predcis comuna, chacia, & rechacia voluntarie impedivit &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt p Conſilium: Aſſignentur aliqui fideles ad inquirendum in preſentia Cuſtodis de Hull, ad hoc premuniendi ſi intereſſe voluerit, ſi hoies predci Communam predcam cum chacia et rechacia hre debeant, & hre conſueverint, et p quem vel p quos impediti fuerunt, & ex qua cauſa &c. et ſup aliis articulis neceſſariis. Et retornetur Inquiſitio in Cancellar'.

Nº 208. Barones de Haſtyng.

AD Petitionem Barnum Portus de Haſtyng', ſuggerentiu Regi, ſe p Cartam & Confirmationem Regis quietos & libos eſſe de omnimodis tallagiis & cuſtumis preſtandis: Ballivi Regis de Suthwerk, & de London, ac etiam Ballivi Comitis de Warenna, cuſtumas de Tenentibus eordem Baronum de Libtate predca capiunt, minus juſte: Sup quo &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt p Conſilium: Habeant Bria in Cancellar' scdm tenorem Cartarum ſuar', quod non exigantur ab eis Conſuetudines infraſcripte, contra tenorem &c.

Nº 209. Tenentes Reginaldi de Vantort.

AD Petitionem Tenentium terrar' Reginaldi de Vantort de Com' Devon', ſupplicantium Regi, quod terre & tenementa quordam Tenentium Com' Cornubie que fuerunt dci Reginaldi die quo obiit, pro debito in quo idem Reginaldus Regi tenebatur, cum terris dcor' Tenentium Com' Devon' predci in auxilium debiti Regis apportionari poſſint; Et quod apportiatio, que anno Dñi E. Regis pris Regis nunc triceſimo scdo de eiſdem terris Com' Cornubie cum illis de Com' Devon' facta fuit, locum teneat, maxime pro eo quod Tenites predci Com' Devon' minus juſte, ut aſſerunt, onerantur: Sup quo &c.

Reſponſio. Reſponſum eſt p Conſilium: Mittatur iſta Petitio Theſ' & Baronibus de Sccio, et mandetur eis, quod, ſcrutatis Rotulis de apportiacone predca, et vocatis coram ipis qui fuerint evocandi, faciant ſup contentis in Petitione juſtitiam, scdm formam apportiacnis predce.

Nº 210. Com'unitas Ville Lincoln'.

AD Petitionem Communitatis Civitatis Lincoln', ſuggerentis Regi, quod aliqui Mercatores ejuſdem Civitatis ad Victualia & Mercimonia ſua ibm vendenda accedentes, ea ſecrete emunt, ita quod ceteri aliqua Victualia ſeu Mercimonia niſi de prefatis Mercatoribus, & hoc ad voluntatem ipor', emere nequiunt: Et quod aliqui ejuſdem Ville, niſi Victualia & Mercimonia hujuſmodi ad Voluntatem ipor' emere poſſint, ipi Mercimonia illa contra Voluntatem ipor' quorum ſunt, Vendicoi exponunt; alia diverſa gravamina inferentes, ita quod plures Victualia & Mercimonia ſua ibm vendere volentes, ut ſolebant, ſe occoe predca retrahunt & elongant &c.

Reſponſio. Reſponſum: Quia ſapit naturam Forſtallamenti, mandetur Majori & Ballis Lincoln' quod gravamina infraſcripta corrigi & emendari faciant indilate, et ſup correctionibus & emendationibus quas appoſuerint in premiſſis certificent Regem citra Feſtum Pentecoſtes prox' futur'. Et ſi defectum ipor' Majoris & Ballior' querela poſtmodum Regi inde pveniat, aſſignentur aliqui fideles Regis ad inquirendum ſuper contentis in Petitione, et ad audiendum & terminandum, & plenam et celerem juſtitiam tam pro Rege quam Coitate faciend'.

A. D. 1314 & 1315. 8 Edw. II.

Nº 211. Lucas Barvill de Barton'.

NOVERINT univerſi & ſinguli Sce Matris Eccleſie filii, preſens Scriptum viſuri vel audituri, quod cum inter me Johannem Abbatem Abyndon ex una parte, & ejuſdem loci Conventum ex altera, orta eſſet contencio ſuper quatuor articulis, videlicet, Super defenſionibus Monachorum, & Bonorum ad Obedienciarios dicti Monaſterii pertinentium, a me cum ſumptibus meis, expenſis & omni onere faciendis: Et ſuper exhibitione & reſtitutione cujuſdam Carte quam ego eidem Conventui confeceram de Terra que fuit Benedicti de Lardar: Et ſuper Anniverſario Edgari Regis, Fundatoris dicte domus, & principali Feſto Sci Edwardi Regis ſimiliter faciendis. Et inſuper, cum ex quadam clauſula cujuſdam Inſtrumenti Ordinationis, quam Magiſter Robertus de Karevile, tunc Domini Roberti bone memorie Sariſbirienſis Epiſcopi Officialis, inter me ex una parte & predictum Conventum ex altera, ſuper quibuſdam contencionibus ſedandis, confecerat, frequens & aſſidua adinveniri poſſit diſſenſionis materia, & labor continuus corporum, & inceſſans excreſcere poſſit turbatio animorum, videlicet, ex illa clauſula 'ſicut hac-'tenus eſt uſitatum' ſuper amerciamentis pro rebus & negociis Monachorum a me exſolvendis: Ad amovendum omnem ambiguitatis ſcrupulum, & ad tollendum cujuſlibet diſcordie materiam, pleniſſima ſuper hoc mecum habita deliberatione, Juris utriuſq; peritorum inſuper comunicato Conſilio, pacem & tranquillitatem interiorem & exteriorem deſiderans, Ego dictus Johannes Abbas, pro me & ſucceſſoribus meis concedo, & firmiter animo obligandi promitto, Quod ego & ſucceſſores mei impoſterum & imperpetuum defenſionem omnimodam & tuitionem Terrarum, Tenementorum, Eccleſiarum, Decimarum, Reddituum, & Rerum omnium ubicumq; & in quibuſcumq; conſiſtant, & undecumq; pervenerint ad Conventum & Obedienciarios prefati Monaſterii pertinentium, ſubibimus & ſuſtinebimus in omnibus, noſtris propriis, ſcilicet meis & ſucceſſorum meorum, ſumptibus & expenſis, & omnimodis oneribus in utroque foro, Eccleſiaſtico videlicet & Seculari. Et amerciamenta quecumque, occaſione predictorum quorumcumq; a quocumq; vel quibuſcumq; & ubicumq; & quandocumq; fuerint impoſita vel exacta, ego & ſucceſſores mei in ſolidum, nulla prorſus a predictis Conventu & Obedienciariis contributione petenda, imploranda, vel exigenda, de bonis Abbati Abyndonie aſſignatis exſolvemus, bonis Conventus & Obedienciariorum ſuper hoc nullo modo moleſtandis. Si autem pro proprio perſonali facto vel delicto, ſive forisfacto alicujus Obedienciarii vel alicujus ſervientis ſui per ipſum Obedienciarium in aliquo ſervicio inſtituti, aliqua oriatur controverſia, vel aliquod fiat vel ſuſcitetur negocium, ego Johannes & ſucceſſores mei, tam Monachos quam ſervientes ſuos, in omnibus & per omnia in quolibet foro coram quibuſcumque & contra quouſcumq;, bona fide & cum omni diligencia ſumptibus noſtris & expenſis & omni onere pleniſſime tuebimur, & defendemus imperpetuum. Ita tamen, quod ſi pro proprio perſonali delicto vel forisfacto dictarum perſonarum aliquod fuerit impoſitum amerciamentum, ego & ſucceſſores mei medietatem illius amerciamenti ſine difficultate aliqua ſolvemus, & Obedienciarii aliam medietatem, ut ſic ego & ſucceſſores mei cautiores & diligentiores ſimus in defendendo, & dicti Obedienciarii vel ſui ſervientes circumſpectiores ſint in non delinquendo, remiſſis plene & expreſſe ex animo quibuſcumque injuriis, gravaminibus, & aliis occaſionibus litium materiam preſtantibus, tam ex parte mea contra Conventum meum, quam ex parte ipſius Conventus & ſingulorum de Conventu ex parte ſua, uſque ad diem confectionis preſentis Scripture. Super aliis vero inter nos omnino ſopita eſt contentio in hunc modum, videlicet, Quod ego expreſſe confitebar & conceſſi me teneri ad predicte Carte reſtitutionem & exhibitionem, & me & ſucceſſores meos ad ejus obſervationem firmiter eſſe obligatos. Onera etiam tam dicti Anniverſarii quam pretacti principalis Feſti Sancti Edwardi me & ſucceſſores meos ſuſtinere debere imperpetuum, & me & ſucceſſores meos articulos ordinationis, quam predictus Magiſter R. de Karevile inter me ex una parte & prefatum Conventum ex altera confecerat, inviolabiliter obſervare debere imperpetuum, in virtute juramenti quod coram eodem Magiſtro R. ſuper obſervatione predictorum articulorum corporaliter preſtiti. Et ne dicta ordinatio quemquam lateat, & ne ejuſdem exhibitio alias ſit neceſſaria vel alicui recitanda, articulos in eadem contentos & ſubſcriptos dignum duxi exprimendos & hoc Scripto confirmandos. Forma autem articulorum predicte ordinationis talis eſt:

A. D. 1320. 14 Edw. II.

STATUO, quod Abbas, cum locus utilitatis ac promotionis ſe offerat, nullos carnales ſeu familiares preponat utilitatibus Eccleſie ſue, quam pre omnibus perſonis preferre tenetur, & quod Abbas ſuis maneat juribus contentus, ne Monachorum libertates aut conſuetudines in aliquo decurtet. Preterea cum antiqui mores conſiderandi ſunt, & conſuetudines in dicto Monaſterio hactenus approbate, idem Abbas circa qualitatem & quantitatem indumentorum contentus maneat a Camerario recipere, ſicut Abbates predeceſſores ſui fecerant in hoc caſu, nec ab ipſo aliud nec aliter exigatur, & Obedienciarius ad quem hoc pertinet circa hoc aliud aut aliter ſibi facere non exigatur. Ad hec, ſi quis Monachus ſuper aliqua oppreſſione vel gravamine

in

A. D. 1320. 14 Edw. II.

in Capitulo vel extra ad Dominum Episcopum Sarisbirienſem vocem appellationis emiſerit, & proteſtatus fuerit proprio juramento ſe velle proſequi cum effectu, extunc Abbas nullam ſibi penam infligat, nec verbo aut facto ipſum impediat quo minus ſibi liceat appellationem proſequi interjectam, vel conquerendi alicui prebere obſtaculum. Quod ſi Abbas culpabilis inveniatur ſuper hoc, rebellem & ingratum ſuo Epiſcopo ſe oſtendit. Sane, cum negotia Eccleſie non unius tantum conſilio, ſet vel omnium Fratrum vel ſaltem partis ſanioris aſſenſu regi debeant & diſponi, Abbas, cum ſuper hiis tractandum ſit, vel in Capitulo in preſencia omnium, vel coram ſenioribus & diſcretioribus, tractet, provideat, & diſponat. Et quamvis ipſe Abbas ceteris ſit prelatus, ipſe tamen in negociis Eccleſie ſuo aſſenſu tantummodo non regatur, ſet prout magis expedit ſuis Fratribus condeſcendat, niſi rationabilis & manifeſta ſit cauſa quare propria ducitur voluntate. Et ſi quid proviſum fuerit in tractatibus ſeorſum coram Fratribus aliquibus, ut hoc quod proviſum eſt oſtendatur omnibus de Conventu, non ſubvertatur vel mutetur conſilium per Abbatem, ut aliud, vel aliter, magis aut minus, prodatur in medio quam illud & ſicuti proviſum fuerat inter Fratres; ut tunc ab omnibus quid faciendum vel dimittendum ſit melius appareat ſi veritas fuerit manifeſtata, quorum quidem conſilio obligationes & cautiones Monaſterii de cetero procedant. Cuſtodia Sigilli Conventus de aſſenſu comuni tribus committatur Fratribus, quorum fidelitas & diſcretio ab omnibus approbatur; quorum uſus & officium hoc exiſtit, Quod quicquid conſignari debeat prius in eorum preſencia aperte & diſtincte recitetur, & cum recitatum fuerit, Cuſtodes Sigilli illud diligenter inſpiciant, ut nichil aliud vel aliter interſeratur quam prius fuerat recitatum. Et ſi qui Fratres conſignationi contradixerint, ipſorum benigne audiatur ratio. Quod ſi perſeveraverint in ſua contradictione, prius inter ſe diſcuciatur ſi ratio comitetur voluntatem, alioquin ſanioris partis judicio, non obſtante reclamatione frivola, quod proviſum eſt ſuum conſequatur effectum. Violentam autem extorſionem Sigilli prohibeo ſine clavis. Quod ſi quis preter conſenſum partis ſanioris pro Sigillo violenciam intulerit corporalem, in loco videlicet ubi reſidet, vel perſonis illud cuſtodientibus, vel claves geſtantibus, culpam & penam ſacrilegii ſe noverit incurſurum. Item ſtatuo, quod Abbas de cetero ſua propria voluntate, per receptionem plurium qui comode ſuſtentari nequiverint, Hoſpitale Sancti Johannis non gravet; ne per ſuam importunam oppreſſionem potentes & ſani ſtipendia recipiant egrotorum, conſilio & providentia elemoſinarii ſicut convenit non excluſis cujus intereſt ut dictum Hoſpitale ſalubrius gubernetur. Aminiſtracio unius Obedienciarii propter aliam aminiſtracionem, ſive ſit idem aminiſtrator ſive non, niſi de Fratrum Conſilio & ſanioris partis non gravetur, nec unus Obedienciarius alii neceſſitatem imponat ſolvendi ea que in alterius aminiſtratione geſta fuerunt. Abbas nova corrodia ſua auctoritate non inſtituat. De veteribus autem ſic diſponat ſicut in dicto Monaſterio hactenus eſt obtentum, nec de hoc Abbas ſtatum antiquum immutet. Stipendia & metecorn, ac cetera debita ſervientum in Monaſterio predicto, favorabiliter ſuis temporibus ſolvantur. Hoſpites quos ad Monaſterium declinare contingit per Abbatem recipiantur, & recolligatur honeſte ſive ſint Eccleſiaſtice ſive Seculares perſone, & ſecundum nobilitatem ipſorum & gravitatem, ordinem, vel dignitatem, honorentur. Abbates autem & Priores, vel cetere ſimiles perſone Religioſe quas ibidem hoſpitari contigerit, non in Monachorum receptaculo Hoſpitum jaceant aut deſcendant, ſet per diſpoſitionem Abbatis in Cameris ſue Curie admittantur; niſi tanta ſit neceſſitas propter plures forſitan Hoſpites declinantes ibidem, quod eis exterius provideri nequiverit, tunc abſque hujuſmodi rei conſequentia ex cauſa interius admittantur. Abbas nullam permittat fieri ſubtractionem de prebendis equorum Obedienciariorum, ſet portiones & menſuras quas conſueverant recipere pro equis ſuis illas impendant, cum integritate qualibet & favore. Et qui Obedienciariorum abſque extorſione vel cohercione Abbatis in pace maneant, nec eos ſibi comodari faciat abſque eorum aſſenſu benivolo. Ad Prioratum de Colum nullus ex levi cauſa Monachus deſtinetur, niſi cauſa inter Fratres prius fuerit cognita, & rationabilis habeatur. Hoc proviſo, quod Abbas pro rancore aliquo vel vindicta ſumenda nullum ibi Monachum deſtinet, & in omnibus amotionibus & mutationibus rerum & perſonarum, Abbas magis ratione ducatur quam propria voluntate. Servientum officia cum vacare ea contigerit Abbas precio venalitatis non exponat, nec interventu pecunie ſeu alicujus familiaritatis hujuſmodi officia dehoneſtet; & cum his deliquerint, maxime quantum ad jura & conſuetudines Monachorum, tunc in Capitulo vel coram parte ſaniori corrigantur, vel ſi incorrigibiles ſeu indiſciplinati maneant, a ſuis officiis ſeperarentur omnino, loco ipſorum competentibus ſubrogatis. Abbas a nullo Obedienciario pecuniam vel alias res ad ſuam obedienciam pertinentes, ſine conſilio Fratrum, propria extorqueat voluntate. Monachus cuſtos operis extra clauſuram Monachorum operari non cogatur. Et ne iſta Ordinatio & mea inſuper predicta Obligatio alicui videatur perſonalis & temporalis, conceſſi bona fide pro me & ſucceſſoribus meis, quod ipſa realis ſit & perpetua, & in omnibus articulis pretactis imperpetuum & inconcuſſe obſervanda. Et ut omnia predicta futuris temporibus firmum & perpetuum robur contineant, preſens Scriptum Sigillo meo corroboravi. Et inſuper ad majorem ſecuritatem, de communi aſſenſu noſtro & Conventus, Sigillum eorum huic Scripto eſt appenſum. Dat' in Vigilia Sancti Thome Apoſtoli, anno Domini milleſimo CCLIII°. Hiis teſtibus, Magiſtro Egidio Decano Wellenſi, Petro de Wileby Canonico Eboracenſi, Fratre Hugone de Miſterton, Nicholao de Preſton, & multis aliis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat' Viterbii, VI° Id' Febr' Pontificatus noſtri anno quarto.

A. D. 1320. 14 Edw. II

SUPER eodem negocio porrecte fuerunt coram Domino Rege quedam Petitiones ex parte Prioris de Abyndon & Conventus ejuſdem loci. Inter quas una continebat, quod Johannes de Canynges Prior dicti loci de Abyndon perpetuus, ut aſſeruit contra voluntatem ſuam in cuſtodia Johannis de Sutton Abbatis de Abyndon quaſi in carcere detinebatur extra domum ſuam de Abyndon: Propter quod ſupplicatum fuit, quod idem Prior poſſet venire coram Domino Rege & Conſilio ſuo pro ſtatu ſuo & dicte domus defendend'. Et predictus Abbas ibi preſens inde per Dominum noſtrum Regem allocutus, fatebatur dictum Priorem eſſe in Comitiva ſua. Et injunctum fuit ſibi per dictum Dominum noſtrum Regem, Quod ipſe adduceret dictum Priorem coram Domino Rege & Conſilio in craſtino. Quo die, exiſtentibus coram prefato Domino Rege & Conſilio ſuo tam prefato Abbate quam predicto Priore, Dominus Rex nominavit Dominos Johannem Epiſcopum Norwycenſem, Cancellarium ſuum, Stephanum Londonienſem & Hamonem Roffenſem, Epiſcopos; & predictos Epiſcopum Sariſbirienſem, & Hugonem le Deſpenſer, & Dominos Abbatem de Sancto Albano, & de Redynggs, Dominum Hugonem le Courteney, Dominos Walterum de Norwico Baronem de Scaccario, Henricum le Scrop Capitalem Juſticiarium ſuum, & Willielmum de Bereford, & Magiſtrum Gilbertum de Middelton Officialem Curie Cantuarie, ad examinandum totum negocium illud, & ad referendum inde Domino

A. D. 1320. 14 Edw. II.

noſtro Regi & ſuo Conſilio quód inde conſulerent faciendum. Qui quidem Epiſcopi & alii, habita inde deliberatione diligenti, retulerunt dicto Domino noſtro Regi in Parliamento predicto, Quod in examinatione negocii illius invenerunt, Quod Dñs noſter Rex nuper poſt electionem de ipſo Fratre Johanne de Sutton in Abbatem dicti loci de Abyndon factam, idem Dominus Rex fidelitatem ipſius Abbatis recepit, & Temporalia Abbacie illius, nulla ſuppoſita diviſione eorundem, ſibi reſtituit; quodque compoſicio ſeu diviſio bonorum dicte domus, de qua fit mencio ſuperius, facta fuit ſine aſſenſu Progenitorum Domini noſtri Regis, & in diminucionem elemoſinarum in dicta Abbacia pro animabus Progenitorum dicti Domini Regis & ſua ſtatutarum, necnon in diſſolutionem Religionis domus predicte. Propter quod videbatur eis dictam compoſitionem ſeu diviſionem fore adnullandam. Qua relatione ſic facta, conſideratum eſt in eodem Parliamento per Dominum Regem & Conſilium, Quod eadem compoſitio ſeu diviſio adnulletur, & pro nulla habeatur. Et Dominus noſter Rex voluit deliberare de viris religioſis & aliis fide dignis mittendis ad Abbaciam predictam, ad ordinandum & diſponendum quod bona ejuſdem Domus honeſte & debite expendantur. Et poſtea Dominus noſter Rex nominavit prefatos Epiſcopum Sariſbirienſem, Abbatem de Redyngs, & Willielmum de Bereford ad premiſſa facienda.

Proceſſus habitus inter Monachos Monaſterii Sancti Martini Dovorr' & Priorem Eccleſie Chriſti Cantuarie.

Nº 2.

MEMORANDUM, quod cum Monachi Monaſterii Sc̃i Martini Dovorr' nuper erga Dominum noſtrum Regem, tunc in partibus Comitatus Eboracenſis exiſtentem, diucius profecuti fuiſſent, Aſſerentes Monaſterium illud vacans eſſe per mortem bone memorie nuper Prioris illius loci, ac Priorem Eccleſie Chriſti Cantuarie velle de domo ſua Eccleſie Chriſti Cantuarie Monachum in Priorem dicti Monaſterii Sancti Martini Dovorr' Priorem preficere, ad dampnum ejuſdem Monaſterii, & contra conſiderationem in Curia celebris memorie Domini E. quondam Regis Angl', patris Domini Regis nunc, anno regni ſui quartodecimo factam, per quam dictus Dominus Rex, pater dicti Domini noſtri Regis nunc, ſeiſinam ſuam verſus Priorem dicte Eccleſie Sancte Trinitatis Cantuarie de Advocatione Prioratus dicti Monaſterii Sancti Martini Dovorr' per conſiderationem Curie ſue recuperavit, & inde petentes eis remedium adhiberi, exhibuerunt Literas Patentes dicti Domini noſtri Regis ſub Magno Sigillo ſuo, per quas Recordum & Proceſſum loquele que fuit in Curia dicti Domini noſtri Regis patris ſui de negocio predicto exemplificavit in hec verba:

EDWARDUS &c. Omnibus ad quos &c. Salutem. Inſpeximus Recordum & Proceſſum loquele que fuit in Curia Domini E. quondam Regis Anglie, patris noſtri, per Breve ſuum coram Radulpho de Hengham, & Sociis ſuis Juſticiariis ad Placita coram eodem patre noſtro tenenda aſſignatis, que coram Nobis in Cancellariam noſtram venire fecimus in hec verba: Placita coram Domino Rege de Termino Sancte Trinitatis, anno regni Regis Edwardi fil' Regis Henrici quartodecimo. Dominus Rex, p̃ Johem le Fauconer qui ſequitur pro eo, petit verſus Priorem Sancte Trinitatis Cantuar' Advocac̃oem Prioratus Sancti Martini Dovorr' ut jus ſuum. Et predictus Prior p̃ Attornatum ſuum venit, & dicit, quod nichil clamat in predicta Advocac̃oe, nec aliquid habet in eadem, niſi tantum quod Archiep̃us in tempore vacac̃ois ejuſdem Prioratus aſſignat ibi unum Monachum de domo ſua loco Prioris. Et quia predictus Prior nichil aliud dicit, Conſideratum eſt quod predictus Dominus Rex recuperet ſeiſinam ſuam verſus predictum Priorem de predicta Advocacione. Et habeat Breve ad Vic'.

A. D. 1326. 14 Edw. II.

PLACITA coram Domino Rege, de termino Sancti Michis anno Regni Regis Edwardi fil' Regis Henrici quartodecimo, incipiente quintodecimo. Dominus Rex, per Johem le Fauconer qui ſequebatur pro eo, alias peciit verſus Priorem Sancte Trinitatis Cantuar' Advocacionem Prioratus Sancti Martini Dovorr' ut jus ſuum. Et predictus Prior p̃ Attornatum ſuum venit, & dixit, quod nichil clamavit in predicta Advocatione, nec aliquid habuit in eadem, niſi tantum quod Archiep̃us in tempore vacacionis ejuſdem Prioratus aſſignat ibi unum Monachum de domo ſua loco Prioris. Et quia predictus Prior nichil aliud dixit, conſideratum fuit, quod predictus Rex recuperaret ſeiſinam ſuam verſus predictum Priorem de predicta Advocacione. Poſtea, cum preceptum eſſet Vic' quod ſeiſinam predicte Advocacionis ad opus Regis caperet, idem Vic' pretextu illius precepti Regis, bona ipſius Prioratus in manum Regis cepit, ad dampnum Conventus predicti Prioratus, ut Dominus Rex ex querela ipſorum accepit, nec fuit intenc̃ois Regis, quod occaſione predicti Judicii bona ipſius Prioratus diſtraherentur. Iterato precepit Vic' quod ſum̃oniri predc̃os Priorem Eccleſie Chriſti Cantuar' & Priorem Dovorr', quod eſſent hic ad hunc diem, audituri Recordum & Judicium ſuum de loquela predicta; eo quod de quibuſdam Articulis predictam loquelam tangentibus Dominus Rex voluit plenius cerciorari. Et predictus Prior Cantuar' modo venit, & Subprior Sancti Martini Dovorr', eo quod nullus fuit ibi Prior. Et predictus Prior Cantuar' dicit, ſicut prius dixit, quod nichil clamat in predicta Advocacione, ſet dicit quod Theobaldus quondam Archiep̃us Cantuar' conceſſit Priori Eccleſie Chriſti Cantuar' p̃ Ordinac̃oem ipſius Archiepiſcopi, quod in qualibet vacac̃one Prioratus Dovorr' unus Monachus profeſſus in Prioratu ſuo Cant' prefectus ſit in Priorem Dovorr'. Et profert Ordinac̃oem predc̃am. Et predictus Johes le Fauconer, qui ſequitur pro Rege, dicit, quod predicta Ordinacio non debet predicto Priori Cantuar' valere, eo quod Henricus Rex ſecundus fundator predicti Prioratus Sancti Martini Dovorr' conceſſit cuidam Theobaldo tunc Archiep̃o Cantuar' & ſuis ſucceſſoribus, Advocationem Prioratus predicti, ita quod ſoli Archiep̃i Cantuar' inde diſponerent & ordinarent, & nullus alius; & profert Cartam predicti Henrici Regis per manum Subprioris predicti, que hoc idem teſtatur in hec verba: 'Henricus, Rex Anglie, & Dux Normannie & 'Aquitan', & Comes Andegavie, Archiep̃is, Ep̃is, Ab-'batib', Comitib', Baronib', Juſtic', Vicecom', Miniſ-'tris, & univerſis fidelibus ſuis Francis & Angl', tocius 'Anglie, Salutem. Sciatis, me conceſſiſſe & confirmaſſe 'in elemoſinam & perpetuam poſſeſſionem Deo & Ec-'cleſie Chriſti Cantuar', & Archiep̃o Theobaldo, & om-'nibus ſucceſſoribus ejus ſibi canonice ſubſtituendis, Ec-'cleſiam beati Martini de Dovorr' cum omnibus que 'ad eam pertinent in terra & in mari, in theolonio, 'cum veteri Decima alecium, & cum nova Decima piſ-'cac̃ois tocius anni, quam Burgenſes Dovor' dederunt '& ſuper altare optulerunt, et cum omnibus pertinen-'ciis ſuis, quas in preſenti poſſident, vel in futuro juſte 'adquirere poterunt, pro ſalute anime mee & parentum 'meorum, & pro remiſſione peccatorum meorum, & 'pro ſtatu & incolumitate Regni mei, & precipue pro 'anima Regis Henrici avi mei ejuſdem Ecclie primi do-'natoris *. Statuo ergo & regia authoritate corrobo-'rando precipio, ut Ordo Monaſticus in predicta Ec-

* Henricus ſecundus inſtituit Monachos in Eccl'ia S'c'i Martini Dovor. Sed primus fundator ejuſdem domus fuit Withredus Cantuariorum Rex qui obiit an' Dom' 725.

'cleſia

A. D. 1320. 14 Edw. II.

‘ cleſia beati Martini auctoritate bone memorie Innoc’ ‘ Pape & Theobaldi Cant’ Archiep̃i inſtitutus ſe- ‘ cundum Regulam Beati Benedicti, inviolabiliter de ‘ cetero imperpetuum conſervetur, nec ullo homini om- ‘ nino liceat ulterius Eccleſiam predictam in alterius ‘ Religionis Ordinem tranſmutare. Volo etiam, & regia ‘ auctoritate precipio, ut ſepe dicta Eccleſia beati Mar- ‘ tini in manu & dominio Theobaldi Archiep̃i, & om- ‘ nium ſuccedencium ſibi Archiepiſcoporum ſemper ‘ permaneat, & nullum niſi Cantuar’ Archiep̃um diſpo- ‘ ſitorem, ordinatorem, exteriorum vel interiorum, un- ‘ quam habeat. Quare volo & precipio, quod bene & ‘ in pace, & honorifice, & libere, & quiete, teneant in ‘ boſco & plano, in aquis & molendinis, in via & ſe- ‘ mitis, in paſturis & exitibus, in mercatis & theoloniis ‘ in Civitate & extra, & in omnibus locis, cum Shoca & ‘ Sacha, & Thol & Them & Infangenethef, & cum om- ‘ nibus aliis Libertatibus cum quibus aliqua Eccleſia me- ‘ lius de me tenet in capite. T. Rogero Archiepiſcopo ‘ Ebor’, N. Elien’ Epiſcopo.’ Unde deſicut predictus Rex formam ſue Donacionis in Carta ſua predicta di- ſtinxit, & ita ſpecialiter artavit, quod nullus alius quam Archiep̃i predicti de predicta Advocacione ſe intromit- teret, petit judicium pro Domino Rege, ſi aliqua ordina- cio vel aliquod factum contra formam Donac̃ois predicte poſſit alicui alii valere, vel ipſi Dño Regi prejudicare. Et ſuper hoc venit Jolies Cantuar’ Archiep̃us per At- tornatum ſuum, & dicit, quod Advocacio predicti Pri- oratus debet ad ipſum p̃tinere per Cartam predicti H. Regis. Et quod predicta ordinacio facta per Archiep̃um Theobaldum non debet ſibi in aliquo nocere, eo quod nullum ſucceſſorem ſuum ligare poteſt poſt mortem ip- ſius Theobaldi, cum non ſit roborata aſſenſu regum nec aliorum quorum aſſenſus fuit requirend’, & petit quod ſibi ſubveniatur in hac parte, ſecundum quod de jure fuerit faciend’. Et quia per predictam Cartam mani- feſte patet, quod predictus H. Rex formam Donac̃ois ſue de Advocacione predicta diſtincte in Carta ſua expreſſit, p̃ quam voluit, quod nullus intromitteret ſe de predicto Prioratu niſi ſoli Archiep̃i Cant’, nec predictus Prior aliquid oſtendit p̃ quod aliquis Monachorum ſuorum debeat ad predictum Prioratum Dovorr’ admitti in Priorem vel prefici, niſi ſolum quoddam ſcriptum ordinacionis predc̃e, quod quidem ſcriptum nullum ligare poteſt p̃ poſt mortem ipſius Theobaldi: Conſideratum eſt, quod predicta ordina- cio nulla ſit & pro nulla habeatur, & quod predictus Prior Sancti Trinitatis Cantuar’ de cetero nichil clamare poſſit in predicto Prioratu Sancti Martini Dovorr’ ad aliquem Monachum ſuum in Priorem predicti Prioratus prefici- end’. Et quod Archiep̃us adeat Regem ad petend’ jus ſi quod habet, ſi ſibi viderit expedire: ‘ Nos autem vo- ‘ lentes tam noſtre & heredum noſtrorum quam Vene- ‘ rabilis Patris W. Archiep̃i Cantuar’, tocius Anglie ‘ Primatis, & dilc̃or’ Nobis in Chriſto Prioris & Con- ‘ ventus dicti loci Sancti Martini Dovorr’, & eorum ‘ ſucceſſorum immunitati in hac parte providere, Re- ‘ cordum & Proceſſum predicta tenore preſencium duxi- ‘ mus exemplificand’, ad prompc̃iorem evidenciam pre- ‘ miſſorum. In cujus &c. Teſte Meipſo apud Weſtm’, ‘ quarto die Maii, anno regni noſtri octavo.’ Exhibu- erunt etiam literas patentes ipſius Domini Regis, de li- cencia eis conceſſa eligendi poſt conſiderac̃oem predictam, in hec verba: ‘ Edwardus, &c. dilectis ſibi in Chriſto ‘ Conventui Sc̃i Martini Dovorr’, Salutem. Accedentes ‘ ad Nos Frater Robertus de Cantuar’, Subprior domus ‘ veſtre cum literis patentibus Capituli veſtri, Nobis ex ‘ parte veſtra humiliter ſupplicavit, quod cum Eccleſia ‘ veſtra predicta ſit Prioris & Paſtoris hiis diebus ſolacio ‘ deſtituta, Priorem vobis eligendi licenciam concedere ‘ dignaremur. Nos igitur precibus veſtris in hac parte ‘ favorabiliter inclinati, licenciam illam vobis duximus ‘ concedendam. Mandantes, quod talem vobis eligatis ‘ in Priorem & Paſtorc̃ qui Deo devotus, regimini Ec- ‘ cleſie veſtre neceſſarius, Nobiſque & Regno noſtro uti- ‘ lis & fidelis exiſtat. In cujus &c. Teſte Meipſo apud ‘ Nancars, xx° die Septembris, anno &c. quartodecimo.’ Dictus Dominus noſter Rex cuſtodiam Prioratus illius comiſit Subpriori ejuſdem Prioratus, in hec verba: ‘ Edwardus &c. Omnibus ad quos &c. Sciatis, quod ‘ cum celebris memorie Dominus Edwardus quondam ‘ Rex Anglie pater noſter, nuper in Curia ſua, anno ‘ videlicet Regni ſui quartodecimo, per Breve ſuum re- ‘ cupraſſet Advocacionem Prioratus Sancti Martini Do- ‘ vorr’, verſus Priorem Sancte Trinitatis Cantuar’: Et, ‘ inter cetera in conſideratione predicta contenta conti- ‘ neatur, quod prefatus Prior, qui in eadem Curia cla- ‘ mavit, quod in qualibet vacacione dicti Prioratus Do- ‘ vorr’ unus Monachus profeſſus in Prioratu ſuo Can- ‘ tuar’ prefectus eſſet in Priorem Dovorr’; extunc ni- ‘ chil clamare poſſet in eodem Prioratu Sancti Martini ‘ Dovorr’ ad aliquem Monachum ſuum in Priorem ejuſ- ‘ dem Prioratus Dovorr’ preficiend’, ſicut in Recordo & ‘ Proceſſu negocii predicti ſub Sigillo noſtro exemplifi- ‘ catis plenius continetur, Ac jam ſuper prefectione ‘ Prioris in dictum Prioratum Dovorr’ vacantem per ‘ mortem Roberti ultimi Prioris ibidem faciend’ diſſenſio ‘ habeatur, Nos volentes immunitati dicti Prioratus Do- ‘ vorr’, qui de patronatu noſtro exiſtit, providere ut ‘ tenemur, Conceſſimus dilecto Nobis in Chriſto Fratri ‘ Rado de Walmere, Subpriori ejuſdem Prioratus Do- ‘ vorr’, cuſtodiam Prioratus illius & omnium ad Priora- ‘ tum illum ſpectancium, habend’ quamdiu Nobis pla- ‘ cuerit; ita quod inde diſponat & ordinet prout ad ma- ‘ jus comodum Prioratus illius viderit faciend’. In cujus ‘ &c. Teſte Meipſo apud Eborum, tercio die Junii, anno ‘ &c. duodecimo.’ Poſtea &c. Venerabilis Pater Can- tuar’ Archiep̃us W. tocius Anglie Primas, dicto Domino noſtro Regi apud Weſtm’, menſe Junii, anno regni ſui terciodecimo exiſtenti, aſſeruit ſe jus habere in advoca- cione & cuſtodia dicti Prioratus Dovorr’; & ſibi & Ec- cleſie ſue Cantuar’ p̃ Comiſſionem factam Fratri Rado de Walmere Subpriori Prioratus predc̃i Dovorr’ poſſe prejudicium generari, literas ipſius Domini noſtri Regis prefato Subpriori directas optinuit, in hec verba: ‘ Ed- ‘ wardus, &c. dilecto ſibi in Chriſto Fratri Rado de Wal- ‘ mere Subpriori Prioratus Dovorr’, Salutem. Cum ce- ‘ lebris memorie Dominus Edwardus quondam Rex ‘ Anglie, pater noſter, nuper in Curia ſua, anno viz. ‘ Regni ſui quartodecimo, p̃ Breve ſuum recupraſſet Ad- ‘ vocacionem Prioratus Sancti Martini Dovorr’ verſus ‘ Priorem Sancte Trinitatis Cantuar’: Et, inter cetera ‘ in conſideracione predicta contenta contineatur, quod ‘ prefatus Prior, qui in eadem Cur’ clamavit, quod in ‘ qualibet vacacione dicti Prioratus Dovorr’ unus Mo- ‘ nachus profeſſus in Prioratu ſuo Cant’ prefectus eſſet ‘ in Prior’ Dovorr’, extunc nichil clamare poſſet in eo- ‘ dem Prioratu Sancti Martini Dovorr’ ad aliquem Mo- ‘ nachum ſuum in Priorem ejuſdem Prioratus Dovorr’ ‘ preficiend’, ſicut in Recordo & Proceſſu negocii pre- ‘ dicti ſub Sigillo noſtro exemplificatis plenius contine- ‘ tur: Ac ſuper prefecc̃oe Prioris in dictum Prioratum ‘ Dovorr’ vacantem per mortem Roberti ultimi Prioris ‘ ibidem faciend’ diſſenſio habeatur: p̃ quod volentes im- ‘ munitati dicti Prioratus Dovorr’, qui de patronatu ‘ noſtro exiſtit, providere ut tenemur, conceſſimus vobis ‘ cuſtodiam dicti Prioratus Dovorr’, & omnium ad Prio- ‘ ratum illum ſpectancium, habend’ quamdiu Nobis ‘ placuerit; ita quod inde diſponeretis & ordinaretis ‘ prout ad majus comodum Prioratus illius videritis fa- ‘ ciend’. Ac Venerabilis Pater W. Archiep̃us Cantuar’, ‘ tocius Anglie Primas, coram Nobis conſtitutus aſſeru- ‘ erit ſe jus habere in advocacione & cuſtodia dicti Pri- ‘ oratus Dovorr’, ſupplicans Nobis eas ſibi p̃ Nos reddi; ‘ Ac Nos, quibuſdam de cauſis, non valentes dictum ne- ‘ gocium finaliter diffinire, Volentes etiam, quod bona ‘ dicti Prioratus, pendente negocio illo indiſcuſſo, bene & ‘ utiliter cuſtodiantur vel expendantur, vobis manda- ‘ mus, quod illum quem dictus Archiep̃us per literas ‘ ſuas patentes deputare voluerit ad ſupervidend’ cuſto- ‘ diam predc̃am una vobiſcum admittatis, quouſque ‘ aliud

A. D. 1320. 14 Edw. II.

A. D. 1320 14 Edw. II.

' aliud a Nobis inde habueritis in mandatis. Teſte Me-
' ipſo apud Weſtm', v° die Junii, anno &c. tercio-
' decimo.' Impoſterum vero, in Parliamento dicti Domini Regis apud Weſtm' in octabis Sancti Michis, anno regni ſui quartodecimo, convocato, prefatus Archiep̃us per Peticionem ſuam in Parliamento predicto dc̃o Domino noſtro Regi & Conſilio ſuo exhibitam ſupplicavit, Adminiſtrationem dicti Prioratus Dovorr' interiorem & exteriorem de qua impeditus fuit, ſicut predictum eſt, ſibi reſtitui & concedi juxta formam voluntatis Anteceſſorum dicti Domini noſtri Regis predeceſſoribus ſuis Archiep̃is Cantuar' inde factam. Et prefatus Dominus noſter Rex, habita ſuper premiſſis cum Conſilio ſuo deliberacione diligenti, et ex eo precipue, quod ſuper diſſenſione prefectionis Prioris Monaſterii dicti Prioratus Dovorr' eidem Monaſterio multa mala devenerant, in diminuc̃oem elemoſinarum pro animabus anteceſſorum dicti Domini noſtri Regis & ſuo ibidem conſtitutarum, ob devocionem quam ad Deum & Eccleſiam Sancte Trinitatis Cantuar', necnon & beatum Thomam glorioſum Chriſti martirem, ac etiam ob affectionem ſpecialem quam ad prefatum Archiep̃um intime geſſit, de gr̃a ſpeciali ſua Advocacionem predicti Prioratus Sancti Martini Dovorr', in manu ipſius Domini Regis exiſtentem ſicut predictum eſt, prefato Archiep̃o reſtituit de gr̃a ſua ſpeciali, habend' ſibi & ſucceſſoribus ſuis Archiep̃is Cantuar' imperpetuum, eodem modo quo predeceſſores prefati Archiep̃i Advocacionem dicti Prioratus Sancti Martini Dovorr' habuerunt ante ordinacionem ſupradictam. Hoc ſemper excepto & ſalvo, quod dictus Archiep̃us in preſenti vacacione dicti Prioratus Dovorr' ipſeq; & ſucceſſores ſui Archiep̃i Cant' in ſingulis vacac̃oib' dc̃i Prioratus Dovorr', de Monachis ejuſdem Prioratus Dovorr', & non aliunde, Priorem perpetuum ibidem ad cicius quod poterunt preficiant infra tempus a jure limitatum, eo quod per Priores dicti Prioratus Dovorr' retroactis temporibus aliunde aſſumptos, Prioratus ille in ſpiritualibus & temporalibus non modicam leſionem, in diminutionem elemoſinarum Progenitorum Regis ibidem ſtatutarum, paſſus eſt. Et ſi forte vacante ſede Archiep̃ali Cantuar' dictum Prioratum Dovorr' vacare contigerit, tunc Subprior ejuſdem Prioratus Dovorr', qui pro tempore erit, habeat cuſtodiam Prioratus illius in ſpiritualib' & temporalibus uſque ad prefectionem Archiep̃i Cantuar' prox' tunc futur' ſtatum debitum in ſpiritualibus Eccleſie Cantuar' optinentis.

Proceſſus habitus ſuper Exercicio Officii Eſcaetrie in Civitate London.

N° 3. RICARDUS de Rodeneye, Miles, Eſcaetor Domini Regis citra Trentam, in Parliamento ſuo apud Weſtm', in octabis Sancti Micliis, anno regni ſui XIIII° convocato, conqueſtus eſt Domino Regi, quod Maior, Vicecomites, & ceteri Cives Civitatis London' non p̃miſerunt ipſum Eſcaetorem officium ſuum Eſcaetrie exercere infra eandem Civitatem, ſet ipſum ſuper hoc impediverunt; Unde peciit pro Domino noſtro Rege, quod Hamo de Chigewell, Maior, Willus Prodhomme, & Reginaldus de Conductu, Vicecomites, ac plures Aldermanni de Civitate predicta, coram Domino noſtro Rege in Parliamento predicto ex alia cauſa exiſtentes, inde reſpondeant Domino Regi. Et unde iidem Maior & alii Cives predicti p̃ Gilbertum de Toudeby, & Galfr̃m le Scroope, Servientes dicti Domini noſtri Regis, de premiſſis allocuti, reſponderunt, quod ipſi non clamabant habere officium Eſcaetoris in Civitate predicta, nec ipſi impediunt, nec impediverunt dictum Eſcaetorem officium ſuum infra dictam Civitatem excercere; Dixerunt tamen, quod officium Eſcaetrie in dicta Civitate per Vicecomites ejuſdem Civitatis antiquitus excerceri conſuevit, Et quod a tempore quo Eſcaetores Domini noſtri Regis officia ſua in eadem Civitate excercere inceperunt, Maior, Vicecomites, & Aldermanni Civitatis predicte, qui pro tempore fuerunt, ſencientes eis ſuper Libertatibus & liberis Conſuetudinibus ſuis p̃ hoc poſſe prejudicium generari, ſemper inſteterunt erga Dominum noſtrum Regem & anteceſſores ſuos, quod officium hujuſmodi Eſcaetrie per Vicecom' Civitatis illius, & non p̃ alios Eſcaetores, excerceretur in eadem. Et ſupplicarunt Domino noſtro Regi, quod ſibi placeret illud concedere, & precipere ſic obſervari. Et predicti Gilbertus & Galfridus petebant pro Domino noſtro Rege, quod ex quo ex dicto predictorum Maioris, Vicecom', & Aldermannorum ſatis liquebat, quod Dominus noſter Rex fuit in ſeiſina faciendi & excercendi officium Eſcaetoris in Civitate predicta per Eſcaetores ſuos citra Trentam qui pro tempore fuerunt, quod inhiberetur dictis Maiori, Vicecom', & Aldermannis, ne prefatum Eſcaetorem ſuper excercicio officii ſui in dicta Civitate quomodolibet impedirent. Dixerunt etiam, quod ipſi Maior, Vicecom', & Aldermanni, impediverant dictum Eſcaetorem officium ſuum in dicta Civitate excercere, & hoc parati fuerunt verificare pro Domino noſtro Rege &c. Et quia per dictum predictorum Maioris, Vicecom', & Aldermannorum, ſatis apparet evidenter, quod D̃ns noſter Rex eſt in ſeiſina faciendi & excercendi officium Eſcaetoris in Civitate predicta per Eſcaetores ſuos, ſicut predictum eſt, inhibitum eſt per Dominum noſtrum Regem prefatis Maiori, Vicecom', & Aldermannis, ne dictum Eſcaetorem ſuper excercicio officii ſui in Civitate predicta impedire preſumant quoquo modo, ſet quod ei intendant ſuper hoc in omnibus, prout decet.

A. D. 1320. 14 Edw. II.

N° 4. Querela hominum manencium ſuper Fiſhwharfe London', ſuper impedimento venditionis allec' & piſc'.

IN hoc Parliamento, per Peticionem pro Domino nr̃o Rege & Populo regni ſui, ad profecutionem Thome Pykeman, Henr' Poteman, & Johis Aleyn, de London', coram Domino Rege & Conſilio ſuo in eodem Parliamento porrectam, monſtratum fuit Domino nr̃o Regi, conquerendo, Quod licet prefati Thomas Pykeman, Henr', & Johes, ac alii piſcenarii, ſhopas ſuas in quodam loco qui vocatur Fiſhwarf London' habentes, allecia & alia diverſa genera piſcium de partibus exteris tam p̃ terram tam per aquam uſque ad Civitatem predictam ducere & in ſhopis ſuis ſuper Warfam predictam vendicioni exponere, & ea tam in groſſo quam pticulatim ad retalliam omnibus hujuſmodi allecia & piſces emere volentibus vendere; paupereſque homines Civitatis illius mercatores uſque ad locum predictum venire, et allecia ac alios piſces ibidem emere, & poſtmodum per forinſecos vicos & venellas dicte Civitatis & Suburbii ejuſdem portare, & pauperibus hominibus, ac aliis operariis in eiſdem vicis & venellis manentibus, qui eiſdem officiis & miſteris ſuis eorum victum cotidianum querentes occupati, ad loca in Civitate predicta pro victualibus vendend' deputata declinare non potuerunt, vendere conſueviſſent; alleciaque & alia genera piſcium in dicto loco del Fiſhwarf meliori foro quam in aliis locis dicte Civitatis vendi conſueviſſent; Piſcenarii de eadem Civitate quandam confederac̃oem ſive ordinac̃oem inter ſe fecerunt, viz. quod allecia ſeu piſces in dicto loco del Fiſhwarf ad retallam amplius minime venderentur. Cujus pretextu, dicti Thomas, Hen', & Johes, timentes eis ſuper hujuſmodi vendic̃oe in ſhopis ſuis predictis prejudicium generari, Br̃e Regium ſub Magno Sigillo Domini noſtri Regis Maiori & Vicecom' London' directum impetrarunt, p̃ quod idem D̃ns noſter Rex precepit eiſdem Maiori & Vicecom', quod ab hujuſmodi impedimentis p̃fatis piſcenariis ea occ̃oe inferend' deſiſterent, ipſos allecia & alia genera piſcium per ipſos & eorum ſervientes ad dictam Civitatem ducta, in ſhopis ſuis p̃dc̃is ſuper Kaiam p̃dc̃am omnibus hujuſmodi allecia & piſces ab eis emere volentibus in groſſo & ad retalliam prout emptores illi indiguerint & emere voluerint, vendere permitterent. Super quibus, Hamo de Chiggewell, Maior dicte Civitatis, Reginaldus de Conductu, & Willus Prodhomme, Vicecomites dicte Civitatis, coram Domino

A. D. 1320. 14 Edw. II.

mino noſtro Rege in dicto Parliamento ex alia cauſa vocati, allocuti fuerunt; & predictus Maior reſpondit, quod non receperat dictum Breve; & ꝑdicti Reginaldus & Willus ſe excuſantes dixerunt, quod non fuerunt Vicecomites tempore mandati predicti, & injunctum fuit ꝑfato Maiori, quod in craſtino haberet coram Domino noſtro Rege & Conſilio ſuo in dicto Parliamento ordinac̃oem predictam, ſi que &c. & Breve Regium ſibi & dictis Vicecom' ſuper hoc directum. Die craſtina, videlt die Veneris ante Feſtum Apoſtolorum Simonis & Jude, predicti Maior & Vicecom' venerunt coram Domino noſtro Rege in Parliamento predicto, & predicti Thomas, Henr', & Johannes, ſimiliter venerunt, Et dictus Maior allocutus de recepc̃oe Brevis Regii predicti, fatebatur ſe dictum Breve Regium recepiſſe: & quia alias negavit coram Domino noſtro Rege ſe Breve illud recepiſſe, & jam fatetur ſe Breve illud recepiſſe; Ideo conſideratum eſt, quod idem Hamo ſit ad voluntatem Domini noſtri Regis.

N° 5. Querela tocius Co'itatis Regni ſuper Tranſgreſſiones & Felonias perpetratas in Regno.

IN hoc Parliamento, inter ceteras Petitiones Domino Regi porrectas, quedam Peticio ꝑ Milites, Cives, & Burgenſes, pro Com', Civitatibus, & Burgis Regni ſui ibidem exiſtentes, liberata fuit, ꝑ quam ſuggeſſerunt Felonias & Tranſgreſſiones enormes perpetrata, & Colligac̃oes & Confederac̃oes illicitas, in leſionem Pacis ſue, & terrorem populi ſui, in ſingulis Com' dicti Regni per Tranſgreſſores & Pacis ſue Perturbatores factas eſſe; ſupplicantes inde oportunũ remedium adhiberi. Super quibus Dominus noſter Rex, ad ſupplicac̃oem dictorum Militum, Civium, & Burgenſium, Formam obſervandam ꝑ Juſtic' dicti Domini Regis ad inquirend' de Feloniis, Tranſgreſſionibus, Colligac̃oibus, & Confederac̃oibus hujuſmodi, & ad eaſdem Felonias, Tranſgreſſiones, Colligaciones, & Confederaciones audiend' & terminand', aſſignand' per Conſilium ſuum, ordinavit ſubſcriptam; videlicet, quod dicti Juſtic' omnes illos quos de Roberiis, Homicidiis, Incendiis, aut aliis Feloniis, a Feſto Sancti Michiis anno Regni ſui ſexto factis, coram Cuſtodibus pacis prius aſſignatis indictatos, ſeu coram ipſis Juſtic' indictandos, culpabiles inveniri contigerit, puniant, caſtigent, & judicent ſecundum legem & conſuetudinem dicti Regni; & omnes illos quos coram eis culpabiles invenerint, de eo quod ipſi aſſueti ſunt facere Colligationes ſeu Confederationes ad verberand', vulnerand', & male tractand' homines aliquos, ad procurationem aliorum, ſeu ad parcos aliorum frangend', aut in vivar' aliorum piſcand', vel ad impediend' vi & armis Juratores in Aſſiſis, Jur', & Recognitionibus poſitos, quo minus ad loca debita pro veredictis eorum dicend' accedere, vel coram Miniſtr' Domini Regis in locis illis hujuſmodi veredicta dicere, ibidem morari, & exinde pacifice recedere audeant; vel ꝑtes negocia ſua in Curia Domini noſtri Regis proſequentes quo minus ad Cur' Domini noſtri Regis pro proſecutione negociorum ſuorum accedere, ibidem morari, & exinde pacifice recedere poſſint, vel ad conducend' malefactores ad aliquos homines in locis publicis vel privatis verberand', vulnerand', & male tractand', et ad hujuſmodi tranſgreſſores manutenend', & ad aliquem hominem vi & armis capiend' & uſque ad loca extranea vel ignota ducend', puniant ꝑ Impriſonamentum & ꝑ Finem ad opus Domini noſtri Regis, juxta diſcrecionem Juſtic' imponend'. Et concordatum eſt per Dominum Regem, de Conſilio Prelatorum, Comitum, Baronum, & aliorum peritorum in dicto Parliamento exiſtencium, quod dicti Juſtic' recipiant querelas omnium & ſingulorum coram eis conqueri volencium, de Tranſgreſſionibus eis factis contra Pacem Regis, & eas audiant & terminent, & eis Juſticiam faciant ꝑ Billas, ſicut ꝑ Bria Regis Originalia fieri deberet, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni.

Peticiones liberate in eodem Parliamento.

N° 6. S. Bartholom' Smethefeld.

AD Petic̃oem pauperum Fratrum S. Barthi de Smethefeld, & Comunitatis circumhabitancium ibidem, petencium Remedium de eo, quod cum placea de Smethefeld ſit ſolum Regis, & non licebit alicui fodere nec puteos facere in eadem ſine licencia Domini Regis, Et jam plures fodeunt in eadem, & puteos & foſſata faciunt in eadem, in maximum periculum tranſeuncium ibidem &c.;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Fiat Breve Maiori & Vicecom' London', quod inquirant de facto contento in Peticione, & per quos &c. Et remedium adhibeant ſuper facto illo, & inhibeant ex parte Regis quod nullus de cetero fodeat nec fodere permittatur in placea illa, ad dampnum Regis, nec ad nocumentum tranſeuncium ſeu habitancium ibidem.

N° 7. Mariota Carlhull.

AD Peticionem Mariote que fuit uxor Roberti de Carlhull, petentis remedium de quadam Tranſgreſſione ei illata in Civitate London';

Reſponſio. Reſponſum eſt: Habeat Breve de Tranſgreſſione in Cancellar' coram Domino Rege verſus Tranſgreſſores.

N° 8. S. Bartholom'.

AD Peticionem Magiſtri & dictor' Fratrum Sancti Barthii, petencium remedium de eo, quod cum Progenitores Domini Regis nunc ſolebant habere de quolibet onere piſcium tranſeunt' Pontem London' verſus dictam Civitatem, duos piſces: Et Dñus Henricus quondam Rex Anglie, Avus Domini Regis nunc, dediſſet eidem Magiſtro & Fratribus & Succeſſoribus ſuis pro ſuſtentatione pauperum &c. Decimam dictorum duorum piſcium &c. qui ſeiſiti fuerunt inde &c. quouſque Nichus Pykot, & Nigellus Drury, nuper Vicecomites London' anno primo Regis nunc, dictam Decimam eiſdem Magiſtro & Fratribus detinuerunt, per quod alii Vic' London' adhuc eandem Decimam eis detinent;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Mandetur per Breve de Magno Sigillo Theſ' & Baron' de Sc̃cio, quod, vocatis Magiſtro dicti Hoſpitalis ac Vicecomitibus London' coram eis, & auditis hinc inde coram eis eorum ꝟonibus, faciant Juſticie complementum predicto Magiſtro &c.

N° 9. Radulphus Cotingham.

AD Petitionem Radi fil' Ivonis de Cotingham, petentis remedium de eo, quod cum Abbas de Melſa nuper feoffaſſet predictum Ivonem patrem ſuum de una placea terre in Villa de Kingeſton ſuper Hull, reddend' ꝑ annum xx s. qui edificavit eandem placeam, Et dimiſit medietatem

A. D. 1320. 14 Edw. II.

medietatem ejuſdem cuidam Roberto de Paghel ad terminum vite ſue, reddendo xx s. Ac poſtea devenit Villa de Kingeſton in manum Domini Regis, & idem Ivo obiit, predicto Radō extra patriam exiſtente, Ita quod Cuſtos tunc Ville de Kyngeſton ſuper Hull cepit in manum Domini Regis predictum redditum xx s. & aliam medietatem plac' unde predictus Ivo obiit ſeiſit', & ſemper poſtea Cuſtodes Ville predicte levaverunt xl s. de predicta placea, & ſic xx s. injuſte, prout patet per diverſas Inquiſitiones captas coram Johanne de Inſula, Hervico de Stanton, & Adam de Lymbergh, que ſunt in Sc̄cio &c.;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Mandetur per Brēve de Magno Sigillo Theſ' & Baron' de Sc̄cio, quod contineat effectum Petitionis, quod, viſa Inquiſitione capta coram Johanne de Inſula, & arent' Petri de Campania, & aliis Memorandis dictum negocium tangentibus; Et ſi compertum fuerit, quod placea unde Peticio facit mentionem arent' fuit pro xx s. tantum, ita quod alii xx s. exiguntur & levantur inde annuatim injuſte; tunc ipſum Radm faciant inde exonerari de xx s. predictis ſic ab eo injuſte levatis.

Nº 10. Godwyn de Brugewauter.

AD Petitionem Hugonis Godwyn de Brugewauter, quod cum Dominus Rex aſſignaſſet Juſtic' ſuos ad capiend' quandam Aſſiſam quam Hugo Godewyne arranavit verſus Plm de Columbers, & quoſdam de ſuis, quod ipſe Plus diſſeiſivit Hugonem de decem & octo Meſuagiis, & tribus carucatis terre cum pertin', in Donewere, Slape, Southboure, & Northboure, & ad audiend' & terminand' quaſdam tranſgreſſiones eidem Hugoni per predictum Plm factas, Vic' in ceſſione Juſtic' retorn' coram eis homines minus ſufficientes coram eis pro Inquiſitione facienda, et Juſtic' non procedunt &c. Unde pet' remedium;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Mandetur Juſtic' coram quibus Aſſiſa pendet, ac illis coram quibus pendet Plitum de bonis ſuis aſportatis &c. Quod procedant in Negociis illis cum omni celeritate qua poterunt, & poni faciant, tam in Aſſiſa illa quam in Inquiſitione, Milites & alios de probis & legal' partium illarum &c.

Nº 11. Agnes atte Wode.

AD Petitionem Agnetis Atte Wode petentis remedium de eo, quod Johes de Middelmore & alii &c. ipſam & Johem filium ſuum verberaverunt, ceperunt, & impriſonaverunt, & bona & catalla ſua aſportaverunt &c. & averia ſua fugaverunt &c. de uno Com' in alium &c. Ita quod illa proſecuta eſt p xii Bria Vic' & Ballivis pro deliberatione habenda de eiſdem averiis, quam habere non poteſt: Unde pet' remedium de tranſgreſſionibus predictis;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Aſſignentur in Cancellar' Juſtic' ad audiend' & terminand' tranſgreſſiones perſonales illatas Querenti propter paupertatem &c. Et pro enormi tranſgreſſione, & quoad querelas factas de Vic' & Miniſtris ſuis, ſequatur verſus eos coram Theſ' & Baron' de Sc̄cio vel coram Juſtic' coram quibus aſſerit Brevia ſua fuiſſe retornata, & ibi fiat ei Juſticia.

Nº 12. Will' de Shirewod.

AD Petitionem Willi de Shirewod petentis remedium de eo, quod cum ipſe arranavit quandam Aſſiſam nove diſſeiſine coram Johanne de Mutford, & Sociis ſuis Juſtic' &c. in Com' Norff' de Ten' in Saxlyngham Nethergate, & Saxlyngham Thorp, verſus Johem fil' Simonis de Goſeford, & alios &c. Et compertum ſit p Aſſiſam illam quod predictus Johes & alii diſſeiſ' predictum Willum &c. diſtulerunt tamen reddicionem Judicii ſuper veredicto Aſſiſe &c.;

Ita reſponſum eſt: Adeat Cancell', & habeat ibi Breve Juſtic', quod procedant in Aſſiſa &c. Alioquin quod certificent Dominum Regem in Cancell' quare id facere diſtulerunt, & ſuper hoc fiat ei Juſticia. A. D. 1320. 14 Edw. II. Reſponſio.

Nº 13. Co'itas Regni.

AD Petitionem Cōitatis Regni, petentis remedium, de eo, quod Priſone in cuſtodia Mareſcall' de Banco Dñi Regis exiſtentes indictati de morte hominis & de Feloniis, licet ſecundum legem terre non fuerint replegiabil', ponuntur tamen p plevinam &c. ſine mandato Juſtic' & magna dampna perpetrant emulis ſuis;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Alias, in Parliamento apud Ebor' convocato, injunctum fuit Henr' le Scrop & Sociis ſuis Juſtic' ad Placita coram Rege &c. quod Priſones hujuſmodi cuſtodiri facerent, & cuſtodes contravenientes punirent; Ideo recitetur prius mandatum & alias injungatur eidem, vel ſi Querens voluerit habeat ſuper hoc Breve de Cancellar'.

Nº 14. Joh' de Streteley.

AD Petitionem Johis fil' Hugonis de Streteley, petent' remedium de eo, quod cum ipſe fuiſſet ſeiſitus de Manerio de Kerleſlawe cum pertin' in Com' Buks p xiii annos & amplius p Finem in Curia Dñi Regis levatum &c. quouſque Andr' de Jarpenvill, & alii uſque numerum ducentorum hominum, manerium ſuum predictum intraverunt, & domos ſuas fregerunt, & uxorem ſuam non purificatam poſt partum &c. & viii infantes ſuos de domo ſua ejecerunt, & bona & catalla ad valenciam c li. ceperunt & aſport' &c. contra pacem &c.;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Aſſignentur in Cancellar' Juſtic' ſufficientes & idonei in hac parte ad audiend' & terminand' tranſgreſſionem de qua Querens conqueritur, propter facti enormitatem.

Nº 15. Iſabell' de Bramelhang.

AD Petitionem Iſabelle de Bramelhang, petentis remedium ſibi adhiberi de eo, quod corrodium ſuum & Alani fil' ſui detinetur in domo de Bermundeſey, que jam eſt in manu Domini Regis, & quod diu eſt emit de Priore domus predicte;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Mandetur Cuſtodibus dicte domus per Reg' deputatis, quod fac' ei Juſtitiam.

Nº 16. Joh' de Beſevile.

AD Petitionem Johis de Beſevile, Taillour, de Loundr', petentis remedium de eo, quod vii marce annue in quibus Prior & Conventus de Bermundeſeye ei obligantur pro quodam corrodio &c. in eadem, que domus eſt modo in manu Regis, ſibi modo detinentur;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Mandetur Cuſtodibus dicte domus per Regem deputat' quod fac' ei Juſtitiam.

Nº 17. Abbas de Wardon.

AD Petitionem Abbatis de Wardon petentis confirmationem cujuſdam Carte Regis Edwardi, patris Dñi Regis Edwardi nunc;

Reſponſio. Ita reſponſum eſt: Adeat Cancellar', & habeat per Finem &c.

Nº 18. Abbas de Meaux.

AD Petitionem Abbatis de Melſa, petent' remedium de eo, quod cum ad Parliamentum Domini Regis nunc a die Paſche in tres ſeptimanas, anno Regni ſui duodecimo, apud Ebor' convocatum, conceſſum fuit eidem Abbati, ad Peticōem ſuam in eodem Parliamento, quod in denariis que Regi debebat tunc de Decima eodem

A. D. 1320. 14 Edw. II. tempore currente, & de arreragiis aliarum Decimarum allocacio fieret eidem Abbati, de tanto quantum Dominus Rex eidem tenebatur p unam litteram patentem de Cancellar' &c. & Billas de Garderoba &c. Ac licet Dominus Rex mandaverit Thes' & Baron' de Sccio quod allocacoem illam ei habere pmitteret, denarii tamen in quibus idem Abbas Dño Regi tenebatur, assignebantur Johanni de Darcy pro denar' in quibus Dominus Rex ei tenebatur: Unde, deficut tunc non habuit allocac' illam &c. supplicat Domino Regi, quod allocacio illa ei fiat in Decima current' anno XIII° Regni ejusdem Domini Regis, vel in Decima nunc currente;

Derechief ordine eſt, Que les Cuſtumes du Roialme ſoient gradeez & receves par gentz du Roialme meiſmes, e non pas par aliens, & qe les iſſues, e les profitz de meiſme les cuſtumes, enſemblement ove totes autres iſſues e profitz iſſauntz de Roialme, des queux choſes que ceo ſoient, entierment viegnent a l'Eſcheker le Roy, e par le Treſorer e les Chaumberleins ſoient liveres pur l'oſtel le Roy meyntenir, e aillors, a ſon profiſt, iſſint qe le Roy puiſſe vivere du ſoen ſanz priſes fere, autres qe aunciens dues & acuſtumees, e totes autre ceſſant.

Derechief ordine eſt, Qe tuz le Marchauntz aliens que unt receu les profitz des Cuſtumes du Roialme, ou des autres choſes apurtenaunces au Roy, puis la mort le Roy Edward, piere noſtre Seigneur le Roy qe hore eſt, ſoient areſtuz ove tuz lour Biens ou qu'il ſoient trovez denz le poer le Roy d'Engleterre, juſqe il eient rendu reſnable acounte de quant q'il eient reſcue des iſſues du Roialme denz le temps avantdit, devant le Treſorer & les Barons de l'Eſcheker, e autres joyntz a eux par les ditz Ordeinours.

Derechief ordine eſt, Qe la Grant Charte ſoit gardee en tuz ſes pointz, en tieu manere que ſ'il y eit en la dite Chartre nul point oſcur ou dotif, ſoit declare par les ditz Ordenours & autres q'il verront a eux a ceo apeler, quant il verront temps & hore duraunt lor poer.

Nous, eantz regard a noſtre Grant avant dit, voloms & grantoms qe celes Ordinances en tant come eles ſe acordent au dreit & a reſon, a la fourme de noſtre dit Grant, ſoient fermement gardees, ſauve gardes e mariages avant nomes, e cuſtumes des leins, quirs, e peux lanutz, leſqueux Nous voloms qe ſeient en ſuſſrace, tant que Nous eioms ſur ceo plus pleinement parle & tretee oveſque les Ordenours avantditz, laqueu choſe Nous ne poyoms fere quant a ore, pur noſtre haſtif aler vers Eſcoce a reſtreindre la malice de Noz enemis illoeqes, qui de jour en autre aſſegient Noz Chaſteux & Noz Villes, et tuent Nos gentz, noun contreeſteaunt la ſufferaunce a eux par Nous grantee. E pur ceo vous comandoms fermement enjonantz, que en Citees, Burghs, Villes Marchaundes, & autres leux en voſtre baillie, ou vous verrez q'il ſoit a fere, facez crier & puplier que Nous voloms que les Ordenances avant dites ſoient fermement gardees & tenuees en la fourme avant dite, & vous meiſmes les gardez, e les facez par autres deinz voſtre baillie fermement eſtre gardez. Et ceo en nulle manere ne leſſeiz. Don' a Norhit', le ſecund jour d'Auſt.

Autieles Lettres ſont maundez a cheſcun Viſconte d'Engleterre.

Patent. 5 Ed. II. ps. 2. 17. intus.

No 11. De Ordinacionibus corrigendis.

REX omnibus ad quos &c. Salutem. Sciatis, quod cum quedam Ordinacõoes per Prelatos, Comites, & Barones Regni noſtri ad id electos nuper facte fuiſſent, et per Nos ſub certa proteſtacõe conceſſe, vidlt, Quod ſi in dictis Ordinaciõib' alique Nobis dampnoſa ſeu prejudicialia, ſeu alias contra formam Comiſſionis eis p Nos in hac parte facte, contingerit inveniri, ea pro non conceſſis & non confirmatis haberentur, reſervata Nobis in eadem proteſtacõe poteſtate hujuſmodi dampnoſa & prejudicialia, per bonum conſilium dictorum Ordinatorum & aliorum, corrigendi, reformandi, prout in Inſtrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos de circumſpecc̃ois induſtria ac fidelitate probata Venerabilis Patris I. Norwycen' Ep̃i, & dilectorum & fidelium ñror' Guidonis Ferre, Johis de Crumbewell, Hugonis de Aldeley, Willi Deyncourt, Henrici Spigurnell, Henr' le Scroop, Militum, ac dilectorum Clericorum noſtrorum Magiſtrorum Thome de Cobham, Roberti de Pikering, Walteri de Thorp, Gilberti de Middleton, Johis Fraunceys, & Andree de Brigges, plenam fiduciam optinentes, ipſos Ep̃m, Guidonem, Johannem, Hugonem, Willm, Henr', Henr', Thomam, Robertum, Walterum, Gilbertum, Johannem, Andream, vel eorum aliquos quos adeſſe contigerit, ad tractand' cum dictis Prelatis, Comitibus & Baronibus electis ſuper Ordinac̃oib' premiſſis, & ad corrigend '& reformand' per bonum conſilium eor̃dem omnia hujuſmodi prejudicialia & damnoſa, ac contra formam dicte Comiſſionis facta, ſi que fuerint, aſſignamus & tenore preſencium deputamus. In cujus &c. T. R. apud Eborum VIII° die Marcii.

Clauſ. 5 Ed. II. m. 22 dorſo.

No 12. Mandatum R. Gilberto de Clare, Com' Gloc' & Hertford, quod ad Parliamentum ſuum cum Equis & Armis more non debito non veniret.

REX dilecto nepoti & fideli ſuo Gilberto de Clare, Comiti Glouc' & Hertford, Salutem. Intelleximus, quod ad preſens Parliamentum noſtrum apud Weſtm' continuatum, eſtis cum equis & armis more non debito venientes, unde admiramur non inmerito & turbamur, preſertim cum p̃ hujuſmodi acceſſum veſtrum ibidem expedicio negociorum Nos & ſtatum Regni noſtri tangencium, & in dicto Parliamento tractandorum, impediri, & populus partium illarum ac alibi in Regno noſtro terreri poſſet non modicum, & pax noſtra turbari: vobis igitur mandamus in fide & homagio quibus Nobis tenemini, firmiter injungentes, quod ad dictum Parliamentum noſtrum, ad tractandum Nobiſcum & cum Prelatis ac Magnatibus de regno noſtro ſuper dictis negociis veniatis, prout tempore clare memorie Domini E. quondam Regis Anglie patris noſtri fieri conſuevit, equos pro armis vobiſcum ibidem nullatenus adducentes, nec aliquid aliud attemptantes, per quod pax noſtra turbari aut populus noſter terreri valeat quovis modo. Teſte Rege apud Weſtm', XXVIII° die Novembris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum ſubſcriptis, videlicet

Thome, Comiti Lancaſtrie.
Humfrido de Bohun, Comiti Hereford & Eſſex.
Adomaro de Valenc', Comiti Pembrok.
Guidoni de Bello Campo, Comiti Warr'.
Edmundo, Comiti Arundell.

Patent 6 Ed. II. ps. 1. m. 20. intus.

No 13. De Ordinationibus corrigendis.

REX dilecto et fideli ſuo Johanni de Benſtede, Salutem. Cum quedam Ordinaciones per Prelatos, Comites, & Barones Regni noſtri ad id electos nuper facte fuiſſent, et per Nos ſub certa proteſtacione conceſſe, videlicet, Quod ſi in dictis Ordinationibus aliqua Nobis dampnoſa ſeu prejudicialia, vel alias contra formam Comiſſionis eis per Nos in hac parte facte, contingeret inveniri, ea pro non conceſſis & non confirmatis haberentur, reſervata Nobis in eadem proteſtatione poteſtate hujuſmodi dampnoſa & prejudicialia, p̃ bonum conſilium dictorum Ordinatorum et aliorum, corrigendi & reformandi, prout in Inſtrumento publico inde confecto plenius continetur: Ac Nos poſtmodum quoſdam fideles noſtros ad tractandum cum dictis Prelatis, Comitibus, & Baronibus,

Baronibus electis tunc apud Lond' existentibus, super Ordinationibus premissis, & ad corrigend' & reformand' per bonum consilium eorundem omnia hujusmodi prejudicialia & dampnosa, ac contra formam dicte Comissionis facte, si que essent, per nostras Patentes Literas duxerimus assignandos; Qui quidem Prelati, Comites, & Barones, hujusmodi tractatum habere super dictis Ordinacionibus in nostri absencia se quibusdam de causis excusantes, Nobis tunc responderunt, quod in nostri presencia, quandocunq; Nobis placeret cum ipsis super Ordinationibus predictis tractatum habere, & ipsi per Nos inde essent premuniti, parati forent ad faciendum ea que secundum formam protestationis nostre predicte, & alterius consimilis protestationis per ipsos facte, tempore publicationis dictarum Ordinationum, forent facienda in premissis: Nos volentes hujusmodi dampnosa & Nobis prejudicialia, si que sint in dictis Ordinationibus, corrigi & reformari, juxta formam protestationum predictarum, assignavimus vos, & vobis tenore presencium dedimus potestatem premuniendi Thomam, Lancastrie, Humfridum de Bohun, Herefordie & Essexie, & Guidonem de Bello Campo, Warwici, Comites, qui fuerunt de Ordinatoribus predictis, Quod sint coram Nobis apud Westm' vel London', die Dominica proxima post Festum Sancti Bartholomei Apostoli proximo futurum, quo die apud alterum dictorum locorum esse intendimus, ad tractandum in nostri presencia sup Ordinacionibus predictis, & ad corrigend' & reformand' dampnosa & Nob' prejudicialia, si que in eisdem contigerit inveniri. Et ideo vobis mandamus, firmiter injungentes, quod ad prefatos Comites sine dilacione aliquo accedatis, & eos ex parte nostra premuniatis in forma predicta, eis ex parte nostra in fide & homagio quibus Nobis tenentur, & sub forisfactura omnium que Nobis forisfacere poterunt, firmiter injungendo, ne cum equis & armis ad Nos ad dicta loca aliqualiter tunc accedant. Et premissa sub gravi forisfactura nostra modis omnibus faciatis. In cujus &c. Teste Rege apud Cantuariam, IIII° die Augusti.

Anno 6 R. Edw. II. Tallagium Regi concessum est, & impositum sub hoc titulo: Nº 15.

TAXACIO facta in . . . . . p Bre Dñi Reg' Anno R. Rs E. filii Reg' E. VI°. coram Dñis Willmo de Hanyngf', Robto de Maddyngle, Willo de Foleburne, & Johne de Borh'm, ad assedend' Tallag' in Civitat', Burg', & Dñicis Rs, p capita vel in cõi, in Com' Cantebreg', Huntyngd', Hertford, & Essex assignati, p Warinũ fil' Willi, ... & XI alios.

Isthæc Taxatio imposita erat hoc modo:

Sabina Gaylard ht Cat' pt' XX s.

Thom' Timyot ht Cat' pt' LX s.

Ricus Ladde ht Cat' pt' XXX s.

Barths le Chaucer ht Cat' pt' X s.

Dñs Robtus filius Walti ht in Manerio suo de Lexeden Catalla pret' C s. . . . . Et habet de Redd' XLIII s. IX d.

Ad' de Castello ht Cat' pt' VIII li. XIII s. VI d. . . . . Et ht de Redd' XVI d.

Edms Grimbaud ht Cat' pt' X s. . . . . Et ht de Redd' XXI s. VI d.

Elyas fil' Johis ht Cat' pt' L s. . . . . Et ht de Redd' XIX s. XI d.

Abbs Ste Osithe ht de Redd' IIII li. IX s. IX d.

Abbs Sti Johis ht in Mañio de Grensted, Catall' pt' X m'rc'. . . . . Et ht de Redd' infra libtatem Colec' XVIII li. IIII s. IIII d.

Prior Sti Botulph' in Wyka Canoicor' Cat' pt' X m'rc'. . . . . Et ht de Redd' in Colec' X li. II s. III d.

Patent. 6 Edw. II. ps. 2. m. 3. intus.

Nº 14. De potestate cominissa Parliamentum inchoandi, &c.

REX Venerabilibus in Christo Patribus, J. Bathonensi & Wellensi, et W. Wygornensi, eadem gratia, Episcopis, & dilectis & fidelibus suis Gilberto de Clare, Comiti Glouc'estrie & Hertford nepoti, & Johanni de Britannia, Comiti Richemund', consanguin' suis karissimis, Salutem. De vestre fidelitatis circumspectione provida plenã in Domino fiduciam optinentes, ad inchoandum & continuandum nomine nostro Parliamentum, quod nuper ante passagium nostrum ad partes Francie ad instantem quindenam Nativitatis Sancti Johannis Baptiste apud Westm' tenendum fecimus summoneri, si forte aliquo casu contingente quo minus inchoationi Parliamenti personaliter interesse possimus fuerimus, quod absit, per dies aliquos impediti, vobis tribus, vel duobus vestrum, plenam tenore presencium coittimus potestatem. Nos autem rata habebimus & accepta ea que per vos tres, vel duos vestrum, nomine nostro, fieri contigerit in premissis. In cujus &c. Dat' apud Pontisaram, primo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

ET mandatum est Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis fidelibus Regis, ad instans Parliamentum Regis apud Westm' tenend' conventuris, quod eisdem Episcopis & Comitibus, tribus vel duobus eorum, usque adventum Regis ad Parliamentum predictum, qui erit in brevi Domino concedente cum omni festinancia qua fieri poterit bono modo, in premissis pareant & intendant. In cujus &c. Dat' ut supra.

Patent. 7 Ed. II. pars 1. m. 2. in cedula.

Nº 16. De Vicesima & Quinta-decima colligenda & levanda.

REX Militibus, liberis Hominibus, & toti Communitati Comitatus Midd'x, tam infra Libertates quam extra, Salutem. Cum Comites, Barones, Milites, liberi Homines, ac Communitates Comitatuum Regni nostri Vicesimam omnium Bonorum suorum Mobilium, Civesque, Burgenses, ac Communitates omnium Civitatuum & Burgorum ejusdem Regni, Quintam-decimam Bonorum suorum Mobilium Nobis curialiter concesserint & gratanter; Nos ut Vicesima & Quinta-decima predicte ad minus dampnum & gravamen Populi dci Regni leventur & colligantur providere volentes, assignavimus dilectos & fideles nostros Willielmum de Brok, & Walterum Crepyn, una cum quodam Clerico quem ad hoc duxerint eligend' & pro quo respondere voluerint, ad Vicesimam & Quintam-decimam predictas in Comitatu predicto, tam infra Libertates quam extra, assidendas & taxandas, juxta formam ipsis inde ex parte nostra liberatam, & ad pecuniam de predictis Vicesima & Quinta-decima provenientem colligendam & levandam, et ad Scaccarium nostrum certis terminis liberandam, unam, videlt, Medietatem in crastino Clausi Pasche, & aliam Medietatem in crastino Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximo sequenti, sine dilacione ulteriori. Et ideo vobis mandamus, quod prefatis Willelmo & Waltero, ac Clerico quem ad hoc eligerint, ut predictum est, in premissis omnibus & singulis sitis intendentes, respondentes, consulentes, & auxiliantes in forma predicta, et prout ipsi vobis scire facient ex parte nostra. In cujus &c. Teste Rege apud Westm' vicesimo octavo die Novembris.

Eodem modo assignantur Taxatores in singulis Comitatibus Anglie.

ET mandatum eſt Vicecomitibus Comitatuum predictorum, quod prefatis ſic aſſignatis, ac Clericis quos ad hoc eligerint, ut predictum eſt, in premiſſis omnibus & ſingulis ſint intendentes, reſpondentes, conſulentes, & auxiliantes, quociens & prout per ipſos ſuper hoc ex parte Regis fuerint premuniti. Et hoc, ſicut Regem & Commodum Regis diligunt, et ſeipſos indempnes ſervare voluerint, non omittant. Teſte ut ſupra.

Et ſic ſcribitur cuilibet Vicecomiti per Angliam.

Patent. 8 Ed. II. pars 1. m. 14. cedula.

Nº 17. REX dilectis & fidelibus ſuis Hervico de Stanton, Henrico le Scrop, Johanni de Merkingfeld, & Radulpho de Stokes, Salutem. Cum anno Regni noſtri ſexto, Civitates, Burgos, & Dominica noſtra per Angliam talliari, & ad aſſidend' Talliagium noſtrum in Civitatibus, Burgis, & Dominicis noſtris ſeperatim per capita vel in communi, prout ad commodum noſtrum magis viderent expedire, quoſdam fideles noſtros in Comitatibus Regni noſtri fecerimus aſſignari; ac Tallagium illud in Civitate noſtra London, quibuſdam certis de cauſis, hucuſque remanſerit aſſidendum; conſtituimus vos ad tallagium illud, in Civitate predicta, & Suburbio ejuſdem, ſeperatim per capita vel in communi, prout ad commodum noſtrum magis videritis expedire, aſſidendum. Et ideo vobis mandamus, quod ſine dilacione accedatis ad Civitatem predictam & Suburbium ejuſdem, ad dictum Tallagium ſecundum facultatem Tenentium eorundem Civitatis & Suburbii aſſidendum; videlicet de eorum Mobilibus Quintam-decimam, et de eorum Redditibus Decimam. Ita quod Tallagium illud ad citius quod poteritis aſſideatur; et quod divitibus non deferatur, nec pauperes nimis in hac parte graventur. Et Tallagio illo in forma predicto aſſeſſo, extractas inde ſub Sigillis veſtris Vicecomitibus noſtris London' ſeperatim ſine mora liberetis, ad Tallagium illud ſine dilacione levandum, et Nobis ad Scaccarium noſtrum ſolvendum. Et talem circa premiſſa expedienda diligentiam apponatis quod vos inde merito commendare debeamus: nullatenus omittentes quin ſitis ad Scaccarium predictum quam cito commode poteritis, ad certificandum Theſaurarium & Barones noſtros de Scaccario predicto de eo quod feceritis in premiſſis. Mandavimus enim Vicecomitibus noſtris Civitatis predicte, quod cum a vobis tribus, vel duobus veſtrum, fuerint premuniti, venire fac' coram vobis tribus, vel duobus veſtrum, omnes illos de Civitate & Suburbio predictis, quos ad dictum Tallagium viderint neceſſarios, et vobis ad hoc ſint auxiliantes & intendentes, prout eis injungetis ex parte noſtra. In cujus &c. Teſte Rege, apud Spaldyng, viceſimo quarto die Octobris, anno octavo.

Patent. 8 Ed. II. pars 2. m. 12. dorſ.

Nº 18. Pro Rege de informacione habenda ſuper impedimento Collectoribus Viceſime facto. REX Ballivis, Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis de Comitatibus Stafford' & Salop, tam infra Libertates quam extra, ad quos preſentes Litere pervenerint, Salutem. Cum nuper aſſignaverimus dilectos & fideles noſtros Johannem Giffard de Elylington, & Johannem de Perton in dicto Comitatu Staff', Willelmum de Lodelawe, & Reginaldum Charles, in dicto Comitatu Salp, ad Viceſimam, Nobis nuper in Parliamento noſtro per Communitates Comitatuum Regni noſtri conceſſam, aſſidendam & taxandam, juxta formam ipſis inde ex parte noſtra liberatam, et ad pecuniam de predicta Viceſima provenientem colligendam & levandam, & ad Scaccarium noſtrum certis terminis liberandam, unam videlt Medietatem in quindena Sancte Trinitatis proximo preterita, et aliam Medietatem in craſtino Exaltacionis Sancte Crucis proximo ſequente; ac iidem Johannes, Johannes, Willelmus, & Reginaldus Nobis ſignificaverint quod quidam ipſos quominus Viceſimam predictam ad opus noſtrum levare poſſint impediunt, pretendentes, dictam Viceſimam Nobis per Communitates predictas ſub certis condicionibus conceſſam fuiſſe; videlicet, quod Nos Magnam Cartam de Libertatibus Anglie, Cartam de Foreſta, & Ordinaciones per Prelatos, Comites, & Barones de Regno noſtro factas et per Nos approbatas, obſervari, ac Perambulacionem de Foreſtis noſtris fieri faceremus, et quod Nos premiſſa nondum fecimus execucioni debite demandari. Super quo cogimur admirari vehementer, preſertim cum Nos Cartas & Ordinaciones predictas in omnibus ſuis articulis obſervari mandaverimus, et quoſdam fideles noſtros aſſignaverimus in ſingulis Comitatibus Regni noſtri ad Perambulaciones de Foreſtis noſtris predictis faciendas. Nos, tam ſuper impedimento predicto quam ſuper nominibus impediencium certiorari volentes, aſſignavimus dilectum Clericum noſtrum Adam de Limbergh, ad informandum ſe, una cum dictis Collectoribus, ſuper premiſſis, et ad inquirendum ſi neceſſe fuerit per Sacramentum proborum & legalium hominum parcium illarum, per quos rei veritas melius ſciri poterit, ſuper omnibus & ſingulis articulis premiſſa contingentibus plenius veritatem, et ad Nos inde diſtincte & aperte certificandum. Et ideo vobis mandamus, quod eidem Ade, & Collectoribus predictis, in omnibus & ſingulis premiſſis ſitis intendentes, conſulentes, & auxiliantes, quociens & quando per ipſum Adam ex parte noſtra ſuper hoc fueritis premuniti. Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Comitatuum predictorum, quod eiſdem Ade & Collectoribus in premiſſis pareat & intendat, et coram eis, ad certos dies & loca, quos idem Adam eidem Vicecomiti ſcire faciet, venire faciat tot & tales probos & legales homines de Balliva ſua, per quos &c. In cujus &c. Teſte Rege, apud Thunderle, VIII° die Junii.

Per ipſum Regem & Conſilium.

Clauſ. 8 Edw. II. m. 22. dorſo.

Nº 19. Pro Comitibus & Baronibus ad Parliamentum exiſtentibus. REX dilectis & fidelibus ſuis Henrico Spigurnel, Galfrido de Hertelpol, & Johanni de Bouſſer, Juſticiariis ad Aſſiſas, Juratas, & Certificaciones, in Comitatibus Kancie, Surr', & Suſſex, Salutem. Cum nuper Parliamentum noſtrum, ob certa & ardua negocia Nos et ſtatum Regni noſtri contingencia, apud Weſtm' die Lune in octabis Sancti Hillarii proximo futuri, tenendum fecerimus ſummoneri; ac Prelatis, Comitibus, Baronibus, & aliis quampluribus fidelibus noſtris per Brevia noſtra ſpecialiter mandaverimus, quod, omnibus aliis pretermiſſis, dictis die & loco in Parliamento predicto perſonaliter interſint, Nobiſcum & aliis de Conſilio noſtro tunc ibidem exiſtentibus ſuper dictis negociis tractaturi, et ſuum Conſilium impenſuri: Nos indempnitati Prelatorum, Comitum, Baronum, & aliorum fidelium noſtrorum, qui ad dictum Parliamentum taliter ad mandatum noſtrum ſunt venturi, volentes proſpicere, ut tenemur, ne per eorum abſenciam, dum ſic in dicto Parliamento ſteterint, exheredacionem aliquam ſuſtineant, aliqualiter vel incurrant, vobis mandamus, quod captionibus Aſſiſarum, Juratarum, & Certificationum aliquem Prelatorum, Comitum, Baronum, & aliorum fidelium noſtrorum, quem vobis conſtiterit de mandato noſtro predicto ad dictum Parliamentum venire, tangentium ſuperſedeatis, durante Parliamento ſupradicto. Teſte Rege, apud Langele, XV° die Januarii.

Eodem modo mandatum eſt Juſticiariis ad Aſſiſas, Juratas, & Certificaciones, in ſingulis Comitatibus Anglie capiendas aſſignatis.

Ibidem m. 33. dorso.

Nº 20. Pro hominibus de Comitatibus Norff' Suff' & Lincoln' ad Parliamentum existentibus.

REX dilectis & fidelibus suis Willielmo de Ormesby, & Roberto de Maddingle, Justiciariis ad Assisas in Comitatibus Norff' & Suff' capiendas assignatis, Salutem. Indempnitati illorum, qui ad presens Parliamentum nostrum usque Eborum ad summonicionem nostram personaliter venerunt, & similiter aliorum qui ibidem per preceptum nostrum moram faciunt, prospicere volentes, presertim cum absentes jura sua defendere nequeant ut presentes; vobis mandamus, quod ad aliquas Assisas illos qui ad Parliamentum nostrum predictum ad summonicionem nostram venerunt, ac alios qui ibidem per preceptum nostrum ut premittitur moram trahunt, vel eorum aliquem, tangentes capiendas, eodem Parliamento durante, minime procedatis. Teste Rege, apud Eborum, XII° die Septembris.

Eodem modo mandatum est Lamberto de Trykyngham, & Johanni Chaynel, Justiciariis ad Assisas in Comitatu Lincolnie capiendas assignatis, de verbo ad verbum. Teste ut supra.

Per ipsum Regem & Consilium.

Patent. 8 Edw. II. p. 1. m. 26.

Nº 21. De potestate commissa inchoandi Parliamentum.

REX Venerabili in Christo Patri W. eadem gracia Exoniensi Episcopo, & dilectis consanguineis & fidelibus suis Adomaro de Valencia, Comiti Pembrok, & Henrico de Bello Monte, Salutem. Quia, pro quibusdam arduis & specialibus negociis Nos tangentibus, apud Eborum primo die Parliamenti nostri quod ibidem fecimus summoneri, videlicet hac instanti die Lune in crastino nativitatis Beate Marie Virginis, interesse personaliter non valemus; de vestre fidelitatis circumspeccione provida plenam in Domino fiduciam optinentes, ad faciendum ea que ad inchoacionem & continuacionem dicti Parliamenti nostri pertinent, usque adventum nostrum ibidem, nomine nostro, vobis tribus, vel duobus vestrum, plenam tenore presencium committimus potestatem. Nos autem rata habebimus & accepta ea que per vos tres, vel duos vestrum, nostro nomine, fieri contigerit in premissis. In cujus &c. Teste Rege, apud Wolston, VII° die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Et mandatum est Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis fidelibus Regis ad instans Parliamentum suum apud Eborum tenendum conventuris, quod eisdem Episcopo, Comiti, & Henrico, vel duobus eorum, usque adventum Regis ad Parliamentum predictum, in premissis pareant & intendant. In cujus &c. Teste ut supra.

Et postmodum sub eadem data fiebant consimiles litere, omisso prefato Henrico, prefato Episcopo Exonienſi, & Episcopo Wygornensi, ac prefato Comiti, mutatis mutandis.

Patent. 9 Edw. II. parte 2. m. 12.

Nº 22. De Quinta-decima in Civitatibus, Burgis, & Suburbiis diversorum Comitat' taxanda & levanda &c.

REX Majoribus, Ballivis, probis hominibus, & Communitatibus Civitatum & Burgorum ac Suburbiorum eorundem, necnon universis & singulis Tenentibus de Maneriis, Villis, & Dominicis nostris, in Comitatu Ebor', Salutem. Cum Prelati, Comites, Barones, ac Communitas Regni nostri, in Parliamento nostro apud Lincoln' ultimo convocato, pro expedicione guerre nostre Scocie, Nobis concesserint subsidium Hominum peditum, sub certa forma in eadem concessione contenta; ac Milites Comitatuum, & Cives, Burgenses, ac Communitates Civitatum, Burgorum, Maneriorum, Villarum, & Dominicorum nostrorum ejusdem Regni, tam videlicet illorum qui quoquo modo sunt in manibus aliorum ad terminum vite sue & que ad Nos & heredes nostros reverti debent, quam aliorum in manu nostra propria existencium, Quintam-decimam Bonorum suorum mobilium Nobis concesserint pro expedicione guerre predicte; Nos, ut Quinta-decima predicta ad minus dampnum & gravamen Hominum Civitatum, Burgorum, Maneriorum, Villarum, & Dominicorum nostrorum Comitatus predicti, assideatur & taxetur providere volentes, assignavimus dilectos & fideles nostros Johannem de Hothom, Rogerum de Grymeston, Willielmum Clarel, & Alexandrum de Cave, ad predictam Quintam-decimam in Civitatibus, Burgis, Maneriis, Villis, & Dominicis predictis in Comitatu predicto taxandam, juxta formam prefatis Johanni, Rogero, Willielmo, & Alexandro inde ex parte nostra liberatam, et ad pecuniam de predicta Quinta-decima provenientem colligendam et levandam, & ad Scaccarium nostrum cum omni celeritate qua fieri poterit deferendam. Et ideo vobis mandamus, quod prefatis Johanni, Rogero, Willielmo, & Alexandro, in premissis omnibus & singulis, sitis intendentes & respondentes, in forma predicta, prout ipsi vobis scire facient ex parte nostra. Mandavimus nichilominus Vicecomiti nostro Comitatus predicti, quod ad certos dies & loca, quos iidem Johannes, Rogerus, Willielmus, & Alexander eis scire fecerint, venire faciat coram eis omnes illos de Civitatibus, Burgis, Maneriis, Villis, & Dominicis predictis, quos necessarios viderit pro Assessione & Taxacione Quinte-decime supradicte. In cujus &c. Teste Rege, apud Thunderle, VIII° die Julii.

Eodem modo assignantur Taxatores in singulis Comitatibus Anglie.

Nº 23. Forma ejusdem Taxacionis &c.

CEO est la fourme qe les Taxours del Quinzisme graunte a nostre Seigneur le Roi a son Parlement a Nicole, a la quinzeme de la Seint Hillerie, l'an de son Regne nevisme, devient garder en Citeez, Burghs, Maners, & Villes de les Demeynes le Roi, auxi bien qe sont en autri mein a terme de leur vies et lesqueux devient revertir au Roi et a ses heirs, come ceux qe sont en la mein le Roi. C'est assavoir, qe les chiefs Taxours saunz delai facent venir devant eux de chescun Cite, Burgh, Manere, & autre Ville avantdite, ausi bien dedeinz fraunchise come dehors, des plus leux hommes et meuz vanetz des meismes les leus, au tiel noumbre dount les chiefs Taxours puissent suffisaument eslire quatre ou sis de chescun lieu avantdit, ou plus si mistier soit, a lour discrecioun; par lesqueux la dite Taxacioun, & ceo qe a ceo appent a fere, meuz purra estre fait & accompli. Et quant il averount tieux eslux, adonqes les facent jurer sur Seintes Evangeles, c'est assavoir ceux de chescun Ville par eux; Queux issint serrount jurez, loialment & pleinement enquerront, queux Biens chescun des meismes les Villes avoit le jour de Seint Michel l'an du Regne le Roi qe ore est nesisme, en meison, ou dehors, ou q'il fuissent, saunz nul desportier, sur greve forfeiture. Et touz ceux biens, ou q'il soient devenuz depuis en cea par vente ou en autre manere, loiaument taxeront solonc la verrai value, sauve les choses desouz forprises en cest fourme, et les serront embrever & mettre en roule endente tut pleinement, le pluis en hast qu'l purront, & liverer as chiefs Taxours l'une partie desouth lour Seaux, & reprendre devers eux l'autre partie desouth les Seaux de chiefs Taxours. Et quant les chiefs Taxours averont resceu en tieu manere les Endentures de ceaux qe serront jurez a taxer en Cites, Burghs, & autres Villes, mesmes les chiefs Taxours loiaument & penublement examinent

celes

eeles Endentures, et ſi eux entendent q'il y eit aſcune defaute, eux tantoſt l'adreſſent, iſſint qe rien ſeit concele, ne pur doun ne pur regard de perſon meins taxe qe reſon demaunde. Et voet le Roi, qe les chiefs Taxours aillent de Ville en Ville, la ou meiſtier ſerra, a ſurver & enquere qe les Southtaxours en les meiſmes Villes eient pleniement taxe, & a eux preſente les Biens de cheſcun. Et ſ'il troeſſent riens concele, meintenant l'adreſſent, & facent a ſaver au Treſorier & as Barons de l'Eſchekier les nouns de ceux qe iſſint averont treſpaſez, & la manere de lour meſpriſe. Et la Taxacion des Biens de Suthtaxours des Villes ſoit faite par les chiefs Taxours, & par autres prodes homes qu'eux eſlirent a ceo faire; iſſint qe les Biens de ceux ſoient taxez bien & loiaument, en meſmes la manere qe des autres. La Taxacion des Biens as chiefs Taxours & de lour Clerks ſoit reſerve au Treſorier & as Barons de Eſchekier. E les chiefs Taxours, ſi toſt come il averont reſceu preſentement de Southtaxours, facent lever la Quinzime a l'oeps le Roi, ſanz delai, & ſanz deſport fere a nuly, en la fourme q'enjoignt lour eſt par Commiſſion. E facent fere deux Roulles de la dite Taxacion accordanz en touz poinz, & reteignent l'un devers eux pur lever la Taxacion, et l'autre eient a l'Eſchekier noſtre Seigneur le Roi, le plus en haſt qe eux purront. Et fait a ſavoir, qe en ceſte Taxacion des Biens en Citez & en Burghs ſeient forpris une Robe pur le Home, & une autre pur la Femme, et un Lit pur ambideux, un Anel, et un Fermail de or ou d'argent, et une Ceinte de ſaie q'il uſent les jours; et auxint un Hanap d'argent ou de mazre dont il bevient. E des Biens des meſeaux, la ou il ſont governez par Soverein meſeal, ne ſeient taxez ne priſez. Et ſ'il ſoient meſeaux governez par Meiſtre ſein, ſoient lour Biens taxez come des autres. Et fait a remember, qe des Biens des genz de Citeez, Burghs, e Demeynes le Roi, queux Biens ne atteignent a diz ſoutz, ne ſoit rien demaunde ne leve.

Clauſ. 9 Ed. II. m. 15. dorſo.

No 24. De Ordinac' obſ'vandis.

REX Vic' Linc', Salt̃m. Cum nup̃ quaſdam Ordinac̃oes p̃ Prelatos & Proceres Regni nr̃i factas ap-p̃bav̄imus, & p̃ L̃ras nr̃as Patentes confirmav̄imus, ipſaſq; p̃ ſingulos Comitatus Regni nr̃i miſimus, mandantes qd̃ eed' Ordinac̃oes fuiſſent in o͂ibus obſervate; ac jam intelleximus qd̃ ead' Ordinac̃oes ſunt minus bene obs̃vate, unde plurimum conturbamur: Nos, volentes Ordinac̃oes illas in o͂ibus & ſing̃lis articulis ear' firmit' obs̃vari, tibi p̃cipimus, qd̃ Ordinac̃oes p̃dc̃as, que penes te reſident, in Com' quociens opus fuit publicari, & eas in o͂ibus & ſing̃lis earum articulis, quantum in te eſt, teneas firmit' & obſerves, & p̃ alios in Balliva tua ex p̃te nr̃a p̃cipias ſimilit' obs̃vari. Scir' fac' o͂ibus qd̃ Tranſg̃ſſores eor̃dem gravit' puniri volumus, put decet. Et hoc nullo modo omittas. T. R. apud Clipſton vi° die Marcii.

Eod' modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus p̃ Angl'.

Patent. 10 Ed. II. parte 1. m. 27.

No 25. De Sexta-decima aſſidenda, taxanda, levanda, &c.

REX Militibus, liberis Hominibus, & toti Communitati Comitatus Kanc', tam infra Libertates quam extra, Salutem. Cum Comites, Barones, liberi Homines, ac Communitates Comitatuum Regni noſtri, in Parliamento noſtro quod apud Lincoln' in quindena Sancti Hillarii proximo preterita tenuimus, conceſſiſſent Nobis, in auxilium guerre noſtre Scocie, de qualibet Villa, Civitatibus, Burgis, & Dominicis noſtris exceptis, unum Hominem peditem armatum, ad cuſtagia earundem Villarum & vadia eorundem, per ſexaginta dies, in obſequium noſtrum moraturum; Et Nobis in eodem Parliamento noſtro fuiſſet per eoſdem Comites, Barones, & Communitates, cum inſtancia ſupplicatum, ut Perambulaciones factas in Foreſtis noſtris citra Trentam & ultra, tempore Domini Edwardi quondam Regis Anglie patris noſtri, & per ipſum patrem noſtrum conceſſas, faceremus obſervari: Jamque dicti Comites, & Barones, liberi Homines, & Communitates, apud Lincoln' convocati ad diem Jovis proximo poſt Feſtum Sancti Jacobi Apoſtoli proximo preteritum, pro remiſſione habenda de auxilio Hominum peditum predictorum, et eciam pro Perambulacionibus predictis in forma qua equitate fuerunt, & per predictum patrem noſtrum conceſſe, optinenda, et ut Nos in Foreſtis, que ante hec tempora equitate non fuerunt, citra Feſtum Natalis Domini proximo futur' Perambulaciones fieri faciamus, Sextam-decimam omnium bonorum ſuorum mobilium que habebunt in Feſto Sancti Michaelis proximo futuro Nobis conceſſerint: Nos, ut Sexta-decima predicta ad minus dampnum & gravamen populi dicti Regni levetur & colligatur providere volentes, aſſignavimus dilectos et fideles noſtros Henricum de Cobham juniorem, Ricardum de Rokeſle, & Thomam de Sandwyco, vel duos eorum, una cum quodam Clerico quem ad hoc duxerint eligendum et pro quo reſpondere voluerint, ad dictam Sextam-decimam in Comitatu predicto, tam infra Libertates quam extra, aſſidendam & taxandam, juxta formam ipſis inde ex parte noſtra liberatam, et ad pecuniam de predicta Sexta-decima provenientem colligendam & levandam, et ad Scaccarium noſtrum certis terminis liberandam, unam videlt Medietatem in Craſtino animarum proximo futuro, & aliam Medietatem in quindena Paſche proximo ſequente, ſine dilacione ulteriori. Et ideo vobis mandamus, quod prefatis Henrico, Ricardo, & Thome, vel duobus eorum, ac Clerico quem ad hoc eligerint, ut predictum eſt, in premiſſis omnibus & ſingulis ſitis intendentes, reſpondentes, conſulentes, & auxiliantes, in forma predicta, et prout ipſi, vel duo eorum, vobis ſcire facient ex parte noſtra. In cujus &c. Teſte Rege, apud Lincoln', v° die Auguſti.

Eodem modo aſſignantur Taxatores in ſingulis Comitatibus Anglie.

No 26. Forma Taxacionis ejuſdem Sexte-decime.

FAIT a remembrer, qe come au Parlement tenu a Nichole, a la quinzeine de Seint Hillar' l'an du Regne le Roi noeviſme, les Countes, Barons, Fraunks hommes, & le Communaltez de tuz les Countez du Roialme, euſſent grante au Roi, en eide de ſa guerre d'Eſcoce, de cheſcun Ville de la terre, forpris Citeez, Burghs, & Demeyns le Roy, auxi bien ceux qe ſount en autri meyn a terme de vie, come ceux qe ſont en la meyn le Roi, un homme arme a pee, as cuſtages de meiſmes les Villes, & ſes gages per ſeiſaunte jours; Et en meiſme le Parlement fu prie au Roi, q'il vouſiſt graunter qe les Puralees qe furent faites en les Foreſts le Roi en temps ſon Pier fuſſent gardeez en la fourme qe ſon Pier les graunta; Et les diz Countes, Barouns, Fraunks hommes, & Communaltez, en l'aſſemble du Counſeil a Nichole, le Joefdy prochein apres la Feſte de Seint Jake, en l'an du Regne le Roi diſme, pur aver reles del dit eide des genz de pee, et auſſint pur avoir les Puralees qe furent chivaucheez en temps le Pier le Roi en la fourme qe les furent chivaucheez, et qe les Foreſtz qe ne furent pas chivaucheez avaunt ſes hours ſoient chivaucheez avaunt la Feſte de Noel, en l'an diſme avauntdit, eient graunte au Roi, en eide de ſa dite guerre, le Seſzime dener de touz lour Biens qe eux averount a la Feſte de Seint Michel prochein a venir; acorde eſt, qe le dit Seſzime dener ſoit leve en la fourme qe ſ'enſuit: C'eſt a ſavoir, qe les chiefs Taxours ſanz delai facent

venir devant eux de chescune Ville du Counte, deinz Fraunchise & dehors, de plus loiaux hommes & meutz vanez des meismes les Villes, au tieu noumbre dount les chiefs Taxours puissent suffisеaument esslire quatre ou sis de chescune Ville, ou plus si mestier soit, a lour descrecion: par lesqueux la dite Taxacion, & ceo qe a ceo appent a faire, meutz purra estre fait & acompli. Et quant averont tieux esslutz, adunqes les facent jurer sur Seintes Ewangels, c'est assavoir ceux de chescune Ville par eux, Qe eux issint jureez leiaument & pleinement enquerront queux Biens chescun de meismes les Villes avera le jour de Seint Michel l'an du Regne le Roi q̄ ore est disme, en meson, ou dehors, ou q'il soient, saunz nul desporter, sur greve forfeture. Et touz ceux Biens loiaument taxeront solonc lour verrai value, sauve les choses desuz forprises en ceste fourme, et les ferront embrever & metre en roule endente tut pleinement, le plus en hast q'il purront, et liverer as chiefs Taxours l'une partie desoutz lour Seals, & reprendre devers eux l'autre partie desouz les Seals des chiefs Taxours. Et quant les chiefs Taxours averont recieux en tiele manere les Endentures de ceux qe serront jurez a taxer en les dites Villes, meismes les chiefs Taxours loialment & peniblement examinent celes Endentures, et si eux entendent q'il eit ascune defaute, eux tanttost l'adressent, issint qe rien soit concelee, ne pur doun ne pur regard de persone meins taxe qe resone demande. Et voet le Roi, qe les chiefs Taxours aillent de Hundred en Hundred, & de Ville en Ville, la ou mestier serra, a surveer & enquere qe les Southtaxours en les meismes Villes eient pleinement taxe, & a eux presente les Biens de chescun. Et s'il troessent rien concelee, meintenant l'adressent, & facent assavoir au Treforer & Barons de l'Escheker les nouns de ceux qe issint averont trespassez, et la manere de lour mesprise. Et la Taxacion des Biens de Southtaxours de Villes soit faite par les chiefs Taxours, & par autres prodes homes qe eux eslirent a ceo afaire; issint qe les Biens de eux soient taxez bien & loiaument en meisme la manere come des autres. La Taxacion des Biens des chiefs Taxours & de lour Clerks soit reserve au Tresorer & as Barons de l'Escheqer. Et les chiefs Taxours, si tost come il averont rescieu presentement des Southtaxours, facent lever le Seesime a l'oeps le Roi, sauntz delai, & saunz desport faire a nuli, en la fourme qe enjoint lour est par Commission. Et facent faire deux roules de la dite Taxacion accordanz en touz poinz, & retiegnent l'un devers eux pur lever la Taxacion, et l'autre eient a l'Escheqer nostre Seigneur le Roi lendemein des Almes, au queu jour il ferront lour primer paie. Et fait assaver, qe les propres Biens des Prelatz, & de Religious, & des autres Clerqs, lesqueux Biens sount issantz des Temporauteez qe sont annexs a lour Eglises, & serront taxes entre lour Espiritualteez au Disme, ne serront taxez en ceste Taxacion des Lais. Neqedent, si Prelat, homme de Religion, ou autre Clerk, eit terre ou tenement de heritage, ou de purchase, ou a ferme, ou en noun de garde, ou par eschete, ou en autre manere qe ne soit cea en arere taxe au Disme qe la Clergie ad done, soit Taxacion faite des touz les Biens qe lour serront en meismes les leiux le jour de Seint Michel desus dit, en la fourme qe ceste Taxacion se fra des Biens des Lais. Ensement, les Biens des Vileyns as Prelatz, gentz de Religion, & autres Clerqs, soient taxez en ceste Taxacion. Issint qe rentez & autres serviz qe meismes les Villeyns sount a lour Seigneurs dont le Roi prent Disme, soient sustretz en la Taxacion des Biens des Vileyns, & du remenant le Zesime leve. Et fait assavoir, qe en ceste Taxacion des Biens de la Communalte de touz les Contez serront forpris, Armure, Munture, Joiaux, & Robes as Chivalers & as Gentishomes & a lour Femes, et lour Vessele d'or & d'argent & d'arreme. Et des Biens des meseals, la ou il sont governez par Soverein meseal, ne soient taxez ne prisez. Et s'il soient meseals governez par Mestre sein, soient lour Biens taxez come des autres. Et fait a remembrer, qe des Biens des ditz gentz des Countees, queux Biens ne atiegnent a dis soutz, ne soit rein demaunde ne leve. Et voet le Roi, qe les ditz Taxours, par quai q'il facent pleinement & loiaument les choses susdites, eient plus suffisaumentz lour despenses qe autres ne unt eu en tieu cas cea en arere. Et qe les chiefs Taxours, ne lour Clerqs, ne prengnent rien pur chapitres, ne pur tailles faire. Et soient en ceste fourme forpris Citees, Burghs, & Demeins, lesqueux sont taxez au Quinzime.

REX Vicecomiti Kanc', Salutem. Cum assignaverimus dilectos & fideles nostros Henricum de Cobham juniorem, Ricardum de Rokesle, & Thomam de Sandwyco, vel duos eorum, ad Sextam-decimam, Nobis per Comites, Barones, & Communitates Regni nostri nuper apud Lincoln' de omnibus bonis que habebunt seu habituri sunt in Festo Sancti Michaelis proximo futuro concessam, assidendam, taxandam, & levandam, juxta quandam formam eis inde ad Scaccarium nostrum in crastino decollacionis Sancti Johannis Baptiste proximo futuro ex parte nostra liberandam; tibi precipimus, firmiter injungentes, quod statim visis presentibus, premunire facietis predictos Henricum, Ricardum, & Thomam, quod quilibet eorum sub pena quadraginta librarum, in propriis personis suis, omnibus aliis pretermissis, sit coram Consilio nostro ad dictum Scaccarium nostrum in crastino dicti Festi Sancti Johannis, ad recipiend' formam predictam, & ad faciend' ulterius quod tunc eis per dictum Consilium nostrum ex parte nostra injungetur. Et hoc nullatenus omittas: Et habeas ibi tunc hoc Breve. Teste Rege, apud Lincoln', v° die Augusti.

EODEM modo mandatum est Vicecomitibus subscriptis, videlt Vicecomitibus Sussex, Surr', Sutht', Oxon', Berk', Wiltef', Glouceſtr', Leyc', Warr', Norht', Rotel', Essex, Hertford, Norff', Suff', Wygorn', Cantebr', Huntyngd', Bed', Buk', & Midd', quod quilibet eorum premunire facient assignatos ad dictam Sextam-decimam in Comitatibus suis colligend', quod sint coram Consilio Regis ad dictum Scaccarium, ad eundem diem: Et Vicecomitibus Comitatuum Notyngh', Derb', quod quilibet eorum premunire facient assignatos ad dictam Sextam-decimam in Comitatibus suis colligend', quod sint coram Consilio Regis apud Ebor', in octabis Assumpcionis beate Marie: Et Vicecomitibus Comitatuum Somers', & Dors', Hereford', Staff', Salop', Cornub', & Devon', quod quilibet eorum premunire facient assignatos ad dictam Sextam-decimam in Comitatibus suis colligend', quod sint coram Consilio Regis ad Scaccarium predictum in crastino Nativitatis beate Marie, ad recipiend' formam &c.

EODEM modo mandatum est Vicecomitibus Ebor' & Lanc', quod premunire facient assignatos ad dictam Sextam-decimam in Comitatibus suis colligend', quod sint coram Cancellario Regis apud Ebor', die Sabbati proximo ante Festum Sancti Bartholomei proximo futur' ad recipiend' formam &c.

Clauſ. 11 Edw. II. m. 3. dorſo.

Nº 27. De revocatione Parliamenti, &c.

REX dilecto consanguineo et fideli suo Thome Comiti Lancastrie, Salutem. Licet nuper, pro diversis negociis Nos & statum Regni nostri tangentibus, Parliamentum nostrum apud Lincolniam in crastino Sancte Trinitatis proximo futuro proposueramus tenere, & vobis mandaverimus quod ad certos diem & locum personaliter intereſſetis ad tractandum Nobiscum & cum Prelatis & ceteris Proceribus de regno nostro predicto sup negociis memoratis: Quia tamen Scoti inimici & rebelles nostri cum multitudine armatorum manu hostili terram nostram Anglie usque in Comitatum Eborum sunt

ingressi,

ingreſſi, homicidia, depredaciones, incendia, & alia dampna quamplurima perpetrantes, per quod pro defenſione & ſalvacione terre noſtre predicte, ac repulſione dictorum inimicorum et rebellium noſtrorum, eſſe proponimus in brevi apud Eborum cum equis & armis, ad reſiſtendum malicie dictorum inimicorum & rebellium noſtrorum, et ad proficiſcendum exinde contra eos cum Dei auxilio viriliter & potenter; cujus pretextu Parliamentum predictum dictis die & loco tenere non poterimus, ut vellemus: vobis ſignificamus, quod vos uſque Lincolniam ad dictum craſtinum, ratione Parliamenti predicti, venire nullatenus oportebit. Teſte Rege, apud Weſt', VIII° die Junii.

Per ipſum Regem.

Conſimiles Litere diriguntur Comitibus, & Maioribus, Baronibus, & Prelatis, mutatis mutandis.

Conſimiles Litere diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Clauſ. 12 Ed. II. m. 5. Dorſ.

No 28. Mem'd' de Peticione Hugonis de Audele et Margarete Uxoris ſuper terras Comitat' Cornub' &c. in Parliam' exhibit'.

MEMORANDUM, Quod Hugo de Audele junior, & Margareta uxor ejus, liberaverunt in Parliamento Domini Regis Edwardi filii Regis Edwardi tento apud Ebor', a die Sci Michis in tres ſeptimanas, anno regni ſui duodecimo, quandam Peticionem, in hec verba:

A NOSTRE Seigneur le Roi & ſon Conſeil, Prelatz, Countes, & Barons de ſa terre, prient Hugh de Audele le fuiz & Margarete ſa femme, que come noſtre Seigneur le Roi nadgeres par ſa Chartre, long temps devant les Ordenances, par aſſent de ſon Conſeil euſt done & grante a Monſr Piers de Gavaſton & a la dite Margarete adoncs ſa compaigne, la Countie de Cornewail, & touz les terres & tenements que furent a Edmon nadgeres Counte de Cornewail le jour que il moruſt, a tenir a eux & a les heirs de lour Corps engendrez, des queux Countie & tenementz y furent ſeiſis par le doun avantdit long temps devant les Ordenances, et avoient engendrure q'eſt en pleins vie; tant qe apres la mort le dit Counte que pleſt a noſtre Seigñr le Roi meiſme la Counte & les autres terres & tenementz iſſint donez reſeiſir, & jeſques en cea retenir en ſa main. Que pleſe a noſtre Seigñr le Roi & ſon Conſeil rendre as ditz Hugh & Margarete la Countie & les terres avantditz come le dreit Margarete, a tenir en la manere avantdite, ſauntz regard, ſi pleiſir lour ſoit, a la Graunte Chartre, que voet, Que a veve tantoſt apres la mort ſon Baron ſoit rendu ſon heritage & ſon maritage, et que nuly droit ſoit mis en delai, et que nul ſoit ouſte de ſon fraunk tenement ſaunz agard & jugement du lai de la terre: Et a l'eſtatut de ſecund Weſtmr, que voet, Que les terres donees en fourme taillie demoergent a ceux as queux il ſount donez & lour heirs, ſelonc la volunte des donours: Et a Les qe voillent qe la Graunte Chartre & les eſtatuz autrefoitz ordenez par lui ſoient tenuz en touz pointz.

Reſponſio et Ordinacio ejuſdem.

POSTEA in Parliamento ejuſdem Domini Regis tento apud Ebor' a die Paſche in unum menſem, anno ſupradicto, habito diligenti tractatu ſuper Peticione illa in pleno Parliamento, Et pro eo quod recordatum fuit ibidem, tam per Prelatos quam per Comites, Barones, & totam Communitatem Regni, quod alias concordatum fuit, ordinatum, & conſideratum, tam per predictos Prelatos, Comites, & Barones, quam per totam Communitatem ejuſdem Regni, Quod omnes Conceſſiones & Donaciones per dictum Dominum Regem facte predictis Petro & Margarete de Comitatu predicto, & de quibuſcumque aliis Caſtris, Maneriis, Terris, & Tenementis, fuiſſent revocate, et tam in perſona ipſius Petri quam ipſius Margarete & eorum exitu de toto imperpetuum fuiſſent extincte & adnullate. Per quod modo in hoc Parliamento per prefatos Prelatos, Comites, & Barones, & totam Communitatem Regni concordatum eſt & conſideratum, quod Comitatus ille, & omnia alia Caſtra, Maneria, Terre, & Tenementa quecumque, cum pertinenciis, integre remaneant Domino Regi, quieta de predictis Hugone & Margareta, & predicti Petri & ipſius Margarete exitu, imperpetuum. Et quod Carte & Scripta inde per Dominum Regem qualitercumque confecta, in Cancellaria ipſius Domini Regis reſtituantur, & ibidem cancellentur; Itrotulamentaque inde habita in eadem Cancellaria caſſentur & adnullantur, et quod iſtud Judicium intretur in Rotulis Parliamenti & in Cancellaria, et exinde mittatur ad Scaccarium, & ad utrumque Bancum, & in eiſdem Scaccario & Bancis irrotuletur in memoriam perpetuam.

REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem. Tranſcriptum cujuſdam Peticionis per dilectum & fidelem noſtrum Hugonem de Audele juniorem, & Margaretam uxorem ejus, Nobis in Parliamento noſtro apud Ebor' a die Sci Michaelis proximo preterito in tres ſeptimanas convocato, exhibite, necnon & Reſponſionis ſupradicte Peticioni in Parliamento noſtro poſtmodum a die Paſche proximo preterito in unum menſem ibidem convocato facte, Vobis mittimus preſentibus interclusum; Mandantes, quod illa que in dicto Tranſcripto continentur in Rotulis noſtris coram vobis in Scaccario predicto irrotulari, & quantum in vobis eſt teneri & adimpleri faciatis, juxta tenorem Reſponſionis ſupradicte: Et hoc nullatenus omittatis. Teſte Rege apud Ebor', XIII° die Junii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt Juſticiariis de Banco, mutatis mutandis.

Et Henrico le Scrop & Sociis ſuis Juſticiariis ad Placita coram Rege tenenda aſſignatis.

Clauſ. 12 Edw. II. m. 22. Dorſo.

No 29. Memoranda de mora Prelator', Com', & Baroun', juxta latus Regis.

